This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Digitized by Google

UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT

091909

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

AVSONII POPMAE FRISII
DE
DIFFERENTIIS VERBORVM
LIBRI IIII

ITEM

DE VSV ANTIQVAE LOCVTIONIS
LIBRI II

IAM DENVO INSIGNITER AVCTI

AB

ADAM DANIEL RICHTERO

RECTORE ANNAEBERGENSI

LIPSIAE ET DRESDAE

APVD IO. CHRISTOPH. ZIMMERMANNI HAERED. ET IO. NIC. GERLACHIVM

M DCC XLI

Digitized by Google

Digitized by Google

BENEVOLO

LECTORI.

Etſi prologum facile inuenire potuiſſem, tamen ob negotia, quae profectio et honores, quos nuper cepi, mihi dederunt ſatis operoſa hunc libellum emittenti, animum ab inſtituto abducere quod coactus ſim, haud id mei ad contumeliam, modeſte rogaris, accipias. Vitam AVSONII POPMAE, et varias huius, quas habemus, libelli editiones Tibi, praefaminis loco, conabar equidem enarrare, ſed malo ſusceptum in aliud tempus differre conſilium, quam inculta proferre in praeſenti, quae faſtidires, et manca. Solum igitur laborem modo, quem in hunc POPMAE libellum, aureum quaſi, inſumſi, breuiſ-

ſime indicare liceat. Hekelii nimirum, quae olim laudabiliter fecit, veſtigiis, ſi viribus diſpar, pari tamen ſtudio ingreſſus ſum, qui, cum obſervationes inſerere integras, tum notulas adiicere quasdam nouas, non nefas duxi. Omnia, quae mea ſunt, littera inuenies ſignata R. Hekelii, littera H. Reliquae, quae in priori additae erant editione, notae, iam vero non inſignitae relictae, Hekelivm, quod ſcias, agnoſcunt autorem. Omnium inſuper, quae habentur in hoc libello, vocum confeci indicem certe perfectum, vt quem plurimi, quantum ego quidem audiui, ſemper deſiderarunt. Hiſce Vale et conatibus noſtris, aliisque in poſterum laboribus Faue!

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO AC CANDIDO

S. P. D.

IO. FRIDERICVS HEKELIVS.

Quod de cunctatione immodica ac longa, nimiſque lento alicuius rei molimine non illepide per *Paroemiam* dicitur: CELERIVS nempe ELEPHANTVM, belluam omnium maximam, quam cum *M. Acc. Plauto* atque *C. Plinio Sec.* clariſſimis alias antiquae monetae Scriptoribus, decem annos perpetuo eſſe grauidam vulgus opinatur, PARERE, quam hoc vel illud fiat, atque efficiatur commode: id de labore iuſto atque honeſto, quem in AVSONII POPMAE *Differentiis Verborum* non ſolum ſtudioſe emendandas, ſed pro virili quoque illuſtrandas atque augendas impendi, omnino etiam dicendum eſſe arbitror. Namque non vnum ſaltem decennium, ſed duo proh! & quod excurrit, abiere, cum anxie parturiui atque ſummo ſtudio ſum molitus *hanc nouam* POPMAE Editionem.

Digitized by Google

Quod apertum atque cognitum eſt ex nobiliſſimi atque clariſſimi Viri, *Ioannis Bohemi*, Philologi veterani et Lycei Cruciani *Dresdenſis* quondam Rectoris haud immeriti, litteris d. XXIV. Iunii A. hui. Sec. LXXI. meam ad tenuitatem amantiſſime ſcriptis, in quibus inter alia, teſte *Praefatione* quoque Libello meo de POETARVM CORONIS praefixa, haec ſunt reperienda verba: *Studium Tuum*, Amice optime, *inprimis mihi placet. Laudo conatus et Diſſertationem de* Lauru *inprimis et Editionem* AVS. POPMAE *accuratiorem, Deumque precor, quo vires et mentis et corporis largiri velit, vt feliciter, quae adornas, in DEI gloriam abſoluere queas.* Et quamuis quoque, ſic disponente et adiuuante DEO, fiebat, vt ante tredecim annos priores octo plagulae a pagina np. 1. vſque ad pag. 129. me ipſo correctore, *Dresdae* imprimerentur; attamen, quoniam ſaeua, creſcens ac numeroſa peſtis in vrbe tunc incidebat, vnusque ex iis, qui ſumptus in Librum hunc imprimendum ſuppeditabant, extra vrbem tunc negotiabatur, ego fideliſſimorum Parentum meorum ſuaſu atque petitu ad patrios Lares me contuli, omnibus quidem libris iſtis deſtitutus, qui ad abſoluendum hunc Librum mihi erant cumprimis neceſſarii. Nam *Dresdae* eos cum omni ſupellectile mea reliqueram, hac ſpe et fiducia, me, peſtilentia abeunte, certo rediturum et *Libro huic vtili* coronidem impoſiturum eſſe. Verum enim vero quam incerta, falſa, vana atque fallax haec ſpes, maxime, qua nitebar, fuit, docuit Experientia, communis rerum atque fatorum omnium Magiſtra atque Domina, quando me non *Dresdam* rediiſſe, ſed volen-

uolente IOVA, qui bene ac probe omnia nouit facere, primo, et quidem M. Iun. A. LXXXI. Scholae Triuialis *Reichenbacenſis* Rectorem, et deinde, menſ. np. Oct. A. LXXXIII. illuſtris Scholae Prouincialis *Rudolſtadienſis Schvvarzburgicae*, praeter omnem ſpem atque opinionem, et ſic legitimo modo, Pro-Rectorem et Eloquentiae Profeſſorem me conſtitutum eſſe probauit. Quo factum, vt duris, concatenatis ac Siſyphiis quaſi laboribus, crebrisque et honeſtis Exterorum compellationibus non ſolam fuerim obrutus, ſed multis impedimentis quoque, iisque ineuitabilibus, quotidie ferme implicitus, immo tot acerbiſſimi odii ac deteſtandae inuidiae telis, tot morbis variis, periculoſis ac deſperatis, tot perſecutionibus immeritis expoſitus, vt vix reſpirare, nedum ea omnia, quae in *Hiſtoricis* atque *Geographicis* aeque, quam *Philologicis*, abſoluenda reſtabant, ex voto nequiuerim abſoluere. Et licet ante quatuor annos, cum inter denſiſſimas pulueris ſcholaſtici nubes et inſuauem atque ingratum foetorem, praeter *nouam* CLVVERIANAE GEOGRAPHIAE (ob abſentiam meam male quidem diuerſis in locis correctam) *Editionem*, GVILIELMI POSTELLI *de Magiſtratibus* ATHENIENSIVM *Librum* cum NOTIS atque ADDITAMENTIS meis etiam publicaſſem, huius LIBRI *Pars prior* ſit abſoluta; tamen illius *altera* non prius, ſicuti decebat, perluſtrari, emendari atque augeri potuit, donec d. XXIX. Ian. A. XCI. coram Senatu *Rudolſtadienſi*, quod ab eo, Vocatione tribus vicibus miſſa, eram vocatus, ſuadente conſcientia mea, multisque Viris vere piis ac maxime prudenti-

bus nequaquam diſſuadentibus, moleſtum meum Officium et voce et ſcriptis in ipſa Curia vltro reſignaueram. Diutius enim ibidem manere mihi erat impoſſibile, qui tot moleſtiarum edacium ac cordi infeſtarum prorſus eram ſatur ac valde pertaeſus; etſi *Conradus Straubelius*, Vir amplus atque integer, et h. t. Conſul ſat ſpectatus, Compater atque Amicus meus conſtanter honorandus, d. XXXI. eiusd. menſ. Iun. Senatus nomine me, vt manerem, ſollicitaret ſerio. Perlecta itaque et ineunte ſuperiori anno diligenter emendata, et quidem in dilecta quiete et otio laeto; tamen non ignauo, *Parte* quoque *altera*, nil melius atque vtilius potuiſſet ſtudioſae Pubi, cui inprimis pura ac elegans Latinitas *Suadaque Romana* delectamento ac cordi ſunt, accidere, quam quod hic Liber minime inutilis tandem ſit impreſſus. Ne autem vllus de *inſigni* EIVSDEM *Vtilitate* atque *Praeſtantia* dubitet, placuit heic annectere nonnullas, et quidem elegantes, vtiles ac ſalutares Epiſtolas, quas Viri Cel. et in Litteratura *Romana*, hac antiqua, vera ac ſolida, verſatiſſimi candidae cenſurae loco ad me diuerſo tempore ſcripſerunt. Sic enim *Huldricus ab Eyben*, *Vir*, (*Io. Chriſtoph. Rumetſchio*, nobilioris ſtudii Decore haud ignobili, Amico meo optimo, haud inique iudicante,) muneris, dignitatis, eruditionis ac morum ſplendore illuſtris, hodie in ſupremo per *Germaniam* Iuſtitiae Tribunali, quod eſt *Wezlariae*, Aſſeſſor conſcientiſſimus, et infer. *Saxoniae* Circuli nomine Legatus perpetuus eminentiſſimus, Mecaenas meus maximus, in litteris d. XX. Maii An. LXXIX. *Spirae Nemetum* benigniſſime ad me

datis:

Digitized by Google

datis: *Quando etiam*, VIR Clariſſime, *ex literis Tuis intellexi*, Differentiarum AVSONII POPMAE, *Popularis mei, nouam Te curare Editionem, inſigni auctam acceſſione, ex diuitis ingenii Tui lanto peculio liberaliter depromptam; habere me puto, cur et Tibi et rei literariae, et piis eruditiſſimi* POPMAE *gratuler Manibus etiam atque etiam. Schedas, quas miſiſti in exquiſitae Tuae ſpecimen induſtriae, inſpexi et perlegi. Equidem auribus nihil dare ſoleo et nolim, Te ipſo nolente cumprimis; non tamen non poſſum diffiteri, operae Te pretium ita feciſſe, vti quis poſſet in talibus quam vberrime et feliciſſime. Eſt penes me MSctum aliquod* CLmi *olim* Haſſorum *Poetae et Philologi*, Conradi Bachmanni, *quo is ſuae pariter ac* AVSONII *Famae eadem ratione conſulere voluit, et Tui non abſimile Additamentum parauit, differentiis illius magis magisque accurandis et perficiendis. Eius ſi hic loci mihi fuiſſet copia, illico literis hiſce adiunctum Tibi communicaſſem, num forte laboribus Tuis, quod vſui fiet, quicquam inde queat proficiſci. Sed communicabo nihilominus, quamprimum in* Haſſiam, *vbi pars Bibliothecae meae nonnulla haeret, peruenero. Interim cordate velim et ſtudio pergas indefeſſo*, Vir celeberrime, *praeclaris iſtis aliisque lucubrationibus litare Bono publico, et bene mereri de litteris, quibus Summi quoque Mortalium manus ſuas ſacras ac ſceptrigeras admouere aliquando haud ſunt dedignati. Vnde quidem nonnullorum voculas et vilipendia tanto minus eſt, vt moreris. Vnum ſupereſt, vt rogem*, Germanicae noſtrae Philologiae et Germanico-Latinae *aliquam quoque ne ſpernas rationem ducere. Multa latent in*

ea, crede mihi, imo innumera, quae curam et culturam ſeriam ac eminentiorem aliquam vti efflagitarunt iampridem: ita penſare eam multiplici poterunt vtilitate, cum in reliqua quaeuis bona ſtudia, tum in Iuris maxime publici, priuatique plenis redundatura alueis. Vnica modo, ex ſimilibus quamplurimis, cogitetur vox, Gleben, *quae paſſim in vett. chartis et imprimis in ipſa Imperii Matricula antiquiſſima de An.* 1431. *aliquoties occurrit; eius tamen ſignificatio, tunc Lippis et Tonſoribus nota, hodie etiam erudititiſſimorum et in talibus verſatiſſimorum ſuperat captum. Noſtras conjecturas obiter indicauimus in* Diſſert. *de* TITVLO NOBILIS etc. addit. §. 4. *Vtcunque nunc aliud videatur, certioribus edocto argumentis, ni fallor. Sed de his alias. Te vero,* Vir Clariſſime, *optume valere, resque Tuas ex voto feliciter cunctas agere vt peragere precor.* Hactenus incomparabilis meus *Eybenius*, quem infallibilis Oraculi inſtar veneror. *Georgius Francus* de *Franckenau*, Archiater Electoralis Saxonicus ac Wittebergenſium Galenus hodie feliciſſimus, alter ille Muſarum amoeniorum modeſtiorumque Apollo ac Praeſes pollentiſſimus, Patronus meus adhuc fidelis et certus, POPMAE et Laborem meum in prolixa quadam Epiſtola, eaque *Heidelbergae*, vbi tunc erat Academiae Pro-Cacellarius et Medicus Primarius, d. XXIV. Maii, anni nuper denominati, curioſe exarata, laudauit verbis ſequentibus: *Excellentiſſime* HEKELI, *Fautorum atque Amicorum* Opt. Max. *Priores meas, quas* 19. April. *deproperaui, recte dubio procul acceperis, intellexerisque et meam excuſationem, et ſummam, quam* TIBI *deſpondi,*

ſpondi, immo omni iure debeo, gratitudinem, quod nil tale merentem tanto mactare volueris honore, illique cum aeternitate concertantia Monumenta Tua *inſcribere. Vt iam ad Cedro dignum* Tuum *Minioque notandum veniam* laborem, *quem exquiſito ſtudio impendiſti in* AVSONIVM POPMAM *de* Differentiis Verborum, *ingenue et franca mente dico,* Te *opus, meo iudicio, fructuoſius, tantoque ingenio dignius nullum potuiſſe auſpicari, vnde maiora emolumenta in Remp. literariam, praecipue emuſſitatam* Latinam Linguam, *emanare poſſent. Omnes equidem loquimur* LATINA, ſed pauci LATINE, *multumque refert, genuinam verborum concinnitatem expolire potius, quam rudem indigeſtamque molem eructare, atque chartas perituras thuris piperisque cucullis miſera condemnare, aut deinceps donare* Veneris *marito, vt iocer cum* Satyrico *VII. 25. Nonne hi aedilitatem gerunt ſine Populi ſuffragio, vt vtar ſale* Plautino *in* Sticho? *Nec eſt, quod alii ſe velint excuſare, minus commode hoc poſſe fieri in ſtudiis ſeuerioribus;* (Facultates vulgus vocat:) *cum iſtae ſuo fruantur genio, eoque peculiari; nihilominus tamen Iurisperiti e recentioribus* Alciatum, Cuiacium, Coraſium, Gifanium, Scipionem, Gentilem, Conr. Rittershuſium, etc. *bonos ICtos, nec malos Latinos laudant, veluti et Medici* Hier. Mercurialem, Marſilium Cognatum, Caſp. Hoffmannum, Henr. ab Heer, Th. Reineſium, Andr. Riuinum, etc. *ſuos et Medicina, et Latinitate exquiſita extollunt. Certe vbi primas illas paginas commonſtraui celeberrimo ICto,* Dn. Io. Wolffg. Textori, *I. V. D. et Prof. Primar. ſimulque Sereniſſ. Dn. Elect. Con-*

Conſiliario Iudicii aulici, Fautori, Amico atque Compatri meo honoratiſſimo, ille ſtatim ex vngue hoc TE *leonem cognouit, remque infinitis ſeculis condignam maturandam vrſit; praecipue quia vel inde magnum etiam in ipſam Iurisprudentiam redundaret commodum. Nec minus placuit Viro Nobiliſſ. atque Excellentiſſimo,* Dn. Paulo Hachenbergio, *Hiſtor. et Eloquent. in hac noſtra optime certe merito P. P. Sereniſſimique Dn. Electoris Hiſtoriographo, Amico meo longe ſuauiſſimo, qui ſedulo perlegit, probeque penſitauit, veluti cenſebis ex his, quas ad me:* (S. T.) Non ſine voluptate ſumma legi, quae Amicus Tuus, *Clariſſimus* HEKELIVS, ad AVSONIVM POPMAM de *Differentiis Verborum* commentari coepit. Praeterquam enim, quod in illuſtrando Auctore vtiliſſimo digniſſimoque operam impendat, eam iudicii vim atque diffuſam adhibet eruditionem, vt plurimum illi res litteraria, et inprimis illa rerum Regina, Eloquentia, debeat. Neque enim nos, *amiciſſime* FRANCE, praepoſtera eorum moretur ſententia, qui *hanc Lat. Linguae Criticen* dictitant ſtudium ignobile ac plebeium, quod procul a ſcientiarum Maieſtate habendum ſit. Nempe his *Latine* loqui res puerilis, ſcire litteras interiores, putida et inepta exiſtimatur; dum ipſi ad lucrum properantes, cruda ſtudia ad *Themidis* et *Aeſculapii* Sacra protrudunt. At nobis illud ſemper cum doctiſſimo *Italo* dicendum eſt; *Vix conteſimum eſſe, qui pure atque emendate* Latine *ſcribat; vix milleſimum, qui an* Latina *oratio ſit, iudicare poſſit.* Ad hoc eximium ſtudium qui applicuere animum, non in vna conſeneſcunt arte, ſed mira ingenii capacitate o-

mne

mne genus Scriptorum excutiunt, aetates Auctorum et tempora conferunt, nec verba modo, ſed compoſitionem, ſed loquendi genera expendunt: denique *Herculeo* labore ſcientias omnes peruagati orbem illum perficiunt, quem nemo, niſi ingenti literarum flumine inundatus, vt cum *Satyrico* loquar, feliciter confecit. Mihi gratulari *Saxoniae* veſtrae lubet, quam ab aliquot annis praeclara eiusmodi ingenia illuſtrarunt: inter quae *Reineſii, Thomaſii, Boſii, Buchneri* nomina, donec erunt literae, (erunt autem ſeculis innumerabilibus,) in ore atque fama poſterorum ſedebunt. Quorum veſtigia dum *Clariſſimus Hekelius* nunc premit, et doctiſſimo Commentario nitorem ſuum Latinae Linguae vindicat, fas eſt, vt, quicunque literarum nomine cenſemur, illi applaudamus. Vale, ad 3. Maii 1679. *Suadeo igitur, vrgeo, immo omni ſtudio a Te contendo, vt Orbi literario deſideratiſſimum opus ne inuideas; Opus, ita me* MVSAE, *exiges omni aere perennius, cui vt* Lucina *benigniſſima ferat opem, omnibus precibus flagito. Deus interim* Tibi *largiatur vitam et vires, vt Reipubl. literariae commoda ampliſſime promoueas. Vale*, dulce decus meum! *et fauorem Tuum oculiſſimum mihi conſerua.* Et hoc eſt, quod illuſtris ac generoſus *Francus* meus illuſtri et generoſa, h. e. aperta ac ſincera mente ad me ſcribere voluit. *Io. Andr. Quenſtedtius* autem, Theologus ac Polyhiſtor *Wittebergenſis* poſt funera adhuc inclutus, d. XXIIX. Dec. ante ferme ſexennium (an. nempe LXXXVII.) de eodem labore meo ita propenſus cenſuit: *Miſcellanea non ita pridem abs Te,* Clariſſime VIR, *permiſſa ſingularem Tuam laudabilem-*

lemque induſtriam comprobabant. Quae vt mihi pergrata erant: ſic Tibi decentes ago habeoque gratias. Inter illa vero labor iſte in AVSONII POPMAE *de* Differentiis Verborum *Libros, diuino munere inſumptus, Humanitatis cultoribus apprime vtilis fore videtur. Quantum enim momenti in hoc ipſo ſtudiorum genere poſitum ſit, nemo facile, niſi litterarum humaniorum expers, ignorabit. Nec minus neceſſaria haec opera iudicatur. Nam ſine accurata eiusmodi cognitione ne vllus quidem in Auctorum lectione cum fructu verſare poterit. Quamobrem non exiguam apud Cordatos inibis gratiam. DEus Te ſeruet! Vale.* Hunc ſecutus *Ioannes Peiskerus*, inter modeſtiſſimos atque clariſſimos *Wittebergenſes* Philologus et Poeta haud inclarus, neque immodeſtus, Scholaeque Oppidanae Rector ſumme dexter et laudabiliter meritus, ante biennium per aliquot dies, cum ex *Pomerania* et *Marchia Brandenburgica* ſaluus et felix redirem, Hoſpes meus beneficus et munificus, prid. Kal. Ian. A. ſubſequ. LXXXIIX. mihi ex veteri amicitia, et quod fidelis Popularis meus, transmittens hanc Epiſtolam:

Τὰ τȣ̃ Ἰησȣ̃ χαρίσματα.

NOBILISSIME AMPLISSIMEQVE VIR,

Dn. Fautor, Popularis et Amice nunquam non honorande.

Superioribus Tuis, mi Iucundiſſime DN. HEKELI, *inter prandendum traditis nihil legi iucundius. Vt enim*

Bel-

Bullariorum erant loco: ſic rerum tuarum faciem tam ſcite deſcriptam conſpicabar, vt ne Apelles *quidem eam, ſi viueret, artificioſius depingere valuiſſet. Laetor ſane Tibi rem in obeundis officii partibus ex animi ſententia cecidiſſe. Id quod cum ex aliis, tum vero variis, quae vna permiſiſti, monumentis videre erat. Nec ſcholaſtico tantum vitae generi natus videris; eo quod non pauca cum Orbe literato ſcripta, eaque multiplicis eruditionis plena, communicare non dubitaſti. Vidi etiam hac ipſa vice partem aliquam faſciculo inſertam, quae* TE *in promouenda re literaria occupatiſſimum arguebat. Namque* AVSONII POPMAE *de* Differentiis Verborum *Libros haud vulgaribus Additamentis Animaduerſionibusque dediſti illuſtratos. Labor profecto vt difficultate non caret: ita multo vtiliſſimus cenſetur. Nam qui caſtiſſimae Latinitatis particeps futurus eſt, ſciat oportet,*

- - quantum diſtent aera lupinis.

Sciat, quaenam ſit diuerſae Vocum ſignificationis ratio. Sint forſan, qui leuiculam hanc operam opinentur: admoueant modo, ſi collibuerit, huic operi manum, et rem multo ſe aliter habere vltro fatebuntur. Non enim vnius ſaltim Auctoris lectio ſuppetit, ſed omne Scriptorum genus verſandum eſt, atque ſubactum de iisdem iudicium ferendum. Quemadmodum autem

- - non omnis fert omnia tellus:

Sic non omnia ingenia eiusmodi ſtudio excolendo ſunt apta. Quamobrem, mi optime Fautor, *maiori laude digniſſimus es habendus, vtpote qui nulli operae peper-*

ſti, dum eruditiſſimis laudatum Auctorem locupletaſti Acceſſionibus. Grata Tibi magnas, imo ingentes gratias aget Poſteritas, nec committet vnquam, vt Nominis Tui memoria deleatur. Vale in IESV, *qui* TE *Tuamque laudatiſſimam domum feliciter annare ac perennare ex gratia ſinat!* Cui ob iuſtam ac veram amicitiam fidelitatemque iucundam hocce in negotio ſum adiuncturus *Georgium Weiſſium,* Virum venerabilem, et vt mihi, ſic omnibus Bonis ac Candidis re et nomine candidum, Theologum ac Philologum minime poſtremae famae, et hac tempeſtate Superintendentem Electoralem Saxonicum *Zahnenſem* vigilantiſſimum. Tali enim modo ad me Tenſtodio *Rudolſtadium*: Εὖ! εὖ! *Gemino me beneficio Tibi nuper obſtrinxiſti, debitoremque perpetuum conſtituiſti,* CL. *HEKELI*, ἐμῷ πεφιλημένῳ θυμῷ. *Transmiſiſti enim mihi non modo varii generis erudita Scripta, ſed et diuerſa clariſſimorum virorum Alba, rariſſimis Symbolis, ſcopo meo publico mirum quantum inſeruientibus, referta, quos libros omnibus gemmis atque vnionibus rectiſſime praefers. Gratias priuatas iam differo, agendas ſuo tempore,* σὺν Θεοῦ παλάμᾳ, *in publico* Charidum *Theatro. Sed cur lectiſſimarum tuarum obſeruationum (quibus optimum ac vtiliſſimum* AVSONII POPMAE Libellum *de* differentiis Vocabulorum *ex Literatorum voto inſigniter auxiſti et illuſtraſti) cenſuram a me petis? Noſti mihi deſuetas iam eſſe artes, quas Tu in concredita functione clariſſima, magno cum vere-Eruditorum applauſu, et feliciter et fructuoſe tractas. Cenſurae igitur loco Votum Tibi ſequens dabo:*

HEKE-

Digitized by Google

HEKELI, vt multos illuſtres lumine libros
Doctrinae, excutiens barbaricum inde ſitum,
Apprecor ex animo Tibi vires, longaque vitae
Stamina. Nam CLARII *luxque decusque chori es.*

Scribebam Tenſtadii *in magno luctu propter obitum Vxoris meae* (heu!) *quondam dulciſſimae, quae vere fuit* Ταμεῖον Εὐσεβείας ϗ ἀρετῆς, *XVIII. Kal. Febr. 1689.* Nec praetereundum, quod ampliſſimi Philologi atque Fautores deſideratiſſimi, *Iſrael* nimirum *Clauderus*, Humanitatis quondam Profeſſor *Coburgi* laudatiſſimus, atque *Gabriel Loeſchenbrandt*, Gymnaſii *Heilbronnenſis Sueuorum* Rector etiamnum probe merens, meo de labore ante quatuordecim annos, ann. videl. LXXIX. quam lubentiſſime iudicarunt. Hic enim ipſis Calend. *Maii* anni iam denominati *Heilbronna* ad me amanter tali modo *Dresdam* ſcripſit: *Quam bene de re litteraria merearis, Amice, cum alia, tum inprimis nobilis hic ingenii Tui foetus, quo* Auſonio Popmae *vitam reddis, edocent. Pendeo animi, cui plus debeatur, an illi, qui priſcae eruditionis Scriptores, ne ſint ignoti longa nocte, in lucem reuocat: vel, qui noui aliquid, quod priſci aeui indolem non ſapit, literato Orbi obtrudit. Profer iſta diuitis Naturae Bona vlterius in docti Orbis decus, et nominis immortalitate beabere.* ILLIVS autem verba d. IV. eiusd. menſ. *Maii* ann. eod. *Coburgi* ſic ſunt formata breuiter: *de* noua POPMAE Editione *Tibi*, Vir Ampliſſime atque Praeclariſſime, Amice honoratiſſime, *ſincere gratulor. Prodeat Liber vtiliſſimus feliciter cum incremento nominis*

XX Tui.

Tui. Epigramma, quod rogabas, accipe, et boni conſule, Illud autem eſt huius tenoris.

POPMA *Iuuentutis quem magnis vſibus olim*
Ediderat magna non ita mole Librum:
Nunc illuſtratum docto communicat Orbi
Ex multis auctum partibus HEKELIVS.
Euge, Bonum Factum! Pulchro molimine lucem
Foenerat hic Libro, foenerat ille Viro.

Poſſem et vellem plura magnorum celebriumque Virorum de hoc labore meo, quem ego vilem, vt omnia mea, qui optime poſſum me modulo meo ac pede, *Q. Horatio Fl.* canente, omni metiri tempore, aeſtimo, iudicia heic addere, ſi chartae huius anguſtia atque Praefationum Lex, quae prolixitatem vndique vitare iubet, id eſſent permiſſurae, egoque ex iisdem gloriam quondam ſummam, quam vanam ac mortalem puto, ac propterea, quod non excelſi ingenii, loquente *L. Ann. Seneca*, vt ſciunt, intime qui norunt me, Vir ſum, non viderer capere. Quod autem nonnullae nonnullorum Virorum illuſtrium ac ſolide doctorum Cenſurae de *hoc Labore* ac *Opere meo* hoc loco ſunt prolatae, ideo eſt factum, modo vt liuidae omnicarpi (vt liceat mihi cum *Poeta* loqui) Momi atque Zoili linguae, eorumque pennae ſuperbae, atrae ac tetrae, quae HERCVLIS *Clauam* non ſolum, ſed ipſius Iouis *Sceptrum* ac *Tela* quoque, PALLADISque *Lancem ac Clypeum*, immo PHOEBI *Currum* intactos atque intemeratos non relinquunt, iniiciantur arcta, vel ſaltem moderanda frena. Interea honoratiſſimis Praeceptoribus, excellentiſſimisque Doctoribus meis, quos adoleſcens

cem in *Alteburgico* atque *Gerano* Gymnaſiis nentiquam obſcuris; Iuuenis vero in celeberrimis Vniuerſitatibus, *Lipſienſi*, *Giſſenſi* atque *Altdorfina*, fideliſſimos, dexterrimos atque feliciſſimos ſum nactus, meritas, debitas ac magnas ago gratias, quod informatione ſua ſolida atque ſalutari ad hoc nobilius atque amoenius Studium ſtudioſe excolendum paterne voluere me adducere. Illi autem fuere inprimis *primo* ALTEBVRGI *Georgius Crauſerus* PHOSPHORI N. T. Editione clariſſimus, *Chriſtianus Funccius*, alter ille Strabo, *Michael Liſtius Michael Chriſtian Ludouici*, iam Ducalis *Saxo-Cizenſis* Nathan excellenter cordatus atque ſplendidus, et *Io. Georgius Schmalzius*; dein GERAE, ubi natus, *Io. Sebaſtianus Mitternachtius* atque *Io. Fridericus Koeberus*; LIPSIAE vero *Io. Adam Scherzerus*, *Fridericus Rappoltus*, *Valentinus Alberti*, *Chriſtian-Fridericus Franckenſteinius* atque *Iacobus Thomaſius*; GISSAE *Phil. Ludou. Hanneckenius*, hodie *Wittebergae* maximi applauſus (*Georg. Caſp. Kirchmaiero* meo nuper in litteris ſuauiſſimis affirmante) Theologus, *Ioann. Conradus Dietericus* atque *Ioannes Weisſius*; et tandem ALTDORPI, *Io. Conr. Durrius* atque *Georg-Matthias Koenigius*, indefeſſus *Noricorum* Varro ille, quibus DEVS, qui adhuc ſunt ſuperſtites, longaeuam vitam in pace et quiete ex gratia velit concedere. Pares agendae ſunt gratiae quoque nobiliſſimo atque praecellentiſſimo Viro, *GOTTFRIED WEBERO*, *Berolinenſium* Stagiritae atque alteri Gellio egregie claro, quod permultis doctis ac eruditis Scriptis ſuis, iisque labori meo ſaepe conducibilibus, per aliquot annos

prae-

Digitized by Google

praeter vllum meritum, me exhilarauit. Ideo dulciſſimum atque celeberrimum huius Viri benigni Nomen vna cum paucis aliis, etiam dulciſſimis ac vndique conſpicuis, Nominibus *huic Libro* quam decentiſſime praefigere quoque mihi libitum fuit. Quae litterato orbi alias a me quondam et hactenus ſunt promiſſa, aliquando cum DEO, et ſi ſaluus in hoc otio ſumme negotioſo vixero, etiam ſiſtantur luci publicae. Inter quae, praeter et *γνησίως Litteratorum*, et *Theologorum orthodoxorum vniuerſalem Hiſtoriam*, *praecipue* erunt *Epitheta Ciceroniana ſtudioſe collecta*; *Synonymorum Ciceronianorum* atque *affinium Verborum ſingularis Farrago*; *Aduerbiorum Ciceronianorum Connubia*, atque *Oppoſitorum*, ſeu *Antithetorum ex diuerſis Autoribus enucleatorum Liber*, POPMAE Labori non immerito accenſenda, et ſtudioſae cohorti non parum profutura. Hoc vnicum mihi meis in ſtudiis valde eſt aegre, quod pauci inter Litteratos, vtramque meam Hiſtoriam videre tandem anxie cupientes, inueniuntur, qui mecum ſunt communicaturi, quod ad illam feliciter abſoluendam ſpectat; cum tamen id plurimi ex iisdem, Chriſtiana charitate ac ipſa Conſcientia praecipientibus, tot prece modeſta ſollicitati, facillime poſſent facere. Hiſce valeat, vigeat ac floreat *Lector prudens*, *beneuolus* ac *candidus*, mihique *Errata Typographica* haud imputet.

AVSO-



AVSONII POPMAE

DE DIFFERENTIIS VERBORVM

LIBER PRIMVS,

ADDITAMENTIS HEKELIANIS NOVITERQVE ACCESSIS ILLVSTRATVS.

* * *

A vel *Ab* et *De* ita differunt, ut *A* notet *cauſam efficientem*, *cuius vi res eſt*, vel *id*, *unde quid venit*, ut: *ab uno Deo ſunt omnia*; De vero *materiam circa quam*, vel *motum ab una re ad aliam*, v.g. primum *cogita* de *Pietate*, dein de *Honeſtate*. H.

Abdicare dicitur *l.6. pr. C. de Patria Pot. pr. Inſt. de E.L.* Pater *filium*, quem ſe viuo repellit a bonis, et quaſi extra familiam eiicit (a), *Exhaeredare* eſt eum, qui alioquin haeres futurus eſſet poſt mortem teſtatoris, ab haereditate excludere (b); Hinc *Abdicatio* (c) eſt liberorum abalienatio, quae Patri olim

Digitized by Google

permittebatur ex cauſa apud iudices probata, ut, ſi filius paternae voluntati repugnaſſet, ſi malitioſe aut nequiter egiſſet; *Exhaeredatio* eſt ſuorum haeredum ab haereditate, et ſuccedendi iure excluſio. Suetonius in Auguſto: *Agrippam breui ob ingenium ſtolidum ac ferox abdicauit, ſepoſuitque Surrentum.*

(a) vel *qui priuat omni iure filii.* Sic magiſtratu ſe *abdicat* vir emeritus quoque, *abdicatione* videl. *honeſta. Abdicare* enim *proprie* eſt *rem iure amouere.*

(b) vel *tantum ſubmouere ab haereditate.* Itaque quisquis *abdicatus* eſt, idem eſt *exhaeredatus,* ſed non contra.

(c) quae *Adoptioni* opponitur et transfertur quoque ad alia.

Abeſſe et *Deeſſe* ita differunt, ut *hoc* requiratur, *illud* non item. Cic. in Bruto cap. de M. Calidio Oratore: Qui docere et delectare auditorem poterat, quod eſt tertium non poterat, hoc unum, inquit. illi, ſi nihil utilitatis, *afuit*, ſi opus erat, *defuit.* Paraeus. R.

Abgregare eſt a grege, *Adgregare* ad gregem ducere, *Segregare* ex pluribus gregibus partes ſeducere, unde et *Egregius* dicitur e grege lectus. Feſt. R.

Abigeus (d), eſt, qui pecora ex paſcuis, vel ex armentis, vel ſtabulis ſubtrahit (e), et quodammodo depraedatur (f): *Fur* eſt, qui clam rem alienam ſurripit: Illi grauius peccant, et puniuntur; hic leuius. Vlpianus de Officio Proconſulis lib. 8. I. 1. D. de Abig. l. 9. §. 4. D. Locati. Abigei *proprie hi habentur, qui pecora ex paſcuis, vel ex armentis ſubtrahunt, et quodammodo depraedantur, et abigendi ſtudium quaſi artem exercent, equos de gregibus, vel bo-*

ues

Digitized by Google

res de armentis abducentes. Claudius de Poenis Paganorum, l. 16. D. de Poenis: *Quantitas diſcernit furem ab abigeo. Nam qui unum ſuem ſurripuerit*, ut fur *coërcebitur*, *qui gregem*, ut Abigeus.

(d) vel *Abactor* (e) (*abducit*)

(f) Crimen *Abigeatus* dicitur. *Plagiarius*, qui aliena mancipia, ſeu liberos, abducit: crimen *Plagium* dicitur. *Peculator*, qui de *Principis*, aut *Populi* aerario ſuffuratur: Crimen *Peculatus* eſt. *Sacrilegus*, qui ſacra, ſiue de ſacro loco tollit aliena: crimen *Sacrilegium*. *Praedo*, qui vi rapit. *Latro*, olim *Miles mercenarius*, qui in belli ſpeciem ferro graſſatur. *Pirata* conductus ab Archipirata facit idem in mari.

Abigo ut pecudem, unde et *abactores* dicti ſunt, *Mitto* ut hominem. Donat. R.

Abiurare eſt rem creditam periurio negare. *Eiurare* eſt iuramento renunciare, vel reiicere (g). *Plaut. Curculione* (h): *Qui abiurant, ſi quid creditum eſt. Idem: Eiurauit militiam* †. Sic *eiurare Iudicem* ſolebant, qui Iudicem ut ſibi iniquum reiiciebant, et *eiurare bonam copiam* dicebantur, qui ſoluendo non erant, cum iureiurando palam affirmabant, ſibi copiam et facultatem diſſoluendi aeris alieni minime ſuppetere; atque ita liberantur a nexu et ſeruitute Creditorum. Cicero in Philipp. XII. *Me iniquum eiurabant, et de me querebantur.* Idem ad Paetum: *Quod mihi bonam copiam eiures, nihil eſt.* Varro L. 6. de Ling. Lat. *Liber, qui ſuas operas in ſeruitute pro pecunia, quam debeat, dat, dum ſolueret, Nexus vocatur, ut ab aere Obaeratus. Hoc C. Poetilio Viſolo rogante ſublatum ne fieret, et omnes, qui bonam copiam eiurarent, ne eſſent Nexi, diſſoluti* (i).

(g) *ſ. quod facere nolis iurando negare.* (h) *Act. IV. Sc. 2. Bro.*

A 2 † *Eiu-*

† *Eiurauit* magiſtratum. Inde *abacti* magiſtratus dicti, qui ita ſe magiſtratu exuebant. Quae quidem eiuratio fiebat fractis ante faſcibus, ut Dio. Lib. 59. R.

(i) Sed *Periurare*, ſ. *Peierare*, eſt *falſo* iurare; *Deiurare* autem ſ. *Deierare* eſt *valde* iurare. Vid. *Plaut. in Menaech. Act. V. Sc. 2. v. 63.*

Abominari idem eſt, ac, ut malum omen, aliquid deteſtari et auerſari, veluti quum dicimus: *Si quid tibi accederit humanitus, quod Deus prohibeat.* Omen enim eſt futurae rei ſignum et ſumitur inprimis ex eo, cum verbum praeter intentionem excidit, euentum poſt ſecum trahens †. *Deteſtari* vero eſt exſecrando aliquid iniquum eſſe teſtari, et uſurpatur potiſſimum de *factis*; cum contra illud de *verbis*. *Hoc* videtur *maius* eſſe; *illud* autem *minus*. H.

† *Deteſtari*, auertere ac depellere, cum quadam conteſtatione doloris. Ita et *Deteſtatio* ſcelerum. Cic. Phil. 5. O Dii immortales, auertite et *deteſtamini* quaeſo hoc omen, Id. Catilin. I. nunc a me, P. C. quandam prope iuſtam patriae quaerimoniam *deteſter* ac deprecer. R.

Aborſus dicendus eſt, qui fit in primis menſibus, cum conceptui exordium eſt factum. *Abortus* prope tempus pariendi. Tunc enim moritur, quod naſcitur. *Non. Marcell.* Addi poteſt *Paulus* 7. *Sent. tit. 9. §. 6 l. 2. et ibi Goth. C. de poſth. Her.*

Abrogare, eſt legem perlatam prorſus (k) tollere. *Derogare* eſt aliquid (l) deminuere de vi et effectu legis, noua ſcilicet lege. *Obrogare* eſt aliam legem ferre, prioris legis infirmandae cauſa. *Antiquare* eſt legem promulgatam reiicere, non accipere *l. 102. D. de Verb. Sign.* Cicero L. 3. de Rep. *Huic legi nec obrogari fas eſt, neque derogare*

gare ex hac aliquid licet, neque tota abrogari poteſt. Idem L. 3. ad Atticum: *Abrogare, Derogare, Obrogare ſine fraude ſua non liceat.* Liuius L. 22. *Itaque plebiſcitum, quo oneratus magis, quam honoratus ſum, primus antiquo, abrogoque. Abrogat*, qui alii aufert. *Arrogat* aliquid ſibi, etiamſi non meruit (m), Corn. Front. *Exrogat*, qui ex lege veteri aliquid eximit per legem nouam.

(k) *conſenſu publico*, (l) *rogatae legi detrahere.* vel (m) *vel rogando plus ſibi, quam decet, ſumit.*

Abſoluere eſt (n) rem ad exitum quoquo modo perducere; *Perficere* † autem eſt (o) finem rei imponere, nihil ut deſit, quod plus eſt; ſicut *Perfectum* plus eſt, quam *Abſolutum.* Cicero L. 2. de Natura Deorum: *In omni natura neceſſe eſt abſolui aliquid, aut perfici.* Vlpianus Lib. 7. ad Legem Iuliam et Papiam; l. 139. D. de Verb. Sign. *Perfeciſſe aedificium is videtur, qui ita conſummauit, ut iam in uſu eſſe poſſit* (p).

(n) *negotium peragere*, ſ.

† *Perficere* Ciceroni aliisque eius notae ſcriptoribus verbum hoc eſt idem, quod *efficere* aut conficere. Orat. pro Verr. 4ta. Verresne habebit domi ſuae candelabrum Iouis e gemmis auroque *perfectum? Perfectus* non eſt idem, quod τέλειος graece, ſed idem quod *effectum.* Vulgo igitur hodie dicunt *perfectum* et *perficere*, quod Graeci τέλειον et τελειοῦν nominant. Raro enim hac ſignificatione aut plane non apud Ciceronem occurrunt, pro quo Cicero dicit: ad exitum perducere, perpolire, conficere, complere, confectum et abſolutum. R.

(o) *faciendo abſoluere*, ſ.

(p) Sic *Perfectus artifex perficit ſuum opus ad perfectionem usque; Iners autem relinquit omnia imperfecta, aut, ſemiperfecta.*

 Ab-

Digitized by Google

Abſpulſus eſt ab aliquo pulſus. *Repulſus* retro pulſus. *Corn. Front.*

Abſtinere eſt inhibere manus et animum a rebus alienis. *Continere* † (q) eſt temperare a cupiditatibus, et illecebris voluptatum. Vnde *Abſtinentia* eſt virtus, qua (r) ab alieno abſtinemus (s). *Continentia* eſt (t), quae cupiditates refrenat, ac rationis imperio ſubiicit. *Haec* in viro temperante eſt; *Illa* in innocente (u). Cicero Lib. 1. ad Q. Fratrem: *Eſſe abſtinentem, continere omneis cupiditates praeclarum eſt.* Salluſt. in Catilina: *Cum ſtrenuo Virtute, cum modeſto Pudore, cum innocente Abſtinentia certabat. Abſtinere* ab haereditate dicitur ſuus. *Repudiare* extraneus. *Paſſ. tit. I. de Her. Qual. et Diff.*

† *Abſtinere* generalius uſurpatur, *Continere* ſpecialius, imprimis a cupiditate et libidine. *Continens* de eo, qui non ſtudet potationibus aut amationibus. Plaut Maſt. I. v. 30. R.

(q) *quod* proprie *idem eſt, ac coniectum tenere.*

(r) *temperamus ab alienis*, ſ. (s) *cui opponitur* Rapacitas.

(t) *qua ratio temperat affectui, praeſertim circa voluptates corporis, vel* proprie *circa libidinem, quam* Graeci *vocant* Ἐγκράτειαν, ſ.

(u) *Sed* Temperantia *genus eſt ad omnium affectuum moderationem pertinens.*

Abundat, non quod *ſuperfluum* eſt, ſed quod eſt *copioſum* et *cumulatum*; *Redundat* autem, quod eſt ſuperfluum, ſeu *ſuperuacaneum*. Goclen. H.

Accedo tibi, eadem tecum ſentio. *Accedo* te, et ad te, eſt ad te venio, *Fl. Soſip.* (x)

(x) *Accedere* eſt proximum fieri. *Aſpirare* in eam partem, qua quid quaeſitum eſt, vultum et oculos, ac ſpiritum oris aduertere. Pedian. Itaque *Aſpirare* plus eſt et ἐμφα-

τικώ-

τιμώτερον, quam *Accedere*, et *minus*, quam *Peruenire*, cum dicitur: *Ad apicem Philoſophiae* Aſpirare *potius, quam* Peruenire *mediocribus ingeniis conceditur.*

Accenſus † eſt miniſter publicus, ciues ad Concionem acciens, i. e. vocans; *Praeco* autem vocans ad Comitia. Alex. ab Alex. Lib. I. *Gen. Dier.* c. 27.

† *Accenſus* ſignificat apparitoris genus lautiſſimum. Erant enim apparitorum in numero ſcribae, accenſi, viatores, praetores, lictores, etc. Conſules ac praetores, qui ſequuntur in caſtra, *Accenſi* dicti, quod ad neceſſarias res acciuntur, veluti *accerſiti*: et, quos nunc dicimus, *Deputati*. Varro apud Nonium. *Accenſus* nomen eſt ordinis et promotionis in militia, ut nunc dicitur, princeps, vel commentarienſis, aut cornicularius. Haec. n. nomina de legionaria militia ſumta ſunt. Paedian. R.

Acceptilatio eſt omnimoda liberatio, licet pecunia ſoluta non ſit. *Apocha* non alias, quam ſi pecunia ſoluta ſit. *L. 19. de Acceptil.* (y) *Solutio* eſt naturalis datio; *Acceptilatio* ciuilis. *Gothofr. et Vult. ad* L. 5. *de Acceptil.*

(y) *Ideoque haec eſt Schedula, qua Creditor teſtatur, ſibi ſatisfactum eſſe a Debitore. Quanquam* Acceptilatio *pro ipſa acceptae ſatisfactionis teſtificatione nonnunquam etiam ſumitur.*

Accerſi dicitur uxor ad maritum, *abduci* a marito ad diuortium. Virg. et gremiis abducere pactas. R.

Accerſo et *Arceſſo* quidam, inter quos *Agraetius*, putant hoc differre, quod *Accerſere* ſit vocare; *Arceſſere* autem accuſare, in quo magnopere falluntur. Nam *Arceſſere* duplicem ſignificationem

 habet,

Digitized by Google

habet, ſitque ab *Arcio*, quod Veteres dixerunt pro *Accio*, vel *Adcio*, ut in aliis quoque multis vocibus *Ar* pro *Ad* uſurparunt, autore *Priſciano*. Hinc *Salluſtius* amantiſſimus Antiquitatis, *Arceſſo* dicit in utraque ſignificatione, ut in Catilina pro *vocare*, vel *vocatum ire; Praeterea Gabinium* arceſſit; *et* in Iugurtha *pro* accuſare. *Quos pecuniae captae* arceſſebant. Quo modo et in aliorum Autorum libris veteribus fere ſemper ſcribitur †. Alii, inter quos *Papirianus Grammaticus*, volunt, *Arceſſere* eſſe *ſubmouere* et *repellere*, a quibus (z) diſſentit Velius Longius: *In eo quod eſt* Arceſſo *et* Accerſo, (inquiens) *putauerunt quidam Differentiam eſſe*, ut Accerſo *ſit Voco*, *tractum ab acciendo*, Arceſſo *ſubmoueo, ab arcendo tractum. Sed errauerunt.* Arceſſo *enim pro eo, quod eſt arceo, nusquam poſitum eſt.*

† *Accerſere* valet tantum vocare. Hoc obſeruatum non indignum, quod interdum uno C nempe, *acerſo* reperiatur. Terentius ſemper utitur *accerſo*, nunquam arceſſo. Librarii ſ. potius typographi ſemper fere *accerſo* impreſſerunt, repugnantibus licet libb Manuſcriptis; cum tamen Ciceroni aliisque eius aequalibus, atque etiam recentioribus, *arceſſo* magis ſit uſitatum. Vtriusque autem eadem eſt notio. Nam prius *arceſſo* idem eſt, quod *boco*. Deinde pro *accuſo* ut et *bocare in trimen* dicimus. Praeterea *arceſſo* de rebus, *ut* libro, vino, idem quod *peto*, *aliunde ſumo*: ut *Arceſſitum* Ciceroni idem ualet, quod, *externum*, *aliunde petitum*, ac ſumtum, aduenticium: cui *domeſticum* reſpondet. Quae notio hodie vix nota. Vid. Paraei Lex. Critic. R.

(z) *merito nobiſcum.*

Acceſſus eſt aditio, ſiue appropinquatio; *Acceſſio* vero eſt adiectio et incrementum (aa), *Deceſſio* ſigni-

Digitized by Google

ſignificat deminutionem et detractionem. Cicero, L. 1. de Natura Deorum: *Solis acceſſus diſceſſusque ſolſtitiis brumisque cognoſcitur*. Idem L. 3. Offic. *Eorum neque acceſſione vitam meliorem fieri, neque deceſſione peiorem*. Sic Iuriſconſulti *l. 34. pro. D. de contrah. Empt. l. 19. §. 3. D. acqu. Poſſ. l. 43. D. de Solut. §. 26. 34. Inſt. de Rer. Diuiſ. Perſonas*, aut *Res*, quae aliis *adiunguntur* et *accedunt*, vocant *Acceſſiones* (bb), eoque verbo in obligationibus et emtionibus crebro utuntur, et Medici *incrementa morborum* nominant *Acceſſiones*. Seneca ad Lucilium: *Aegra corpora minima interdum mergit* Acceſſio. Plinius Lib. 25. *Id dandum quidam non niſi in* Acceſſione *cenſent, alii in* Remiſſione (cc).

(aa) ſiue *augmentum*. Vnde *Acceſſionem adiungere* eſt *incrementum addere*. E contrario v. (bb) ſiue *Acceſſorium*. (cc) *Maris a. Acceſſus* et *Receſſus* dicitur, quum *ad nos affluit* et *refluit*.

Accidit id, quod fortuito atque ex improuiſo, (dd) euenit. *Contingit* id, quod comitatur, ſubſequiturque quaſi praecedentium cauſarum euentum. Seneca ad Lucilium: *Scies plura mala* contingere *nobis, quam* accidere. *Quoties enim felicitatis cauſa et initium fuit, quod calamitas vocabatur? Quoties magna gratulatione excepta res gradum ſibi ſtruxit in praeceps, et aliquem iam eminentem alleuauit etiamnum tanquam ibi adhuc ſitaret, unde tuto caderet.* Frequenter tamen haec verba idem ſignificant, ut in illa vulgari Formula, qua mors denotatur: ſi *quid acciderit*, vel, *ſi quid humanitus contigerit*. Suetonius in Auguſto: *Iulius filiam neptemque, ſi quid his accidiſſet,*

Digitized by Google

diſſet, vetuit ſepulcro ſuo inferri. Scaeuola Digeſt. 20. l. 30. D. de Alim. Leg. *Siue in prouincia, ſiue in via aliquid mihi humanitus acciderit.* Ibidem: *Si quid ei humanitus contigerit, do, lego, darique eis volo.* *Accidere* aliquid *aduerſi*, *Contingere* aliquid *pulcri* dicitur. *Fl. Clarus Euenire* utrumque. *Agraet.*

(dd) *Vel praeter ſpem.*

Accipimus ab alio, quod datur (ee), *Sumimus* ipſi, quod ante poſitum eſt. Salluſt. in Iugurtha: *Epiſtolam ſuper caput temere poſitum ſumit.* Cic. Or. 2. in Verrem: *Quod mihi abs te datur, id accipio.* Idem in Lentulo: *Quod dat, accipimus.* *Accipere*, generaliter de *Accipiente* dicitur. *Acceptare* †, de *frequenter* Accipiente. *l. 10. §. 3. ff. de Ann. Legat* (ff).

(ee) ſ. *rem datam capiendo tollimus.*

† *Acceptare.* Quare Iuriſconſulti eo utuntur de annuis reditibus, qui ſaepe recurrunt. R.

(ff) Sic *ſumimus alimoniam*, ut *conſumamus. Sumimus pecuniam*, ut *inſumamus in neceſſarios ſumtus*, prout *leges ſumtuariae* permittunt.

Acclamationes, erant fauſtae et ſecundae, aut contumelioſae, infauſtae ac graues. Differebant vero a *Plauſu*, quod 1) *Plauſus* daretur manibus, vocibus fierent *Acclamationes*, quod 2) *Acclamationes* fierent aliquando abſentibus, *Plauſus* non niſi praeſenti. Caeterum *Acclamationes* raro ſine *Plauſu* fiebant, vel ſine *Acclamatione Plauſus*. Dio. LIV. in Auguſto. Populum obiurgauit, quod *Plauſu* et laudibus eum (Caium) proſecutus eſſet. Senec. Epiſt. LIX. ſicut *Plauſus* et *Acclamationis* fauſtae fauor. R.

Accolae ſunt, qui iuxta *montem*, *flumen*, *lacum* aut *mare* habitant: ut *Accolae Tauri*, *Rheni* etc. *Incolae*, qui

Digitized by Google

qui in *urbe*, aut *pago alieno* habitant. Graecis dicti *πάροικοι*. *Indigenae*, qui illic habitant, *ubi nati ſunt*, quos *Graeci* vocant Ἀυτόχθονας. *Aduenae*, qui *aliunde quopiam* commigrarunt *ad aliam gentem*. Sed *Inquilinus* eſt, qui in *alieno priuato habitat*, praecipue *conducto*. *Incolae* enim et *Accolae* recipiunt *Inquilinos*, quos volunt. H.

Accumbere aliud eſt, quam *Sedere*. Nam qui *accumbit*, neque ſtat, neque ambulat; ſed medium quiddam facit, *l. 124. de V. S.* Viri coenabant *accumbentes*, mulieres *ſedentes* †. Turpis enim viſus eſt in muliere *accubitus*. *Coel. Rhodig. Lib. 14. Antiq. Lect. c. 58* (gg).

† *Sedere* etiam iudicum proprie eſt et praetorum. Cic. Philipp. 2 frequentiſſimo ſenatu Kal. Ianuar. *ſedente patruo, hanc* Tibi eſſe cum Dolabella cauſam odii dicere auſus eſt. Cic. ad Lentul. lib. I. Epiſt. Ego, *ſedente* Cn. Pompeio, etc. vid. Polleti forum Roman. p. 36. Edit. Lugd. R.

(gg) *Antiquiores* autem non *accubiſſe*; ſed potius *ſedentes prandiſſe* atque *coenaſſe* Athenaeus Lib. 8. *Deipnoſoph.* p. 363. num. F. *Edition. Dalechamp.* probatiſſimus teſtis eſt. Et hoc exinde imprimis factum eſſe coniicimus, quoniam ſibi perſuadebant, *Deos ipſos in eiusmodi conuiuiis praeſentes eſſe*, ideoque feſtiuitates illas κοσμίως καὶ σωφρόνως, hoc eſt, *decore temperanterque* celebrandas autumabant. Quapropter ad Ebrietatem usque etiam non bibebant, ſed, libatione prius peracta, tantum quisque bibebat, quantum illi ſuadebat animus, ac deinde ſinguli domum abibant. Leg. *Io. Guil. Stukii* Lib. I. *Antiqu. Conu.* c. 33. fol. 125. fac. b. Edition. ſecundae. Quomodo a. *Accumbere*, *Recumbere* et *Diſcumbere* differant, vid. denuo *Stukii* Lib. 2. c. 34. fol. 268. fac. a. Sunt, quos inter *Acron* praeprimis, qui dicunt, *Accumbere* eſſe *Deorum*, *Diſcumbere Virorum*; *Ferarum* autem *Recumbere*. Quam *Differentiam* omnino *vanam* atque *ridi-*

Digitized by Google

ridicularium eſſe Claſſicorum Scriptorum autoritas, contrariis exemplis de quouis paſſim adductis, iampridem comprobauit. Nos putamus, hoc tantum intereſſe inter duo illa priora: *Accumbere* et *Diſcumbere*, ut videlicet *Hoc*, de *loco honoratiore*, vel *ſuperioribus*: *Illud* autem de *minus honoratiore* vel *inferioribus Conuiuis* optume dicatur, ſicuti colligere eſt ex *Iac. Cruquii* Enarrationibus ad *Horat.* Lib. 2. Sat. 8. v. 20. p. 505. col. I. et *Fuluii Vrſini* Appendice ad *Petri Ciacconii, Toletani*, Librum de *Triclinio* in Officina *Sanct-Andreana* Anno 1590. in form. 8 v. exc. p. 124. De ipſo autem *Diſcumbendi Modo* videantur ipſe *Horatius* loc. cit. *Ciacconius* p. 24. ſeqq. atque *Iuſtus Lipſus* in Tractatu peculiari, qui de *Ritu Conuiuiorum apud Romanos* eſt inſcriptus, et ſeptem aliis ad cognoſcendam Hiſtoriam Romanam apprime utilibus Tractatibus inſertus, p. 118. ſequ. Edition. Françof. *Recumbere* autem idem eſſe, *ac toto corpore, compoſito ſcilicet, ut facilius quis ſomnum poſſit capere ſuauiſſimum, iacere* alibi quondam oſtendimus.

Accuſare eſt aliquem criminis in iudicio reum facere (hh), *Incuſare* † autem eſt *factum*, ſeu mores alterius priuatim reprehendere, vel de illata iniuria querelas deferre *l. 1. D. de Accuſat.* Caeſar Lib. I. de Bello Gallico; *Omnium ordinum adhibitis ad id conſilium centurionibus vehementer eos incuſauit.* Liuius L. 45. *Graecorum vana promiſſa incuſare.* Sed haec cum tralâtitie uſurpantur, tum fere confunduntur. Salluſt. in Iugurtha: *Vbi per ſocordiam vires, tempus, ingenium defluxere, naturae infirmitas accuſatur.* Tacitus: *Intemperiem coeli incuſantes* (ii).

(hh) ſ. facti cauſam alicui tribuere.

† *Accuſare* notat culpam, *Incuſare* mores. R.

(ii) Caeterum quod, *Seruio* autore, maior *Accuſet* minorem, minor *Incuſet* maiorem, non eſt perpetuo verum: Interdum *alterum* pro *altero* ponitur, niſi quod in iudiciis forenſibus nemo dicatur *Incuſari*. *Accuſatio* inimicorum eſt, *Incu-*

Digitized by Google

uſimus et amicos. *Vtrumque* refertur ad *Rem* et *Perſonam*, *n*: Incuſat *tuum ſilentium*, Incuſas *me*, *quod nihil ſcribam*. Accuſat *tuam contumaciam*, Accuſat *te* de *contumacia*.

Accuſare eſt agere cauſſam, et reum in iudicium adducere. *Deferre nomen*, eſt reum facere, id proprie fit ante accuſationem. *Crimen Denunciare* ad magiſtratum. Goclen. R.

Accuſator verus intelligitur reiiciens malos et retinens bonos. Qui vero contra facit, ut ſit impedimento caeteris, aſtuque tegat, de hoc intelligitur, quod *Praeuaricator* exiſtat. *Index* eſt, qui facinoris, cuius ipſe eſt conſcius, latebras indicat, impunitate propoſita. Paedian. *Accuſator* interdum idem fere, quod *Delator* ſeu *Index*, vel *is*, qui accuſandi artem factitabat, quod turpe fuit Romae. Quare Cicero *Accuſatorem* et *Indicem* ſaepe coniungit. Paraeus. *Accuſator* in cauſſis publicis dicitur potius, ut in priuatis *Petitor*. Goclen. R.

Acerbum eſt, quod fit in *Perſonam*. *Iniquum* quod in *Legem*. H.

Acerosum et *Aceratum*, utrumque noue poſitum, ſed diſtanti proprietate ſignatum. *Acerosum* namque panem farre minus purgato, ac ſordibus a candido ſeparato dicendum, veteres putauerunt. Lucil. lib. 25.

Quae gallam bibere ac rugis conducere ventris
Farre *aceroſo*, olei decumano pane coëgit.

Hunc Graeci *ὑπόπυρον* vocant. *Aceratum* vero eſt lutum paleis miſtum, ut laterarii uſus eſt. Non. Lucil. lib. 10.

Nam

Nam laterem qui ducit, habet nil amplius vnquam
Quam commune lutum e paleis, coenumque ace-
roſum. R.

Aceruus mobilis eſt, *acerbus* immaturus. Agraet. R.

Aceruus rerum minutarum eſt, ut *frumenti* et *leguminum*, aut *pomorum*, aut *nummorum*. Virgil. Lib. 8. *Aen.* v. 561. *Aceruum Scutorum* dicit. *Strues* eſt lignorum. *Strages* cadauerum ſimul iacentium. Ideoque dicitur *Stratorum in bello multitudo. Sarcina* utenſilium ſimul compoſitorum. *Faſcis* item rerum ſimul colligatarum ad geſtandum. *Onus* eſt, quicquid onerat portantem, vel quod portatu graue eſt. Dicuntur et *plauſtrorum* et *nauium Onera*. Vnde Cornelius Fronto *Onus* vehiculorum et *maius* eſſe; *Sarcinam* autem hominum dicit. *Congeries* generale nomen eſt. *Cumulus* eſt ingens vis rerum compoſitarum. *Theſaurus* †, proprie rerum ſepoſitarum ad cuſtodiam. *Mundus* eſt compoſita vis earum rerum, quibus ad ornatum utuntur foeminae.

† *Theſaurus* vocatur omne id, quod congregatur ſtudio, et ſingillatim in aceruum componitur. Etiam de peſſimae rei copia dicitur, teſte Marcello. R.

Acies, eſt oculi, vel militum, vel ferri, *Acumen* ferri et mentis. R.

Acini denſius naſcuntur; *Baccae* † autem rarius. Sic *Grana Vuae*, *Hederae*, *Sambuci*, *Mali Punici* et *ſimilium* dicuntur *Acini*; cum contra *Fructus Lauri*, *Oliuae*, *Myrti*, *Iuniperi* ac *ſimilium Baccae*. H.

† *Bacca* videtur etiam dici de omni arborum fructu: Ouid. lib. 10. Metam. Et bicolor myrtus et *baccis* caerula ficus. Cic. Tuſcul. 5. Ergo arbores ſerens diligens agricola, quarum aſpiciet *baccam* ipſe nunquam. Cic. lib. I. Diuin.

Nec

Digitized by Google

Nec fruges terrae *baccasue* arborum cum utilitate ulla generi humano dediſſet.

Acta † erant res minores, quae in urbe fiebant, et in ſcripta (kk) redigebantur, ut *Acta ſenatus*, in quibus perſcriptum erat, quicquid in *Senatu* diceretur agereturque, et *Acta Populi*, quae et *publica*, et *urbana*, et κατ' ἐξοχὴν *Acta* appellantur, in quibus ſingulis diebus notabantur res Populi, ut *Comitia, Iudicia publica, Matrimonia, Diuortia*, et alia plura. *Geſta* ſunt res maiores, quae *domi* et *militiae* geruntur, ut *Geſta Alexandri, Geſta Populi Rom.* ut quidem *Valla* tradit; cum tamen *Geſta* hac ſignificatione *Latinum* non ſit, ſed *Res Geſtae*. Cicero ad Plancum: *Sed quando acta omnia mitti ad te arbitrabar, nihil erat, quod ſingulis de rebus ad te ſcriberem*; *et* ad Trebonium: *Quod niſi res urbanas, actaque omnia ad te perferri arbitrarer, ipſe perſcriberem* (ll). *Actum* et *Geſtum* ita diſtinguit Antiſtius Labeo, ut *Actum* ſit, quicquid agitur aut *Re* ut *numeratione pecuniae*; aut *Verbis*, ut *ſtipulatione*; *Geſtum* autem ſignificet *Rem* ſine *Verbis* geſtam. Quam ſubtilem Differentiam improbat *Vlpianus* et *Geſtum* latiſſime accipit pro *omni contractu*, ſiue *re*, ſiue *verbis* quid actum ſit, ut in Edicto Praetoris: *Quod cum minore, quam 25 annis, natu* geſtum *eſſe dicetur*, Geſtum *interpretatur qualiter qualiter actum, ſiue contractus ſit, ſiue quid aliud contigit. § 2. de V. S* (mm).

† *Acta* proprie magisque uſitate dicuntur de iis, quae in pace, in ſenatu, iudicio, foro, Rep. quis egerit. Cic. Philipp. 1. et *Actum* dicit, quod rarum, cap. 7. Ecquid eſt, quod tam proprie poſſit dici *actum* eius, qui togatus in Rep. cum poteſtate imperioque verſatus ſit, quam lex? Ouidius aliique

poſtea

poſtea *Acta* etiam de quolibet priuato uſurpant, contra uſum veterum. *Actā* a recentioribus et in Iure pro ipſis Commentariis et Monumentis *actorum* ſumuntur. *In Acta mittere*, prouerbii ſpeciem habet pro diuulgare, publicare. Senec. lib. 2. de Ben. cap. 10. beneficium in *acta* non *mitto*. Salluſtius hoc verbo, *Acta*, utitur de rebus geſtis in bello, ut in Iugurtha: milites alius alium laeti appellant, *acta* edocent atque audiunt. Et Cic. lib. 2. de Orator. cap. 15. R.

(kk) (*Adamus et Codicillos atque Teſtamenta.*)

(ll) Interdum tamen *Actus* pro *Geſtis* legimus.

(mm) Alias *Actum eſt*, de *rebus deploratis* dicitur: ut *Actum eſt de Republica*, vel *de litteris*. *Graeci* dicunt πέπρακται. *Agere* enim interdum ad *fortunam* et *conditionem* pertinet. Vt: *Quid agitur*, i. e. *quomodo vales? Quid agunt tui? Graecis* dicuntur εὐπράττειν, *quorum res cedunt proſpere.*

Actarii, inquit Velius Longus, appellantur *Scriptores actorum*. *Actuarii* ſunt hi, qui actum agunt. *l. 7. D. de Minor.* Quae Differentia, meo quidem iudicio, inepta eſt. Nam *Actuarii* dicuntur, qui Acta per notas ſcribebant, excipiebantque orationes Oratorum. Suetonius in Caeſare: *Auguſtus exiſtimat magis ab Actuariis exceptam male ſubſequentibus verba dicentis, quam ab ipſo editam.* Seneca ad Lucilium: *Non quidem haec, quae alienis verbis commendatur et Actuarii vice fungitur.* Eos autem, qui actum agunt, adminiſtrant, aut gerunt (nam haec promiſcue *Iuriſconſulti* efferunt,) non *Actuarios*, *ſed Actores* dici conſtat, ex *Plinio*, *Tacito*, et aliis.

Actione reos pulſamus in *iudicio perſonali*; *Accuſatione* in *iudicio criminali*; *Petitione* in reali; *Perſecutione* in extraordinaria petitione †. *l. 28.* de Obl. et Act. Godd. *l. 19. ad l. 178.*

† Itaque

Digitized by Google

† Itaque *actio* in perſonam eſt, *accuſatio* in crimen, *petitio* in rem, *perſequutio* ad extraordinarias magiſtratuum cognitiones pertinet. *Actio* vero *uxoria* differt ab *actione de dote*, quod *illa* ad dotem tantum pertinet, *haec* enim ad peculium et patrimonium uxoris. R.

Actor † eſt (nn), qui rem gerit et exſequitur. *Auctor*, qui aliquid primus et praecipuus inſtituit. *Ille* opera, *hic* conſilio curat. Cicero pro Sextio: *Cato dux et auctor, et actor rerum illarum fuit.* Cornelius Nepos in Vita Attici: *Hunc enim in omni procuratione Reip. actorem auctoremque habebant.* Salluſt. in Catilina. *Tametſi haudquaquam par gloria ſequatur ſcriptorem, et auctorem rerum.* Vbi *Auctor rerum* eſt quaſi origo et principium, a quo materia ſcribendi, ut *Auctor nobilitatis, ſalutis.* Tacitus Lib. 3. Hiſtoriar. dum voluit imitari *Salluſtium*, minus *Latine* dixit, *Auctorem rerum* pro *Scriptore* ††: *Non apud* Auctores rerum, (inquiens) *non diurna actorum ſcripta reperio.* Ibidem: C. *Salluſtius rerum Romanarum florentiſſimus auctor.*

† *Auctor*, qui agit aut loquitur. Plaut. Bacc. 2. 2. v. 35. *auctor* idem fere eſt, quod effector teſtisque. R.

(nn) *Qui aliquid agit*, f.

†† Liuius tamen pro ſcriptore poſuit, L. 29. Quantum militum in Africam transportatum ſit, non paruo numero, inter *auctores* diſcrepat. *Auctor* olim, cum de lege aliqua loquuntur, non is, qui iam ferebat, ſed alius, qui eam confirmabat, ſuadebat, et approbabat. R.

Actor eſt, (*l. 5. §. 3. D. de Doli mali Except.*) qui rationes domeſticas, et accepta expenſaque peculiariter adminiſtrat, licet publicus quoque ſit, et aliarum rerum actum gerat, qui interdum exprimitur,

ut *Actor bonorum*, *Actor praediorum et fundorum* in libris Iuris, *Actor ſummarum* in Suetonii Domitiano. *Procurator* † eſt, qui omnia negotia forenſia pariter et domeſtica procurat, cuius poteſtas latiſſime patet. Plinius L. 3. Epiſtol. *Sub eodem* Procuratore, *ac pene iisdem* Actoribus *habere*, et Libr. 7. *Agrum ex meis longe pluris* Actori publico *mancipaui*. Idem in Panegyrico: *Dicitur* Actori *atque etiam* Procuratori *tuo, in ius veni, ſequere ad tribunal.* Saluianus Lib. 4. de Prouidentia diuina; *Pauent quippe* Actores, *pauent* Procuratores.

† *Procurator* in ſacris, verbum *procurare* ad ſacra pertinet, et augurale eſt. R.

Actus Fabulae, ſ. *Comoediae*, eſt *Pars Fabulae*, ſ. *Comoediae*: (De *numero* autem *Actuum Comoediae* loquitur *Horatius* in *Arte Poëtica v. 189. ſeq.* hunc in modum:

Neue minor quinto, neu ſit productior actu
Fabula, quae poſci vult et ſpectata reponi.)

Actio autem *Comoediae* eſt *ipſa per geſtus repraeſentatio.* Quamquam et *Oratoris Actio* dicitur *pronunciatio cum geſtu ac vocis moderatione.* Vnde Hiſtriones fabularum *Actores* dicuntur, non *Geſtores*. Et qui Conſulis perſonam gerit, *Conſulem agere* dicitur, et qui Scurram imitatur, *Scurram* quoque *agere*. H.

Actus eſt, ubi vehiculum, vel iumentum agere armentaque traiicere licet, non etiam trahere lignum, aut lapidem; *Iter* vero eſt, quo quis pedes, vel eques, commeare poteſt, praeterea ſella, aut

lecti-

Digitized by Google

lectica vehi, non item iumentum ducere, vel vehiculum. Sed *Via* appellatur, qua ius eſt eundi, agendi, trahendi quoque et ferendi erectam haſtam, ſi modo fructus non laedantur. Itaque *Actus* continet *Iter*, *Via utrumque*. l. 1. D. de Seruitut. Ruſt. Praet. Et *Actus* quidem in latitudine habet pedes quatuor. *Iter* pedes duos, aut tres. *Via* in porrecto octo pedes, in anfracto, id eſt, flexu, ſedecim ex lege *XII. Tabul.* Vlpianus Inſtit. 2. Iter *eſt ius eundi, ambulandi hominis, non etiam iumentum agendi, vel vehiculum.* Actus *eſt ius agendi vel iumentum, vel vehiculum. Itaque qui* Iter *habet*, Actum *non habet. Qui* Actum *habet*, Iter *habet, eoque uti poteſt et ſine iumento.* Via *eſt ius eundi, et agendi et ambulandi. Nam* Iter *et* Actum *in ſe* Via *continet.*

Acuere et *Exacuere*, praepoſitione diſtinguuntur. Corn. Front. R.

Acus dicitur, qua ſarcinatrix vel etiam ornatrix utitur. *Acus* etiam paleae quaedam de frumento dicuntur. Feſt. R.

Ad (oo), denotat motum ad locum. *Apud*, factum in loco. *Fl. Soſip.* (pp) Et *hoc*, poſt verba *motus* non adhibetur, *illud*, verba *motus* vel antecedit, vel ſubſequitur, ut: *Ad te eo. Tranſeo ad forum.* Lucilius Satyrar. 9.

Sic et apud *te longe aliud eſt, neque idem valet* ad *te.*
Intro nos vocat ad *ſeſe, tenet intus* apud *ſe.*

Interdum tamen *Ad* ſumitur pro *Apud*. Cicero Lib. 7. ad Atticum: *Fuit* ad *me ſane diu.* Liuius. l. 10. *Furiarumque ac formidinis plena omnia ad hoſteis eſſent.*

Digitized by Google

Idem l. 34. *Qui* ad *Regnum remanſit*, et Lib. 53. *Eorum nomina* ad ſe *ederentur.* Virgilius (qq)

Prima quod ad *Troiam pro caris geſſerat Argis.*

Et contra *Apud* pro *Ad.* Modeſtinus Pandectarum 2. l. 27. D. de Statu Lib. *Cum* apud *eum, cui dare iuſſus eſt dominium quoque ſerui, peruenit.* Venuleius de Officio Proconſulis, 6. l. 11. D. de Offic. Proc. *Reiicere legatus* apud *Proconſulem debet.*

(oo) Alias *Rem*, et *ex circumſtantiis Perſonam* nonnunquam, immo et *Cauſam* cum *impulſiuam*, tum *finalem*, porro *Modum*, *Numerum* ac *Tempus*, *futurum* imprimis, deſignans.

(pp) vel *Ad* eſt *Nota termini, quo quid tendit*; *Apud* vero eſt *proximitatis Nota.*

(qq) *Lib. 1. Aeneid. v. 24.*

Ad, aut proprie perſonam ſignificat, ut: eo ad Pompeium, aut locum, ut: abiit ad theatrum. *At*, differentiam rerum ſignificat, ut cum dicimus: Scipio eſt bellator, at Marcus Cato Orator. Feſt. R.

Ad annum ſignificat poſt annum finitum et expletum. *In annum* eſt in tempus unius anni, Plaut. in Rudente (rr): *Comiſſatum omnes venitote ad me ad annos ſedecim.* Cicero Lib. 12. ad Atticum: *Neſcio quid interſit, vtrum illuc nunc veniam, an ad decem annos.* Varro Papiapapae: *De ea queſtum ad annum veniam ad Norum Magiſtratum.* Iulianus ad Vrſeium Ferocem 2. l. 18. D. de Manu Teſt. *Sed multo maius hoc* ad annum *liber eſto*, vel ita poteſt accipi: *Poſt annum quam moriar, liber eſto.* Liuius Lib. 37. In annum *unum vouebant*, *dieque incerta faciebant.* Ibidem *Magiſtratibus* in annum *creatis.*

(rr) *Act. V. Sc. ult. v. 66.*

Ad

Digitized by Google

Ad diem eſt, quod in diem ita collatum eſt, ut die finiatur. *Ex die* eſt, quod ex die incipit. Cato de Re Ruſtic. *Locus vinis ad Kal. Octobris primas dabitur.* Ibidem: *Dies argento ex Kal. Nouembribus.* Paulus ad Edictum 24. *Nam vel ex die incipit obligatio, aut confertur in diem.* Ex die *veluti Kal. Martiis dare ſpondes? Cuius haec natura eſt, ut ante diem non exigatur.* Ad diem *autem usque ad Kalendas dare ſpondes.* Sed haec duo interdum confunduntur, et idem ſignificant, quod *ſua die*, vel *certa et praefinita die.* Liuius Lib. 33. *Neque ſtipendium, neque frumentum* ad diem *dari.* Scaeuola Digeſtor. 7. l. 10. ff. de Reſcind. Vend. *Si* ad diem *pecuniam non ſoluiſſet, res inemta fieret. Ibidem: Si* ex die *pecunia omnis ſoluta non eſſet, et venditor ea praedia veniſſe nollet, inemta eſſent.*

Addicitur pignus, quando pro rata debiti pignus addicitur †. *Adiudicatur*, quando non ita perpenditur quantitas debiti. *Datur in ſolutum* non ſine conſenſu victoris. *Zaſ. ad l. 15. §. 6. 7. 8. ff. de Re Iud.* (88).

† *Addicere*, proprium et praetoris, rem alicui, ut eius fiat, pro poteſtate attribuentis. Plaut. Cap. 1. 2. v. 78. Merc. 3. 4. v. 31. Hinc *addicti* fuerunt, qui, cum non eſſent ſoluendo, creditoribus *addicebantur*, nec ſeruitute eorum liberabantur, niſi debitis quocunque modo perſolutis. vid. Gell. lib. 20. cap. 1. R.

(88) Sic *Addicit venditor rem licitatori*, quam illius eſſe iubet, dicens, *tuum eſto*: Isque iam ex *Licitatore* fit *Emtor*. Id potiſſimum fit in auctione. Venditor interdum *addicit* rem minus pretium offerenti, ſi videatur emtor magis idoneus. Sed *in diem addici* dicitur, quod ita venditur, ut non ſtatim fiat tuum, ſed ad diem praeſcriptum. Ita *Admenſum*

Digitized by Google

ſum Binum dicitur, quod *menſura* traditum eſt; et *adnumeratum*, quod *numero* traditur.

Adducitur quis ad rem inhoneſtam, *perducitur* ad ſtudia, *deducitur* ad honorem. Agraet. *Producere* vero eſt virginem proſtituere ad quaeſtum corporis faciendum. Iuu. Satyr. 6. 251. *Productor* apud Lactant. 6. 17. 19. eſt leno, qui virgines proſtituit. R

Adeo, cum prima acuta effertur, idem ſignificat, quod accedo, ut cum dicimus *adeo* patrem. Cum ſecunda, idem eſt, quod usque eo, non quidem ſecundum rationem, quia *ad* praepoſitio accuſatiuis accommodanda eſt, ſed vetuſta quadam loquendi conſuetudine. Feſt. R.

Adfinitas iuxta l. 4. D. de Grad. et Affin. eſt diuerſarum cognationum per nuptias ſponſaliaue copulatio, et *Adfines* † ſunt viri et uxoris Cognati, dicti ab eo, quod duae cognationes, quae diuerſae inter ſe ſunt, per nuptias copulantur, et altera ad alterius cognationis finem accedit, ut *Cognati Vxoris* ſunt *Adfines Viri*, et *Viri Cognati Vxoris Adfines*, quorum nomina fere haec ſunt; *Socer*, *Socrus*, *Gener*, *Nurus*, *Nouerca*, *Vitricus*, *Priuigna*, et alii ulteriores; *Cognatio* autem eſt naturalis per foeminas coniunctio, et *Cognati* ſunt, qui per foeminas coniunguntur, ut *Frater ex eadem matre tantum natus*, *Auunculus*, *caeterique*. *Propinquitas* eſt commune vinculum, quod iure ſanguinis contingit, et *Propinqui* dicuntur, inter quos aliqua ſanguinis coniunctio eſt. Itaque proximus gradus eſt *Cognatio*, deinde

inde *Adſinitas*, tum *Propinquitas*. Cic. Or. 4. in Verrem: *Quo quiſque te maxime cognatione, adſinitate, neceſſitudine aliqua attingebat.* Idem pro Plancio: *Cum illo maximis vinculis et propinquitatis, et adſinitatis coniunctus.* Salluſt. in Iugurtha: *Cognationem, adſinitatem, praeterea foetus interueniſſe.* Ibidem: *Vos mihi Cognatorum, vos in locum Adſinium ducerem.* Maſſurius Sabinus iuris Ciuilis 3. *In iudiciis apud maiores ita obſeruatum eſt, primum tutelae, deinde hoſpiti, deinde clienti, tum* Cognato, *poſtea* Adfini.

† *Adſinis* dicitur etiam et quidem proprie *is*, qui proxime in agris habitat, vel agrum habet, qui et *confinis*. Salluſt. ut quisque potentiori *affinis* erat, ſedibus pellebatur. R.

Adhibemus priuatim, *Aduocamus* publice et in iudiciis. R.

Adhuc et *Hactenus* aeque *continuationem* ſignificant, ſed hoc differunt ex mente *Manutii*, quod *Hactenus* de *re* ſemper uſurpetur; *Adhuc* v. de *tempore*. Non recte itaque dicitur *de litteris Adhuc*; ſed *de litteris Hactenus*. Sed *Auctor ad Herennium* et *Petr. Ramus* hoc diſcrimen rarenter obſeruarunt. H.

Adire et Cernere haereditatem hoc differunt, quod *Adire* eſt ſuſcipere et occupare haereditatem; *Cernere v.* eſt conſtituere, et quaſi decernere ſe haeredem eſſe velle. Nam haeres intra certum tempus a teſtatore praefinitum, teſtibus praeſentibus, primum *Cernebat* haereditatem, deinde *Adibat*. Ita *Cretio* prior eſt *Aditione*. Varro Lib. 5. de Lingua Lat. *In teſtamento* Cernito, *id eſt, facito, ut videant te eſſe haeredem. Itaque in cretione adhibere iubent*

Digitized by Google

teſtes. Plinius Epiſt. 10. *Iulius Largus rogauit teſtamento, ut haereditatem ſuam* Adirem, Cernerémque. Vlpianus in Inſtitutionib. Cretio *eſt certorum dierum ſpatium, quod datur inſtituto haeredi ad deliberandum, utrum expediat ei* adire *haereditatem, nec ne, velut Titius haeres eſto* cernitoque *in diebus centum proximis, quibus ſcieris poterisque: ni ita* creueris, *exhaeres eſto.*

Adiutor dicitur in re bona; *Impulſor* in mala. *Adiutor* a non iraſcente; *Impulſor* a criminante atque irato dicitur. *Donat. ad Ter.* (tt).

(tt) Alioquin *Adiutor* uſurpatur, quando *quis par* eſt *alicui,* vel *hoc,* vel *illo ſuperior, potentior* ac *doctior.* Sic *Tartari* non poſſunt dici *Turcarum Adiutores,* quia *Turca* neque *parem agnoſcit,* neque *ſuperiorem,* ſed poſſunt dici potius *copiae auxiliatrices.*

Admonere differt a *Monere,* quod *Admonere* plerumque eſt in memoriam redigere, graece ὑπομνήσκειν, *Monere* eſt hortari, graece παραινεῖν. R.

Admonitio eſt docentis, qui in memoriam reuocat, quid faciendum ſit; *Monitio* vero eſt exſtimulantis, ſed ſine acerbitate. Vnde *Admonere* eſt docere; *Admonita* vero *tradere* eſt Praecepta tradere. H.

Admolimur, quod adiungimus. *Amolimur,* quod remouemus. H.

Adoleſcens † vocatur, qui annos *Pueritiae* reliquit, *Iuuenis* autem, qui *Adoleſcentis* exceſſit *Aetatem,* quoad incipiat inter *Seniores* numerari, ut tradit *Marcellus Iuriſconſultus.* Cui adſtipulatur *Varro,* qui *quinque gradus Aetatis* aequabiliter putat eſſe diui-

diuiſos, unumquemque ſcilicet, praeter extremum, in annos *quindecim*, et primo gradu vsque ad annum *quintum decimum* PVEROS dictos, quod ſint *pueri*, id eſt, impuberes: ſecundo ad *triceſimum* annum ADOLESCENTES, ab *aleſcendo* ſic nominatos. In tertio gradu, qui erant usque *quinque et quadraginta* annos, IVVENES appellatos, eo quod *Rempubl. in re militari poſſent iuuare.* In quarto autem ad vſque *ſexageſimum* annum SENIORES eſſe vocitatos, quod tunc primum *ſeneſcere corpus incipiat.* Inde usque finem vitae uniuscuiusque quintum gradum factum, in quo qui eſſent, SENES appellatos, quod ea Aetate *corpus ſenio laboraret.* Sed *Oratores* et *Hiſtorici* promiſcue nominant *Adoleſcentes* et *Iuuenes* intra annum *viceſimum* et *quadrageſimum*, vt Salluſt. in Catilina *Caeſarem* Adoleſcentem *vocat, qui iam Pontifex maximus creatus erat anno Aetatis 36.* Rurſus Cicero de Senectute *Catonem* Adoleſcentem, *cum annos natus plus minus 24. militaret ſub Fabio V. Coſ.* et de claris Oratoribus *Craſſum* annos *natum* unum et viginti, *cum Carbonem accuſaret admodum* Adoleſcentem. Idem L. 2. Epiſtolar. *Curionem* Adoleſcentem triginta annis *maiorem*; *eundem ad Atticum Iuuenem*, cum ageret annum 24. Nunc autem aliter *Adoleſcentis* nomen uſurpatur, nimirum de *ea Aetate*, quae anno incipit 13. deſinit 20. ex quo *Iuuenis* appellatur.

† *Adoleſcens*, maiores natu ſic appellant natu minores quamuis viros. Plaut. Pſeud. 4. 2. v. 12. Terent. Pharm. 2. 3. v. 14. Pſeud. 4. 7. v. 38. 42. Menaech. 2. 2. v. 11. 15.

Adoleſcentia peculiare et ſuum aliquod et priuatum tempus aetatis complectitur, ut et *pueritia*: *Iuuentus* vero accipitur generatim ſaepius, et pro triplici aetate, ut ſecum ambas priores includat. Vauaſſor. Troiana iuuentus. Virg. *Ephebia*, prima aetas adoleſcentiae eſt. *Adoleſcentia* eſt extrema pueritiae. Donat. R.

Adoleſcere (uu), augmenti eſt. *Inoleſcere* coagmenti. *Exoleſcere*, (xx) vaneſcentis † *Agraetius* (yy).

(uu) quod idem, ac *creſcendo ad ſtaturam venire*,

(xx) h. e. *adultam Aetatem ſuperare*,

† qui creſcere deſiit. Plaut. Curc. 4. 1. v. 12. R.

(yy) Sic *Adoleſcentes adoleſcunt* a prima *Adoleſcentia* in *adultam* usque *Aetatem*: deinde *aboleſcunt* rurſum, donec *exoleſcant* et *obſoleſcant*, h. e. *exoleti* fiant et *obſoleti*.

Adoptio † eſt actus legitimus, per quem *Filius* a *Patris naturalis* Familia in *adoptiui* Familiam transferebatur; *Arrogatio* vero eſt, cum aliquis *Patrem* non habens ††, in poteſtatem ſeſe *adoptiui Patris* tradebat. *Illa* apud *Praetorem*, vel *Proconſulem*, vel *quemlibet alium Magiſtratum*, *apud quem legis actio eſſet*, fiebat, *Parente naturali* Filium terna mancipatione cedente. Haec olim, rogatione lata, apud *Populum in foro* †††, poſtea apud *Principem* fiebat, *ipſo* duntaxat, qui adrogabatur, *auctore*, ut Cicero in Oratione pro Domo, et Gellius Lib. 5. *Noct. Attic.* c. 19. referunt. Modeſtinus Regular. 2. L. 1. et. 2. de Adopt. Adoptantur *Filii familias*, Adrogantur, *qui ſui iuris ſunt*. Hanc tamen *Differentiam* non ſemper obſeruant *Oratores*

et

Digitized by Google

et *Hiſtorici*, apud quos *Adoptionis* nomen eſt *generale*, quo continentur *Adrogatio*, et ea, quae *ſpecialiter* dicitur *Adoptio*. Cicero pro Domo: *Quod eſt Pontificis Ius* Adoptionis? *nempe ut is* adoptet, *qui neque procreare iam Liberos poſſit, et cum potuerit, ſit expertus*. Tacitus Lib. 7. Annal. *Si te priuatus Lege Curiata apud* Pontifices, *ut moris eſt*, adoptarem. Suetonius in Auguſto: *Tertium nepotem* Agrippa *ſimulque priuignum Tiberium* adoptauit *in foro, Lege Curiata*. Quibus in locis *Adoptio*, ut *Genus* ſumitur pro *Adrogatione*.

† *Adoptatio* dicitur, quod per praetorem fit. *Arrogatio*, quod per populum. Agell. 5. 19. R.

†† i. e. homo ſui iuris, qui nec in dominica, nec patria poteſtate adhuc erat, caeterum vero vel adultus, vel pubes, vel impubes eſſe poterat. R.

††† in publicis et curiatis comitiis, vbi et populus rogabatur: an id adprobare velit? *Adrogandus* quoque rogabatur: visne te in *Adoptionem* dare? R.

Adorare †, quanquam ab *orando* dictum eſt, tamen *adoramus ſine voce*, veluti *geſtu corporis*, quod tribuitur et *mutis animantibus*. Sic *Elephas* dicitur *adorare Solem*, et *Homines ſuperſtitioſi adorant Statuas Diuorum*, aut *Signum Crucis*, non *orant*. *Adorare* enim *proprie* vi vocis eſt *manum ad os mouere*, et *Adoratio manu ad os relata* audit *ſalutatio*, quemadmodum ex *I. Lipſii L. 2. Elector.* c. 6. docuimus in *Supplementis* ad c. III. *Diſcurſus Philologici noſtri* de Oſculis p. 131. ſeq. *Edition. Chemnic.* Itidem *Supplicare* dicimur, quum a plicandis genibus dictum ſit, tamen et *ſola voce Supplicare* dicimus; praeſertim

tim cum abiectioribus vtimur verbis. Hoc, qui facit, *Supplex* dicitur. *Graecis* Προσεύχεσθαι, qui *adorabundus* aliquid petit. Προσκυνῆσαι, qui *geſtu adorat*. Ἱκετεύειν, qui *ſupplex genibus* et *manibus* aliquid petit. H.

† *Adorare* primario fuit: manu alteri, oſculum ſignificare (die Hand küſſen, und ſolche hernach ausſtrecken, zum Zeichen, als wenn man ſolchen Kuß aus tiefſter Ehrerbietung in der That ſelbſt abgeſtattet hätte,) nefas habet adorandi gratia manum labris admouere. Atque ego Latinis ipſis hinc cenſeo formatum *adorandi* verbum, quia manus ad ora admouebant. Lipſ. I. 1. R.

Adpromiſſor eſt, qui alienae promiſſioni accedit, a verbo *adpromitto*, quod eſt inſuper et praeter alium promitto; *Expromiſſor* vero is dicitur, qui pro eo promittit, qui ipſe efficaciter obligatus non eſt, veluti qui pro ſeruo, cum quo nulla contrahitur obligatio, promittit. Pomponius ad Sabinum 26. L. 5. D. *de Verb. Oblig. Satisacceptio eſt ſtipulatio, quae ita obligat* Promiſſorem, *vt* Adpromiſſores *quoque ab eo accipiantur*, id eſt, *qui idem promittant*. Vlpianus ad Edictum XI. L. 7. D. de Dol. *Si nolit* Expromiſſorem *ipſum manumiſſum accipere*. Expromiſſori *plane aduerſus manumiſſum dari debebit de dolo, aut ſi non ſit ſoluendo*, Expromiſſor *domino dabitur*. Sed haec Differentia, quanquam *Iuris Interpretibus* valde placuit, mihi tamen non probatur, cum videam, in *Libris Veterum Iuriſconſultorum promiſcue* et *indifferenter* appellari *Adpromiſſores* et *Expromiſſores*, qui pro alio quocunque ſe obligat, vt in *Titulo* de *Soluto Matrim.* de *Solutionibus*,

Digitized by Google

nibus, de *Pignorat. Actione*, de *Condict. Cauſa data*, *ad SC. Velleianum*, et aliis multis locis.

Adrogat aliquid ſibi, etiamſi non meruit: *Abrogat*, qui alii aufert, vel qui legem tollit. Cornel. Front. R.

Adſcripti et *Adſcriptiui* multum differunt. Nam *Adſcripti* dicebantur, qui nomina in *colonias* dederant, vt eſſent *Coloni*. Ad quorum ſimilitudinem poſtea dici ceperunt *Adſcriptitii* †, qui erant *coloniis* adſignati, et ibi culturae cauſa perpetuo manebant, atque cum *praediis* mancipabantur alienabanturque. *Adſcriptiui* erant, qui (extra ordinem et numerum adſcribebantur inermes et) ſupplendis Legionibus *mortuorum Militum loco* ſubſtituebantur, quos eosdem vocabant *Accenſos*, quod in Legionum cenſum eſſent relati. Liuius Lib. 14. *Coloni* Adſcripti *in colonia, quam teſtem Integritatis Iuſtitiaeque habent*. Paulus Reſponſor. 11. L. 54. D. Locat. *Seruus, qui aeſtimatus coloniae* adſcriptus *eſt, ad periculum coloniae pertinebit*. Plautus in Menaechm. (zz)

Idem iſtuc Aliis Adſcriptiuis *ad Legionem fieri ſolet*. Varro lib. 3. de Vita Populi Rom. *Qui de* Adſcriptiuis, *cum erant attributi Decurionibus & Centurionibus, qui eorum habent numerum*, Accenſi *vocabantur*.

† *Adſcriptitii*, veluti quidam ſcripti dicebantur, qui ſupplendis legionibus adſcribebantur. Feſt. R.

(zz) *Act. 1. Scen. 3. v. 2.*

Adſectari differt ab *Appellare*. *Appellat* n. qui ſermone Pudicitiam attentat. *Adſectatur* †, qui frequen-

quenter aliquam tacitus ſequitur. *L.* 15. *§.* 22. *ff. de Iniur.*

† *Adſectata* foemina, quae ſollicitatur a pluribus. Plaut. Rud. 2. 4. v. 5. R.

Adſpicere minus eſt, quam *diſpicere*. Plaut. Ciſt. 4. 2. v. 25. R.

Aduena aliunde commigrat, *Inquilinus* in conducto habitat, *Indigena* vbi natus, *Accola* iuxta montem, flumen, *Incola* in vrbe habitat. R.

Aduenire dicitur, & qui iam in *propinquo* eſt, & *Aduenisse*, qui *iam* adeſt *Aduentat*, qui *longius* abeſt in *itinere*. Nec is *adventaſſe* dicitur, quum *peruenerit*. Vxor *Aduenienti Viro* occurrit ad limen, *Aduentanti* non occurrit. *Ventitat*, qui *frequenter* venit. H.

Aduentitia bona aliunde, quam ex re Patris obueniunt. *L.* 36. *pr. ſ. C. de inoff. Teſt. Profectitia* ex re Patris. *§.* 1. *I. per quas Perſ.*

Aduentus eſt, quem voluntas et deſtinatus locus, *Obitus* eſt, quem caſus affert. *Obitus* occurſus, ob enim ſignificat contra. Donat. R.

Aduerſa vulnera vocantur, quae in *pectore fronteque* ſunt accepta et *laudi* dantur; *Auerſa* vero, quae in *tergo*, et *probro* dantur. Vnde *Cicero*: Et aduerſus *et* averſus *impudicus es*, hoc eſt, *a fronte* et *a tergo*. H.

Aduerſamur ei, cui repugnamus et obſiſtimus. *Auerſamur* ei, quem deteſtamur. Vnde *auerſa Fata* dicuntur, quae nobis obſtant. *Auerſi* Dii, qui precibus noſtris ſurdi ſunt. H.

Digitized by Google

Aduerſus refertur ad *Perſonam* tantum. *Contra* ad *Locum* et *Perſonam*, ut volunt *Grammatici*; cum tamen *Aduerſus* etiam ad *Locum* referatur. Terent. in Phormione.: (a)

- - - - *ex* aduerſum *ei* loco
Tonſtrina (h. e. apta ſedes otioſis et nugivendis)
erat quaedam - - -

Liuius Lib. 49. Aduerſus *viam, qua in Capitolium aſcenditur.* Sed cum ad *Perſonam* referuntur, hoc differunt, quod *Aduerſus* leuius eſt, quam *Contra.* Nam *Contra* Inimicitias, Diſſidia et nocendi Voluntatem oſtendit: *Aduerſus* etiam cum bona Voluntate eſt, et *Erga* ſignificat. Cato de Conſulatu ſuo: *Omnia plena hoſtium, copiae magnae* contra *me ſedebant.* Terent. in Andria: (b)

Id gratum fuiſſe aduerſum *te habeo gratiam.*

Cic. L. 1. de Natura Deorum: *Pietas* aduerſus *Deos.* Idem ad Paetum: *Te* aduerſus *me omnia audere gratum eſt.* *Aduerſum* te, *Aduerſarius.* *Aduerſus* te, *imitator* eſt. Agraetius. *Aduerſum* ſemper *Praepoſitio* eſt, (c) *Aduerſus* interdum *Participium,* ab *Aduerto.* *Donat. ad Ter.*

(a) *Act. I. Sc. 2. v. 38. ſq.* (b) *Act. I. S. 1. v. 15.*
(c) *ut Aduerſum te habeo gratiam.*

Aduerſus oſtendit frontem, *auerſus* tergum. *Aduerſum* te, aduerſarius eſt; *aduerſus* te, imitator eſt. R.

Aduertimus (†) animum, quum attendimus. *Auertimus*, quum ad alia vertimus. H.

† *Auer-*

Digitized by Google

† *Aduertere animum* Cicero quidem non vſus, ſed Ouidius et Poetae alii, Plautus, pro quo dicit *attendere animum*. R.

Adulamur ſeruiliter, etiam *geſtu*, quod *Canibus* quoque *nobiſcum* eſt commune †, *Aſſentamur* ad gratiam loquentes. Idéoque *Aſſentatio* non tribuitur *mutis Animantibus*. *Blandimur* quoquo modo, dum *placere* ſtudemus *magis*, quam *vera dicere*. Sunt qui dicunt, *Adulantem* omni mentiri tempore; Veritatem vero *Blandientem* poſſe loqui. Sic etiam *facto blandimur*, veluti qui pinxerat *Venerem deformem*, dicitur *blanditus Mineruae*. Dicimur et *Blandiri vitiis noſtris*, dum ea excuſamus, aut attenuamus, *Blandiri calamitatibus*, dum eas eleuamus. *Palpamur manibus*, dum *blandimur* Equis. Et hoc transfertur ad *alia* quoque. Inde *Palpones* dicti *Adulatores*. Et *Palpum obtrudit ille*, qui *blandiendo* fallit. H.

† *Adulamur* geſtu, *aſſentimur* verbis, *blandimur* vtroque. R.

Adulterium eſt concubitus illicitus cum *nupta Muliere*, ſed honeſte viuente, quaſi ad alterius torum acceſſus. *Vid. L. 6 §. 1. D. de Adult. Inceſtus* †, (d) eſt cum Conſanguinea, et ſocra, vel alia, quam quis ducere uxorem prohibetur; *Stuprum* (e) vero eſt cum *Vidua*, aut *Virgine* honeſte alias viuente (f). Cicero pro Flacco: De *Probris*, *Adulteriis* ac *Stupris*. Tacitus Lib. I. Hiſtoriar. *Quoties Pecuniae materia deeſſet*, Stupris *et* Adulteriis *exorabatur*. Sed interdum *Stupri* nomen generale eſt, et de *Adulterio*, *Inceſtu*, et *quocunque Flagitio* improprie dicitur. Vnde lex Iulia de

Adul-

Adulteriis promiſcue his verbis utitur, ſicut alii quoque Autores. Cicer. Orat. 7 in Verrem: *Noctu* Stupri *cauſa lectica in vrbem introferri ſolitus eſt ad Mulierem nuptam vni, propoſitam omnibus.* Salluſt. Lib. 3. Hiſtor. *Ac ſtatim fugitiui contra praeceptum Ducis rapere ad* Stuprum *Virgines, Matronasque.* Liuius Lib. 36. *Nec rapi ad* Stuprum *Matres Campanas, Virginesque, et ingenuos Pueros.*

† *inceſtus*, quia Venus ad non caſtas nuptias, quae contra leges vel mores fiunt, non venit cum ſuo *caeſto*. Lutat. in 2. Statii Thebaid. Scortatio quaeuis paſſim in vſu nomine *inceſtus*. R.

(d) *quod idem, ac incaſtus*, (e) *qs.* dicas *Stupor turpis.*

(f) *Quod ſit ſaepiſſime cum violenta Libidine.* Ideoque Deus *Stupratores* lapidari iuſſit, *Deut. XXII, 24.*

Aduocatur, daturus patrocinium: *inuocatur* praeſtaturus auxilium: *euocatur* praebiturus obſequium. Agraet. R.

Aduocatus † eſt, qui alteri adeſt in cauſa, ſiue ius ſuggerit, ut *Iuriſconſultus*, ſiue praeſentia ſua Aduerſarii iniuriam propulſat, ut *Amicus* (g), *Patronus* eſt ††, qui (h) in Iudicio cauſas oratione defendit, ut *Orator* et *Cauſidicus* (i). *Aduocati* ſuſcipiunt perſonas. *Procuratores* Negotia. *Aduocati* debent eſſe Iurisperiti, non item *Procuratores*. *Illi* ſunt quaſi Tutores. *Hi* qs. Curatores. *Aduocato* meo ſum Cliens. *Procuratori* Mandator, vel Dominus. *Aduocatia* peragitur extra Iudicium; *Procuratura* vero non niſi in Iudicio. *Illa* eſt difficilior; *Haec* facilior. Vult. Comm. Inſt. ad Pr. Tit. de Act. n. 28 ſeq. Itaque *Aduocati* nomen

generalius eſt et honeſtius, quam *Patroni*, quod *Ouidius* (k) feſtiue expreſſit:

Munera det Diues, Ius qui profitebitur, adſit,
Facundus cauſam ſaepe Clientis agat.

Aſconius Pedianus in Diuinationem: *Qui defendit alterum Iudicio, aut* Patronus *dicitur, ſi* Orator *eſt, aut* Aduocatus, *ſi aut* Ius ſuggerit, *aut* praeſentiam ſuam *commodat* amico †††. Idem: Vel vt *conſulantur*, conueniunt *Aduocati*, vel vt *alterutri parti apud* Arbitros *adſint*, vel vt *ipſi Iudices* in rem aliquam *capiantur*. Et hoc olim. Poſterior autem Aetas *Aduocatum* dixit quemcunque *cauſarum Actorem* ††††. Tacitus de Oratoribus: *Horum temporum* Diſerti, Cauſidici, *et* Aduocati, *et* Patroni, *et quiduis potius*, *quam* Oratores *vocantur*. Vlpianus de omnibus Tribunalib. 8. L. 1. D. de extr. Cog. Aduocatos *accipere debemus omnes omnino, qui cauſis agendis quoquo ſtudio operantur.* *Aduocatur* daturus *Patrocinium.* *Inuocatur* praebiturus Auxilium. *Exuocatur* praeſtiturus *Obſequium.* *Agraetius.*

† *Aduocatus*, qui gratiae et auctoritatis cauſa adeſt amico in Iudicio, Germ. Beyſtand, graece παράκλητος. R.

(g) vel breuiter: *qui adeſt periclitanti, auxiliaturus, ſi quid opus ſit.* Huius officium *Aduocatio* dicitur.

†† *Patronus* de eo, qui alium manu mittit et ſuo praeſidio defendit. Plaut. Moſtell. 1. 3. v. 11. et 3. 2. v. 59. Ita ſerui heros appellabant *Patronos*, a quibus forte ſeruati. Plaut. Men. 5. 7. v. 42. R.

(h) *alicui ſe beneficiis* Patrem (ſpeciatim *Defenſorem*) *praeſtat*, ſ. qui

(i) Vnde

Digitized by Google

(i) Vnde *Patrocinari* pro *auxiliari*, et *Patrocinium* pro *auxilio* ponitur.

(k) *Lib. 3. de Art. amandi* 6. *531 ſeq.*

††† aut *Procurator*, ſi abſentis negotium ſuſcipit, aut *Cognitor*, ſi praeſentis cauſſam nouit et ſic tuetur vt ſuam. Ergo Cicero dixit *Cognitorem* familiariſſimum defenſorem. Pedian. R.

†††† *Patronus* cauſſam agit, ſeu orat, nempe orator: *Aduocatus* tantum adeſt, vt gratia et autoritate reo proſit. Ita aetate Ciceronis et ante his vtebantur. Sed poſtea *Aduocatus* idem, quod *Patronus* valere coepit. Paraeus. R.

Aedes et *Aedificia* ſeparat Varro Lib. 4. de Lingua Lat. *Poſt* Aedem *Saturni*, in Aedificiorum *Legibus*, et Liuius Lib. 4. *Quae* Aedes Aedificiaque *intra fines regni Antiochi ſunt*. Nimirum *Aedes* ſunt *ſacrae* et *profanae*, *Aedificia* (l) tantum *profana*, atque etiam illa, quae non ſunt apta habitationi, ut *Porticus*, *Propugnacula*, et ſimilia. *Aedes* ſunt *urbana* Aedificia. *Villae ruſticae L.* 221. *de V. S.*

(l) *ſtructurae* quippe *parietibus et tecto proprie conſtantes*,

Aedes ſunt, etiamſi tecto carent, neque habitantur. *Domus* intelligitur omnis habitatio, in qua Paterfamilias habitat, quae tecto et parietibus conſtat. Latior ergo eſt ſignificatio *Aedium*, quam *Domus* (m).

(m) Quod autem *male* probatum eſt in *prioribus Editionibus* ipſius *Popmae* et *Muſculi*, immo et in *ultima illa*, *quam Hieronymus Thomae Giſſae* iuſſit imprimi, *Teſtimonio illo Plautino*, quod ex *Rudent. Act. IV. Sc.* 2. 6. 25. hunc in modum, ſed *falſo*, ibidem extat:

Domum noſtram, agrum, Aedes, mancipia.

Digitized by Google

Nam ſi *antecedentia verba Textus* aſpicimus, *Conſtructionisque ordinem probe*, ut decet, attendimus, videbimus, non legendum eſſe *Domum noſtram*, etc. Sed *demum inſtruam agrum*, etc. Et *hanc lectionem* obſeruarunt quoque, *Veteribus* praeeuntibus, *Camerarius*, *Taubmannus* in *utraque Editione*, *Douſa* Fil. *Pareus*, *Buchnerus*, *Cothenienſes* et *alii*.

Aedes ſacra et Templum hoc differunt, quod Aedes ſacra per ſe *ſancta* erat, non *augurata*, vt *Aedis Veſtae*; ſed poſtquam per *auguria* † conſtituebatur, et *ſancta* et *augurata* erat, et *Templum* fiebat; *Templum* vero per ſe *auguratum* erat, non *ſanctum*, vt *Roſtra* in foro *augurato* conſtituta, nec tamen *Deo* dicata, nominantur *Templa*; Itemque *Curia Hoſtilia*, *Pompeia* et *Iulia*, vt autor eſt Varro Lib. 4. Epiſtolicar. Quaeſt. Idem Lib 6. de Lingua Lat. *Curia Hoſtilia* Templum *eſt, et* ſanctum *non eſt: ſed hoc, vt putarent,* Aedem ſacram *eſſe*, Templum *et* ſanctum *eſſe, quod in vrbe* Roma *pleraeque* Aedes *ſacrae ſunt* Templa, *eadem ſancta.* Praeterea *Templum* etiam profanum eſt, et *Domum* quamuis hominum et inferiorum ſignificat. Quae res exemplorum confirmationem non deſiderat (n).

† *inaugurari* autem dicebatur, dum augures ſpatium (i.e. locum illum) ſolemniter capiebant. Tacit. Hiſt. IV. 53.

(n) *Aedem* ex *Seruii* mente *Num. Sing.* de *Templo* tantum dicimus, et quidem *fere ſemper cum adiectione*, vt in *Aede Iouis, Mercurii, Mineruae, Concordiae, etc.* *Plurali* vero *ſecundum adiectionem* et *priuatam Domum* et *Templum* ſignificat, vt *Aedes meae, Domus mea, Aedes Marcelli, etc.* Etiam ſi *egregias*, aut *pulchras Aedes*, aut *abſolute Aedes* diximus, *Domum* tantummodo deſignare ſolemus. Si vero addimus *aliquid ad Religionem ſpectans*, vt ſi in Plurali etiam dicimus *ſacras Aedes*, aut *Nympharum Aedes*, *Templa plura* annotamus. Conf. *Tortelii* Lima Orthogr. fol. 70.

Aedi-

Aedificare eſt Aedes *ſtruere, vel conſtruere. Exaedificare* eſt ſtructuram *in altum et longum producere.* Salluſt. in Catilina: *Cum domos atque villas cognoueris in vrbium modum* exaedificatas. Arnobius L. 7. *Cur templa poſt condita, ſibique* exaedificata *delubrat.*

Aeditimus dicitur, qui aedem ſeruat, quaſi aedis intimus. *Aedituus* ab aede tuenda, Soſipp.

Aeger et *Animo*, et *Corpore* laborat (o), *Aegrotus vero corpore tantum.* Salluſt. in Catilina: *Antonius* pedibus *aeger.* Idem in Iugurtha: *Animus aeger* auaritia *facile conuerſus eſt.* Sed *Aegrotum* pro *Aegro* dixit Terent. in Heavtontimor. (p)

Neque vt animum decuit aegrotum (q) *adoleſcentuli.* Et in Andria: (r)

Ipſum animum aegrotum *ad deteriorem partem plerumque applicat.*

(o) ſ. aegreſcit plerumque et *animo* et *corpore ſimul*, et tum aegrotat *periculoſius*;

(p) *Act. I. Sc. 1. v. 48.* (q) h. e. *infirmum*,

(r) *Act. I. Sc. 2. v. 22.* iuxta *Edition. Haynecc.*

Aegrotationem et *Aegritudinem* Cicero diſtinxit Lib. 4. Tuſculanar. Quaeſt. his verbis: *Sed proprie, vt* Aegrotatio *in corpore, ſic* Aegritudo *in animo nomen habet.* Ibidem: *Praeclare noſtri moleſtiam, ſollicitudinem, angorem, propter ſimilitudinem corporum aegrorum,* Aegritudinem *nominauerunt.* Idem tamen eodem libro dixit *Aegrotationes animi*, ut Horatius: (s)

- - - - *quo me*

Aegrotare *putes* animi vitio. - - -

 (s) Lib.

Digitized by Google

(s) Lib. 2. Satyr. 3. v. 306. ſeq.

Aemulari fit cum *tacito quodam animi motu*, et plerumque cum *Inuidia*. Ideoque idem eſt, ac *inuidendo imitari* et quaſi *aſſequi*; etiamſi *Aemulatio* nonnunquam *Virtutis imitatio* eſt. Sed *Imitari*, quod *proprie* ſe alteri conformare notat, eſt vocabulum μέσον, et ſumitur *potiſſimum* in *bonam* partem, Sic et *Terentius* in *Prol. Andr.* v. 20. *Aemulari* dicit pro *Imitari* his verbis:

Quorum aemulari *exoptat negligentiam*
Potius, quam iſtorum obſcuram diligentiam. H.

Aemulatio habet imitandi ſtudium, ſed cum malitiae operatione. M. Tull. in Caeſarianis: quaſi quodam aemulo atque imitatore ſtudiorum et laborum meorum, et comite abſtracto. *Imitatio* ſimplex eſt et liuorem atque inuidiam non admittit. Non. R.

Aequale eſt alterius ſtaturae par; *Aequabile* vero, quod aequari poteſt. *Corn. Front.*

Aequitas (t), eſt quaedam conuenientia et moderatio rationabilis. *Ius* eſt deciſio, quae fit ſecundum Iuris (u) regulas (x). *Clementia* ſolius *Principis* eſt, vel parem poteſtatem habentis, *Connan. l. 1. c. 11. n. 9.*

(t) *ſ. Aequi ratio*, (u) *cum diuini, tum humani*
(x) Ideoque idem eſt, ac *DEI* et *rectae Rationis iuſſum.*

Aequor, mare appellatum, quod aequatum, commotum vento non eſt. *Fretum* dicitur a ſimilitudine

dine feruentis aquae, quod in *fretum* ſaepe concurrat aeſtus atque efferueſcat. Varro. R.

Aerarium eſt locus (y), in quo publica Pecunia *Populi* aſſeruatur, vt olim in Aede *Saturni*; *Fiſcus* vero *Principis Aerarium* eſt, ad decorem et Maieſtatem ipſius conſeruandam ſtatutus, a *fiſſis* (z) *viminibus*, hoc eſt Sportis, in quibus pecuniae publicae aſportari et concludi ſolebant, dictus, vti *Aſconius Pedianus* notauit. Tacitus lib. 2. Annal. *Quantum* Aerario, *quantum* Fiſco *pendebant, in quinquennium remiſit*. Idem lib. 5. *Bona Seiani ablata* Aerario, *vt in* Fiſcum *cogerentur*. Plinius in Panegyrico: *At fortaſſe non eadem ſeueritate* Fiſcum, *quam* Aerarium *cohibes, immo tanto maiore, quanto plus tibi licere de tuo, quam de publico credis*. Suet. in Auguſto: *Quantum militum ſub ſignis vbique eſſet, quantum pecuniae* in Aerario *et* Fiſcis, et Vectigaliorum *reſiduis*. Idem in Claudio: *Poſitis ante ſe cum pecunia* Fiſcis †.

(y) ſ. *Aedificium*, (z) et non *fiſcis*, vt in caeteris *Editionibus* legitur.

† A *Fiſco* iterum diſtincta erat *ratio* Caeſaris, id eſt, *priuatum* Principis *patrimonium*. Vnde toties memorantur *procuratores hereditatium priuati Patrimonii* et ſimiles, apud Fabret. Inſcr. cap. III. et Phil. a Turre in Monim. Vet. Ant. cap. VI. vid. Heinecc. Antiq. p. 245. R.

Aeſtas eſt pars anni (aa), *Aeſtus* calor temporis. *Aeſtus* a nimio calore nomen accipit (bb). *Aeſtas* nomen non amittit, etiamſi temperata eſt. *Corn. Front.*

(aa) *calida nempe, quae cogit pecora* aeſtiuare *ſub* aeſtiuis.
(bb) *Et eſt Vel in* aëre, *cum Vſtus* aër *aeſtuat, Vel in* mari, *cum Vndae* inaeſtuant, aeſtuoſosque *fluctus in ſua* aeſtuaria exaeſtuant.

Aeſtimare, inquit *Valla*, eſt conſiderare. *Exiſtimare* eſt iudicare †. Itaque prius rem *aeſtimamus*, deinde qualis ſit, *exiſtimamus*. Quae interpretatio (cc) non ſatis explicat veram et propriam harum Vocum *Differentiam*. Nam *Aeſtimare* eſt (dd), res comparare et componere, atque ita expendere, quid parui, aut magni referat; quid ſit probandum, aut improbandum. *Exiſtimare* autem eſt iudicare, bene, vel male opinari †† (ee). *Illud* fit ex rerum collatione. *Hoc* eſt opinionis et iudicii, vt *Æſtimo te magni*. *Exiſtimo te magnum*. Salluſt. in Catilina: *Eorum ego vitam mortemque iuxta* aeſtimo. Idem in Iurgurtha: *Vtrum grauius* aeſtimet, *nemini occultum eſt*. Caeſar Lib. 3. de Bello Ciuili: *Leuiusque tempeſtatis, quam claſſis periculum* aeſtimauerunt. Interdum tamen *Exiſtimo* accipitur pro *Æſtimo*. Terent in Phormione (ff):

Id illa vniuerſum abripiet, haud exiſtumans (gg)
Quanto labore partum. - - - -

Salluſt Lib. 3. Hiſtor. *Si* Quirites *parum* exiſtimaretis, *quid inter Ius a Maioribus relictum nobis, et hoc a* Sulla *paratum ſeruitium intereſſet*. Idem in Iugurtha: *Nunc vos* exiſtumans, *facta, an dicta pluris ſint*.

† *Aeſtimare*, de pretio ſcitari. *Aeſtimo* pretium reſpicit, *exiſtimo* eſt iudicii Goclen R.
(cc) *noſtro quoque iudicio*
(dd) et quidem proprie, *pretium rei ſtatuere*, ſeu

†† *Exiſti-*

Digitized by Google

†† *Exiſtimare*, in malam partem, pro male ſentire, eo ſignificatu neque Cicero, neque alii eius notae ſcriptores videntur vſi. R.

(ee) ſ. *diligenter aeſtimando ſtatuere.*

(ff) *Act. I. Sc. 1. 6. 11. ſeq.*

(gg) Vid. *Martini Haynecii* Notae Marginales ad *h. l.*

Affabilis eſt, qui *comiter* appellat eos, qui occurrunt. *Graecis* dictus φιλοπροσήγορος, et opponitur homini *moroſo*. Inde *Affabilitas*, quae alloquendi *facilitatem*, ſermonis *comitatem* ac audiendi *lenitatem* apposite ſignificat. Sed *Blandus* eſt, qui *familiarius grata oratione* cum hominibus ſolet agere, qui potens eſt ad perſuadendum. Caſ. 13. v. 5. 6. Graecis εὐπροσήγορος. H.

Affectio †, ſiue *Affectus*, Πάθος *Graecorum* nomine veniens, eſt omnis animi incitatio, ſtudium et motus, cuius genera ſunt *Ira*, *Miſericordia*, *Amor*, *Odium*, et praecipue *Metus*, *Spes*, *Dolor* ac *Gaudium*, et opponitur *Rationi*. Habet a. nomen ſuum ab *afficiendo*, h. e. eiusmodi *verbo*, quod ad *quamuis* fere *rem* optime ſeſe poteſt accommodare. Dicitur enim non ſolum *honore*, *praemio*, *munere*, *laetitia* atque *beneficio*; ſed et *moleſtia*, *dolore*, *contumelia*, *iniuria* et *re quauis alia*, quae *animum*, vel *corpus* tangere, mouere, concitare atque cruciare poteſt, aliquem *afficere*. Vbi notandum, quod qui *affectus iniuria* eſt, *illius* ſemper *meminerit*; qui autem *beneficio*, *illud* facillime *obliuiſcatur*. Contra *Affectatio* eſt aemulatio, ſiue appatentia rei, κακοζηλία, quod potiſſi-

tiſſimum in *malam partem* ſumitur, a *Graecis* appellata. Hinc *Sermo affectatus* reprehenditur. Et qui *laudem vndiquaque affectat*, venatur *illam* et captat. Sed *affectare quietem*, pro *quietem cupere* minus *Latine* dictum eſt. H.

† *Affectio* ſ. *Affectus*, nomen Ciceroni et omnibus melioris et antiquioris notae ſcriptoribus ignotum. Cicero motus et perturbationes vocat. R.

Afficimus honore, *afficimur* iniuria. Agraet. R.

Affinitas fit matrimonio, *cognatio* et *conſanguinitas* ex ſanguine, ſtirpe et genere eodem oritur. Coniugia *affines* faciunt, *confinia* campi. *Neceſſitas* ſ. *neceſſitudo* fit officiis, *familiaritas* frequenti ſodalitio ſ. conſortio, *gentilitas* ex familia hominum ingenuorum. R.

Affligo eſt opprimo et proſterno † (hh). *Effligo* eſt excito et penitus deſtruo, in quo maior violentia. Plautus in Aſinaria: (ii)

Niſi quidem illa ante occupaſſit te, effliges *ſcio*.

Cicero Lib. 9. ad Atticum: *Filium miſit ad* effligendum *Cn. Pompeium, aut certe capiendum.* (kk)

† *Affligere* grauius eſt, *afficere* leuius. *Affligere* imminens exitium ſignificat iamque impendens, *effligere* praeſens. R.

(hh) Vt affligere *Statuam*, *Nauem*, *Monumentum* etc. ap. *Ciceronem* ſaepius. Inde *Afflictus*, hoc eſt, proſtratus et iacens, cui *Florens* opponitur.

(ii) *Act. IV. Sc. 2. v. 9.*

(kk) Sed *Infligere* eſt plagam incutere.

Age

Age quum eſt *Aduerbium Hortantis*, Numero Singulari iungitur. *Agite* Plur. *Agedum* vtrique. H.

Ager eſt locus ſine Aedificio, qui culturae et fructuum cauſa habetur, ſiue *Campus* ſit, ſiue *Vinea*, ſiue *aliud.* (ll) *Fundus* (mm) integra poſſeſſio eſt, *Agrumque* cum *Aedificio* et *Villa* continet †. *Poſſeſſio* Ager late patens, cuius pleniſſimum vſum habemus, proprietatem et dominium non habemus, nec habere poſſumus, vt eſt *Ager tributarius*, *ſtipendiariusque* et *vectigalis*, item aliis vſibus deſtinatus, qui omnes nec mancipatione abalienari, nec vſucapi poſſunt; *Praedium* vero *generaliter* appellatur tam *vrbana*, quam *ruſtica* Poſſeſſio. Iauolenus Epiſtolar. 4. L. 115. D. de Verb. Sign. Fundus *eſt omne, quicquid ſolo tenetur.* Ager *eſt ſpecies* Fundi, *qui ad vſum hominis comparatur.* Poſſeſſio *ab* Agro *Iuris propietate diſtat. Quicquid enim apprehendimus, cuius propietas ad nos non pertinet, aut nec poteſt pertinere, hoc* Poſſeſſionem *appellamus.* Poſſeſſio *ergo vſus eſt,* Ager *proprietas loci eſt. Nam et* Ager, *et* Poſſeſſio *huius appellationis ſpecies ſunt.* Et haec quidem propria et adſtricta eſt harum Vocum ſignificatio, quam *Iuris Autores* ſubtiliter obſeruarunt; cum in communi vſu loquendi alia quoque ſit latior, cuius quoque exempla in *Libris* ipſorum paſſim occurrunt. Nam *Agri* nomine accipiunt *Aedificium*, et omnia, quae in *Agro* continentur. *Poſſeſſionem* autem vocant rem ipſam, quae poſſidetur, vt puta *Fundum*, aut *Villam*. *Fundus* etiam modicus

locus

locus eſt, ſi *Fundi* animo eum habuimus, et plerumque ſine *Villa*, inquit *Vlpianus ad Edictum 60. L. 60. de Verb. Sig.* Itaque temere et ſine ratione *Laurentius Valla* hac in parte *Iuriſconſultos* reprehendit, quaſi a ſe ipſis diſſentientes; cum *Illi* modo *propriam* et *anguſtam* horum Verborum *ſignificationem*, modo *tralatitiam*, aut *laxam* reſpiciant. *Godd. ad d. L. 115.*

(ll) Seu *Ager* eſt pars *Ruris* ſiue locus in *Rure*, qui colitur ſiue *compaſcuus* ſit, ſiue *aruus*, ſiue *floridus*, ſiue *conſitus*. *Compaſcuus* habet *gramina*. *Aruus aratro* proſcinditur. *Floridus* ſeruatur *apibus* et *voluptati*. *Conſitus* habet *arbores*. Interdum etiam *Ager* non vnum aliquem; ſed vniuerſum Territorium Vrbi circumiectum, quod Graeci χῶραν nuncupant, declarat, et in ſe complectitur et *Saltus*, et *Nemora* et *Flumina*, et *Montes*. *Rus* eſt omnis locus iu *Agris* extra *Vrbem*. *Ruri* enim habitat *Ruricola*, ibique *rurando* et *ruſticando* ſuis *ruralibus* operis panem quaerit. *Campus* eſt ampla planities ſiue in *Vrbe*, ſiue extra *Vrbem*. Vnde *Campus Martius* dictus, et *Regio Campeſtris*, quae *monteis* non habet.

(mm) qui *proprie* cuiusque rei *imum* eſt,

† Fundus quaelibet ſpecies ſoli eſt, etiam inculta et nulli vſui deſtinata, in qua aliquid fundari poteſt. R.

Agere, Facere et Gerere hoc differunt, quod *Agere* et *Corporis*, et *Vocis*, et *Mentis* agitatum comprehendit. *Facere* tantum refertur ad *Opera*, quae *Corpore* efficimus (nn). *Gerere* eſt *Muneris* et *Oneris* (oo). Ita *agit* is, cuius poſt *actionem* Opus non extat, ut *Actor*, *Saltator*, *Cantor*, *Commentator* (pp). *Facit* is, cuius Opus remanet, ut *Scriptor*, *Statuarius*, *Pictor*, et alii *Mechanici*. *Gerit Dux* et *Magiſtratus*, aut *Curator*. Terent. in Adelphis (qq):

Hei

Hei mihi, quid faciem? *quid agam?* --

Cicero Lib. 3. de Finibus: *Eſt eius generis* actio *quoque quaedam, et quidem talis, vt ratio poſtulat*, agere *aliquid* et facere *etiam.* Idem in Lucullo: *Idem in ſimilibus artibus contingit, quarum omne opus eſt in* faciendo *atque* agendo. Liuius Lib. 21. *Caetera omnia* ageret faceretque, *vt e Republica duceret.* Vlpianus ad Edictum 65. l. 2. D. de Curat. Bon. *Quaeque per eam eosue, qui ita creatus creatiue eſſent,* acta, facta, geſtaque *ſunt.* Varro Lib. 5. de Lingua Lat. *In eo propter ſimilitudinem,* agendi, *et* faciendi, *et* gerendi *quidam error his, qui putant eſſe vnum. Poteſt enim aliquis* facere, *et non* agere: *Vt Poëta* facit (rr) *Fabulam, et non* agit. *Contra Actor* agit, *et non* facit. *Et ſic a Poëma Fabula* fit, *et non* agitur: *ab Actore a.* agitur, *et non* fit. *Contra Imperator, qui dicitur res* Gerere, *in eo neque* agit, *neque* facit, *ſed* gerit, *id eſt*, ſuſtinet. *Translatum ab his, qui onera gerunt, quod ſuſtinent. Proprio nomine dicitur* Facere *a* Facie (ss), *quod rei, quam facit, imponit* Faciem, *ut* Fictor, *cum dicit* Fingo, Figuram *imponit, cum dicit* Informo, Formam: *ſic cum dicit* Facio, Faciem *imponit, a qua facile diſcernitur, vt dici poſſit, aliud eſſe* veſtimentum, *aliud* vas. *Sic idem quae fiunt apud* Fabros, Fictores, *item apud* alios *alia. Qui quid adminiſtrat, cuius* Opus *non extat, quod ſub ſenſum veniat, ab* Agitatu, *ut dixi, magis* agere *quam* facere, *putatur. Sed quod his magis,* promiſcue, *quam* diligenter, *conſuetudo eſt vſa, translatitiis vtimur verbis. Nam et quidem* Facere *verba dicimus, et qui aliquid* agit, *non eſſe inficientem.*

(nn) Ideoque *proprie* idem eſt, ac *Opus quoddam producere* Aliquando et pro *conſentire* ponitur. *His* enim *loquendi modis* vtebantur recte *Antiqui*: *Mecum ſ. Tecum*, faciam, hoc eſt, *mecum* ſ. *tecum* conſentiam.

(oo) *Gerulus gerit* Onus, ſi non ſit *ingeſtabile*. *Geraria* Infantem tam placida *geſtatione*, quam poteſt. *Geſtoria* nauis *geſtat* Merces, quas diuendere *geſtiunt* Mercatores.

(pp) Sic *agit* Hiſtrio *Fabulam*, alius *agit Demeam*, alius *Thaidem*, alius *Pamphilum*, alius *Aeſchinem*. *Agit Conſulem*, qui fungitur *officio Conſulis*. *Agit Iudicem*, *Amicum*, *Patrem*. *Agit Perſonam ſuam*, qui *ſui* ſimilis eſt. *Agit cauſam* Orator. *Nihil agit*, qui *fruſtra* laborat. *Aliud agit*, qui *non* eſt attentus ad *id*, quod *agitur*. *Hoc age*, dicimus *ei*, quem iubemus *eſſe attentum*. Agaſo *agit Aſinum*, qui *ducit*. Subulcus *agit Porcos*. *Aguntur Pecora*, *ducuntur homines*. *Agit animam*, qui *morti* proximus eſt. *Agit*, qui mouet et *afficit*. *Agere*, ex mente *Donati*, eſt aliquid *neceſſarium* facere. *Agitare voluptarium*.

(qq) *Act. 5. Scen. 3. v. 3.*

(rr) Ideoque *Poëta*, vi vocis originariae, idem eſt, ac *Factor*, ſicuti docuimus in *Libello* noſtro *de* Poetarum Corona *Hiſtorico-Philologico* c. I. §. 2. p. 5. *Edition. Cygn.*

(ss) Huic ſententiae omnino eſt contrarius *Chriſtian. Becmannus*, qui in *Origin. L. L. p. 443. Edit. Hanou. 4tae Faciem* a *Facere*, obſcurae quippe Originis *Verbo*, ſicuti *Speciem* ab antiquo *Specere*, deſcendere affirmat.

Agere eſt aliquid vel neceſſarium facere, *Agitare* voluptarium. Donat. R.

Agere apud populum, eſt *concionem* habere ad *Populum*, ſine vlla rogatione †. *Agere cum Populo* eſt vocare *Populum* ad *Conſilium*, aut *Comitia*, rogareque, vt *ſuffragiis ſuis* quid iubeat, aut vetet. *Illud* omni-

omnibus aeque diebus fieri licuit, et non a *Magiſtratu tantum*, ſed *etiam* a *priuato Senatore*, Concionem ei Magiſtratu dante: Hoc comitiali duntaxat die a *ſolo Magiſtratu* (tt). Meſſala Lib. 1. de Auſpiciis: *Si* Concionem habere *volunt*, *vti ne cum* Populo agant. Feſtus Pompeius: *Forum eſt*, *in quo Iudicia fieri*, *cum* Populo agi, Conciones haberi *ſolent*.

† *Agit*, qui rem iuſtam dicit, *orat*, qui animo demiſſo precatur, vt quaſi beneficium preſtetur ſibi. Donat. R.

(tt) Conf. *Gellii* Lib. 13. *Noct. Atticar*. c. 14. et *Pauli Manuti* Lib. de *Veter. Dier.* ratione, qui cum *eiusd. Antiquitatib. Romanis* ap. *Ioan. Le-Preux*. A. CHR. M. D. XCV. in 12 mo. exc. eſt, p. 425.

Aggredimur de longinquo, *Adorimur* † ex inſidiis et e proximo. *Donat. ad Ter.*

† nam *adoriri* eſt quaſi aliquem oriri, id eſt exurgere. Donat. proprie dicitur, repente ex inſidiis aliquem inuadere. Id. R.

Agilem (uu) Actio facit, *Strenuum* (xx) Motus, *Fortem* (yy) Animus, *Robuſtum* (zz) Corpus. *Corn. Front.*

(uu) h. e. *celeriter ſe agentem*,

(xx) Vnde *Viros nobiles* decet imprimis *Strenuitas*.

(yy) *Fortis*, dum *fortiter* agit ipſo *Forditudinis* exercitio *orteſcit*, ut alios quoque *fortificare* valeat.

(zz) vel *multi* roboris *hominem*,

Agnati ſunt, qui (vid. *Pr. Inſt.* de *Legit. Agnat. Tut.*) per *virilis Sexus* (a) *Perſonas* cognatione iungun-

Digitized by Google

guntur, et *eiuſdem nominis* ſunt, quaſi *Familiae adnati*, velut *Frater eodem Patre natus, Filius, Nepos ex eo*, item *Patruus, Patrui Filius*, qui *Frater patruelis* dicitur, et *Nepos ex eo*. *Cognati* ſunt, qui per *Foeminas* coniunguntur, quaſi *ſimul* nati, vel *commune* naſcendi *initium* habentes. *Gentiles* dicuntur qui inter ſe eiuſdem et *generis* et *nominis* ſunt, ab *ingenuis* oriundi, quorum nec *Pater*, nec *Auus* ſeruitutem ſeruiuit, qui capite non ſunt deminuti; licet interdum *Gentiles* dicantur, qui *ſimili* tantum *nomine* appellantur. Quo ſenſu Plinius dixit de Seruis: *Singuli Marcipores, Luciporesue Dominorum Gentiles*, et Cicero Lib. I. Tuſculan. Qu. *Seruium Tullium Regem* vocat *Gentilem ſuum, cum eiuſdem* nominis *eſſet, non* generis. Praeterea *Agnatorum* nomen *generale* eſt, quo *Cognati* et *Gentiles* continentur. Nam, qui eſt *Agnatus*, idem et *Cognatus* et *Gentilis* eſt. Non vtique autem, qui *Cognatus* et *Gentilis*, idem et *Agnatus* eſt. Verbi gratia: Patris *Frater*, id eſt, *Patruus*, idem *Agnatus*, idem *Cognatus*, idem *Gentilis*, quia non *ſanguinis* duntaxat, ſed etiam *generis gentisque* ratione ciuili mecum numeratur. At Matris *Frater*, id eſt, *Auunculus*, *Cognatus* eſt, *Agnatus* non eſt, quia mihi *ſanguine tantum* coniungitur, non etiam *genere*, propterea quod *Mater* non ducit et propagat *genus*, ſed exit ab *ea domo*, in *qua* nata eſt, et in *Mariti* familiam tranſit. Cicero Lib. II. de Inuentione: *Lex eſt, ſi Paterfamilias inteſtato moritur, familia pecuniaque eius* Agnatorum Gentiliumque *eſto*. Ibid. *Si furioſus eſt*, Agnatorum Gentiliumque *in eo pecuniaque*

Digitized by Google

que eius poteſtas eſto. Varro Lib 7. de Lingua Lat. *Vt in hominibus quaedam ſunt* Cognationes *et* Gentilitates: *ſic in verbis. Vt enim ab* Aemilio *homines orti* Aemilii ac Gentiles: *ſic ab* Aemilii *nomine declinatae voces in* Gentilitate *nominantur* †.

(a) Non leuis itaque error eſt in nonnullis *Grammaticae Schmidianae* Exemplaribus, quando *Verſus ille tritiſſimus:*

Agnati Patris: *Cognati* Matris *habentur:*

p. 491. inuerſo ordine legitur, niſi velimus ſtatuere, *Varios et diuerſos* eſſe *inter ſe*, *Cognationem* quod concernit, *Cognatos* et *Agnatos*, vti mox patebit.

† *Agnati* vocabantur, qui ex eadem *ſtirpe familiaque* prodierant. Quicunque vero ex eadem *gente* deſcendebant, ii erant *gentiles*. R.

Agnoſcere eſt recognoſcere Propinquos, Amicos, aliasque res, quas *ante* nouimus. *Cognoſcere* eſt noſcere eos, qui *prius* incogniti erant † (b). Pacuuius:

In turba Oreſti *cognita*, agnita *eſt ſoror.*

Suetonius in Auguſto: *Illatum deinde* Auguſti *Teſtamentum non admiſſis Signatoribus*, *niſi Senatorii Ordinis*: *caeteris extra Curiam ſigna* agnoſcentibus *recitauit per Libertum.* Sed *haec Differentia* non ſemper obſeruatur, vt Salluſt. in Catilina: *Cum prius omnes ſigna ſua* cognouiſſent. Liuius Lib. 25. *Poteſtas Dominis res ſuas* cognoſcendi *facta.*

† *Cognoſcere* eſt diligenter et attente conſiderare. Donat. R.

(b) Itaque *Agnoſcere* plus eſt, quam *Cognoſcere*. Illud *ſpecialius*, hoc *generalius* eſt. Sic *Agnitio* DEI *plus* eſt, quam *Cognitio* DEI. Haec *plurium*: illa *pauciorum* †. Pater *agnoſcit* filium, cum eum ad *ſe* adſciſcit et pro *ſuo* habet. Quae

Digitized by Google

Liberorum Agnitio ICtis eſt τῶν παίδων Ἀνάληψις. Hinc intelligitur, quid ſit: *Agnoſcere aliquem diſcipulum ſuum*, Einen darfür halten/ *Agnoſcere erratum ſuum*, eſt confiteri, etc.

† Homines in denſis tenebris aliquo modo Deum cognoſcunt, ſed non agnoſcunt, h. e. non colunt, nec gloria afficiunt. R.

Ala eſt brachium *Auis* alatum, cuius ope *Ales* volat, omneque *alatum* animal. *Penna Auium* veſtis, qua etiam volant. *Pluma* mollior et minor penna. *Talaria* ſunt *Alae* talorum *Mercurii*. Proprie autem ſunt *calceamenta*, quae ad *talos* ligantur. H.

Alacer dicitur is, cui omnis ſenſus in ſuo quiſque loco degit, *lacer* vero, qui ſic eſt affectus, ut vultu indicet, adeſſe animum non ſincerum ſenſibus ſuis: qua re cognita, illud quoque intelligitur, aliud eſſe *alacrem*, aliud *laetum*. Sunt, qui *alacrem*, feſtinantem et properum putant, quaſi alis acrem. Paedian. R.

Album minus eſt, quam *Candidum*. Nam *Album* propius eſt *pallido*, et contrarium *atro*; aſt *Candidum intenſa luce* perfuſum eſt, et opponitur *nigro*. Illud *natura*, hoc *cura* fit. *Corn. Front.* †. Hinc *Alba Toga* erat communis *Ciuium Romanorum* veſtis, qua *diebus feſtis et ſolemnibus* (c) induebantur. *Candida* vero *eorum*, qui honores petebant, in quam intendendae albedinis cauſa *cretam* addebant. Quo alluſit Perſius: (d)

- - - - *Quem ducit hiantem*
Cretata *ambitio*. - - -

Quanquam *haec duo* interdum confundantur, vt

cum

cum Cato dixit: *In Italia atras capras lac album habere.* Varro in Andabatis: Candidum *lacte e papilla cum fluit.*

† *Album* natura, *albatum* ita factum. *Albus* color natiuus lanae eſt, *candidus* proprie ſplendens ille et qui eſt ab arte, cui intendendae albedinis cauſa cretam addiderant. Iſiodor. R.

(c) Leg. *Alexandr.* ab *Alex.* Lib. 5. *Gen. Dier.* c. 18. Inde recte *Horatius* Lib. II. *Serm. Sat.* 2. v. 60. ſeq.

- - - *Nataleis aliosve dierum*
Feſtos albatus *celebret* - - (ſc. *Auidienus.*)

Conf. *Chriſtophori Landini* Comment. in praed. *Horat.* loc. p. 969. *Edition. Fabricianae*, et *Iacob. Cruquii* Enarrat. ad *Horat.* Lib. I. *Sat.* 2. v. XVI. p. 322. col. b.

(d) *Satyr. V.* 6. 176. *ſeq.*

Alere eſt vitam ſuſtentare rebus ad victum cultumque corporis maxime neceſſariis, vt *cibo*, *veſtitu*, *habitatione*, *etc* (e). *Educare* (f) eſt a teneris ad maturam aetatem educere, et hoc amplius liberaliter habere et inſtituere. *L.* 7. *D. de Alim Legat.* Nam qui *alit*, tantum praeſtat *alimenta*; qui autem *educat*, non modo *corpori neceſſaria* ſuppeditat, ſed etiam adhibet *diſciplinam* et *inſtitutionem*. Attius in Andromeda:

Alui, educaui, *id facite, gratum vt ſiet Seni.*

Plautus in Menaechmis (g):

Nam illic homo homines non alit; *verum* educat *Recreatque.*

Varro Lib. 2. de Re Ruſt. *Hoſce item vt equulos et* educant, *et* alunt. *Non. Marcell* †.

(e) Seu eſt paruos nutrire; vt creſcant. Nam cum bonus *Altor* diligenti *alitura* aliquid *alit*, res iſta alibi *alimenta* bene culta bene *aleſcit*, atque ſi quid diuulſum eſt, *coaleſcit*. Ideoque transfertur quoque ſaepiſſime ad *incorporea*. Sic *puerile ſtudium laudibus* alitur i. e. *augeſcit*. it *Memoriam ingeniumque aſſidua Exercitio* alit.

(f) Pro quo *Terentius* in *Eunuch*. Act. I. Sc. 2. v. 37. et *Virgilius* Lib. 6. *Aeneid*. v. 765. *Educere* dicunt.

(g) *Act. I. Sc.* 1, 6. 22.

† Vnde colligere eſt, plus m. eſſe *recreare* quam *alere*. Paraeus. R.

Ali eſt nutriri; *Paſci* autem eſt ſaginari. Varro Lib. 3. de Re Ruſt. *Quae in villa circumue eam ali ac paſci poſſunt*. Idem in Gerontodidaſcalico: *Vbi graues paſcantur et alantur Pauonum greges* (h). *Non Marcell*.

(h) Sic *Altilia* dicuntur *Animantia*, quae *incluſa* aluntur, ſiue *Aues* in corte, aut auiario, ſiue *Quadrupedia* in roborario, ſiue *Piſces* in viuario.

Alias, alio tempore ſignificat, *alia* aliter, aut per alia Don. R.

Aliquando et *nonnunquam* quod intermittere non patitur, *fere* futurum ſignificat. Corn. Front. R.

Aliquantum, id eſt, paulum, vel nonnihil, ad *Modum* refertur. *Aliquot*, ſiue *Aliquam-multi*, ad *Numerum*. *Aliquantiſper* ad *Tempus*, ſed cum ſignificatione *Breuitatis*, quemadmodum et *Tantiſper*. Vt Tantiſper *heic mane, dum huc recurro*. Interdum uſurpatur pro *non diutius*, vt Tantiſper *te meum dico, dum quod te dignum eſt*. *Pauliſper* idem ad *Tempus*

Digitized by Google

pus pertinet, ut: *Paulum admodum rei* pauliſper *auſculta*. Errant itaque, qui *pauliſper* uſurpant pro *parum* ſiue *paulum*. H.

Aliquis et *Quispiam* fere *idem* ſignificant. *Quidam* pro *certo non nominato* ponitur †. Interdum et *Quispiam*. *Vllus* fere *interrogatiue*, aut *negatiue*, aut *ſubiunctiue* ponitur. *Non eſt* vllis *fidus*. *Vocat me* vllus? *Si quaeret me* vllus, *dicito, me eſſe domi*. Eodem fere modo vſurpatur *Quispiam*. H.

† *quidam* notat rem certam, *aliquis* rem incertam et vagam, ſed haec differentia non ſemper vera eſt. Goclen. R.

Alitudo, incrementum eſt corporis: *alimentum*, infantis; *alimonia*, deriuatiuum ab alendo, quaſi particula animi. Corn. Front. R.

Alius de *pluribus* dicitur. *Alter* de *duobus*. Alius *eſurit*, alius *ebrius eſt*: alios *alia delectant*: *E duobus filius* alter *duxit uxorem*, alter *in bello periit*. Alter *alterum ſubleuat*. *Alius* interdum ſonat *diuerſum*. Alia *res eſt*. Alius *es multo, quam ſoles*. *Alter ſimilitudinem*. Vt Alter *Tullius i.e. Tullio* ſimillimus. *Alter* interim *ſecundus* dicitur. Vt *Tu nunc* alter *eris ab* illo. *Praeteriit dies unus*, alter, *tertius*. Per *Aduerbium*: *Vocatus ſemel*, iterum, *ac tertio non comparuit*. H

Alleuare propr. eſt *leuius* aliquid *facere*, f. *reddere*, deinde, in *altum tollere*. *Eleuare* eſt *ſurſum tollere*, immo et idem, ac *extenuare* atque *deminuere*. H.

Alloquium eſt ſermo, qui leuandi ac minuendi alieni doloris cauſa habetur: ſicut *Alloqui* interdum

 eſt

eſt *conſolari.* *Colloquium* eſt confabulatio quaelibet. Varro Lib. 5. de Ling. Lat. Colloquium, *cum conueniunt in vnum locum* loquendi *cauſa.* *Hinc* adlocutum *mulieres ire aiunt*, *cum eunt ad aliquem locutum* conſolandi *cauſa.* Horatius in Epodis (i):

Illic omne malum vino, cantuque leuato,
Deformis aegrimoniae dulcibus alloquiis.

Catullus Epigrammat (*) XXXIX. (k) v. 4. ſeq.

Quem tu, quod minimum facillimumque eſt,
Qua ſolatus es allocutione?

Tacitus Lib. 4. Annal. *Vix Propinquorum* alloquia *tolerari, et Firmatos* alloquio *adoleſcentulos.*

(i) *Od. XIII. v. 17. ſeq.*

(k) Et quidam ſecundum *Horatii Tuſcanellae, Florentini,* Editionem Hanouienſem. Editio enim *Plantiniano-Antuerpienſis* facit *Epigr. XXXVI. Ioſephi Scaligeri* a. *XXXV.* vbi et hi *verſus alio ordine* poſiti ſunt.

Alluuiones ſunt vel *Fluminum*, vel *Maris*, vel *Pluuiae*, aut *Demerſiones*, aut *Translationes* locorum; *Eluuiones* vero Foſſae *pluuia* factae. R.

Altare eſt, quod a *terra* erectum atque exaltatum eſt: *Ara* vero, quae in *terra* ſtatuitur. Vnde et Menſae in aedibus ſacris, atque etiam priuatis *Ararum* vicem obtinebant. *Illud* ſuperis Diis *tantum* conſecratum erat. *Haec tam* ſuperis *quam* inferis. Virgil. Eclog. V. (l)

- - - *En quatuor* Aras.
Ecce duas tibi Daphni, duoque Altaria *Phaebo!*

Plinius

Plinius l. 16. *Vt ne propitiandis quidem Numinibus accendi ex his* Altaria Araeque *debeant*. Plinius in Panegyrico: *Qui ipſi inter* Aras *et* Altaria. Arnobius l. 6. *Non* Altaria *fabricamus, non* Aras. Idem Lib. 7. Arae *iſtae, quas dicitis,* Altariaque *haec pulchra.* Quanquam *Altare* numero multitudinis interdum ſignificat *eminentia Ararum*, ut Virgil. Lib. 2. Aeneid. (m)

- - - - *natus nequicquam* Altaria *circum*.

Tacitus Lib. 16. Annal. Altaria *et* Aram *complexa*. *Aliquando Libamina* Aris *impoſita*. Sic iterum Virgil. Lib. 2. Aeneid (n).

- - - *paterisque* Altaria *libant*.

Ara dicta ab *ariditate*, quia in iis adoletur *ignis* (o) *Altaria* ab *alendo*, quia *igni* adduntur alimenta. *Seruius*.

(l) v. 65. ſeq. (m) v. 515. (n) v. 174.
(o) Eſt enim *focus ſacer ſacrificiis uſtulandis* deſtinatus.

Altitudo eſt incrementum *Corporis*. *Alimentum* incrementum *Infantis*. *Alimonia* deriuatiuum ab *alendo*, quaſi particula *Animi*. *Corn. Front.*

Altor ſumitur *ſemper actiue*, et notat illum, qui *alit*; *Alumnus* vero ex mente *Vallae* Lib. 6. *Elegant.* c. 1. *tantummodo paſſiue*, idemque eſt, ac qui *nutritur*. Verum, quod praedicta vox *actiue* quoque, h. e. pro eo, qui *nutrit*, accipiatur, omiſſis iam *Virgilii*, *Taciti* ac *Plinii* teſtimoniis, *Varro* hoc modo teſtatur: *Et ecce* (inquiens) *de improuiſo ad nos accedit cana Veritas, Atticae Philoſophiae* alumna. *Ex*

Digitized by Google

Veritate namque Philoſophia et non ex Philoſophia Veritas eſt nata. *Hinc in actiua ſignificatione* reſpondet *Graecorum* τροφός. In *paſſiua* τρόφιμος. Quanquam *hoc vocabulum* apud *Dioſcoridem, Theophraſtum* et *alios actiue* etiam ſumitur. H.

Altum et quod ſurſum eſt et quod deorſum. Agraet. R.

Aluus proprie Virorum eſt (p). *Vterus* Mulierum (q). *Venter* vtriusque (r). *Agraetius* †.

(p) Alias dicitur *venter animalis*.

(q) Eſt enim *locus*, *quo* foetus conceptus *continetur*.

(r) *Proprie* autem eſt *corporis* regio ima, *alimentorum* receptaculum.

† Conſumunt *ventres*, *vterus* parit, egerit *aluus* R.

A manu eſt is, qui *Amanuenſis* aliter dicitur, cuius ſcilicet *opera* et *manu* ad *ſcribendum* vtimur. *Ad Manum*, qui praeſto adeſt ad *imperata facienda* (s). *Cicero Lib.* 3. *de Oratore*: *Quem ſeruum ſibi ille habuit* ad Manum. Suetonius in Auguſto, *Thallo* a Manu, *quod pro Epiſtola* prodita *denarios quingentos accepiſſet, crura effregit*. Sic A Pedibus ſeruus dicitur, qui negotia Domini *pedibus* exſequitur. *Ad Pedes* olim erat, qui ſtabat *retro* Dominum accumbentem, et coenanti adminiſtrabat. Nam *Lecti tricliniares* in medio Coenationem ſternebantur, vt ſpatium, quantum ſatis eſſet miniſtrantibus, relinqueretur. *Cicero Lib.* 7. *ad Atticum*: *Pollucem ſeruum* a Pedibus *meum* Romam *miſi*. Seneca *Lib.* 3. de Beneficiis: *Seruus, qui coenanti* ad pedes *ſteterat*. Martialis *Lib. VII.* (t)

Miſto

Digitized by Google

Miſſo legenam replet ad pedes *vino.*

Idem (u) tamen dixit;

Omnia cum retro pueris obſonia mittas (x),
Cur non menſa tibi ponitur a pedibus?

Et *Plinius Lib.* 30. A pedibus *ſtanti interrogantique.* Sed ibi *a Pedibus* ſignificat *locum*, non *miniſterium*, vt *a tergo*, *a fronte*.

(s) Quod a *Differentia* haec omnino *vana*, ac *irrita* ſit, teſtatur *Claud. Salmaſius*, eminentioris Literaturae eximie peritus Vir, in *Notis* et *Animadu.* ad *Prooem.* Commentar. *Simplicii* in *Epicteti* Enchiridion p. 8. his verbis: *Falſi ſunt Viri doctiſſimi, quibus hactenus perſuaſum fuit*, Diſcrimen *eſſe inter* Seruos ad Manum, *et* Amanuenſes, *ſ.* a Manu, *quaſi hi tantum ſic vocati eſſent, quorum opera Dominus in excipiendo, quae dictaret, et ſcribendo vteretur. Nam a* Manu Seruus, *et* ad Manum *idem. Vt immo multa alia, Serui enim* Amanuenſes, *quos etiam* Προχείρους Graece *dictos licet hariolari, erant in* miniſterio quotidiano, *et Dominis* ſemper praeſto *eſſe debebant, qui propterea et* ad Manum Serui *dicebantur, et continebantur illorum appellatione* Muliones, Veſtitores, Obſonatores, Veſtiarii, Cellari, Cubicularii, Arcarii, Coqui, Placentarii, Tonſores, Piſtores, Lecticarii, *et alii omnes huiusmodi. Attamen Scribae videntur quibusdam κατ᾽ ἐξοχὴν* Amanuenſes *dicti, quia praeter caeteros Vrbani miniſterii Famulos maxime illi* ad Manum. Ruſticani *enim* miniſterii Seruos *Dominis ſuis* non ſemper ad Manum *praeſto fuiſſe, docet nos* Paulus *L. 3. Sent.* Tit. 7. *Seruis, inquit,* amanuenſibus *legatis omnes, qui ex conuerſatione Vrbana et in miniſterio fuerint, debebuntur, niſi ex his aliqui perpetuo ad* opus ruſticum *transferantur.* Addit mox: *dubitatum eſſe, an* Venatores ſerui, *vel* Aucupes *inter* vrbana miniſteria *continerentur. Quod idem eſt, ac ſi dixiſſet, inter* Amanuenſes.

(t) *Epigr.* XIX. v. 19. (u) Lib. III. *Epigr.* 23.

 (x) Edi-

(x) Editiones *Plantiniano - Antuerpienſis* et *Ea*, quae cum *Parodiis Sacris Ioan. Burmeiſteri* cura *Goslariae* Anno CHR. M. DC. XII. in *12mo* prodiit, pro *Mittas*: rectius legunt *Tradas*.

Amator fingere poteſt, *Amans* vere amat. Donat. *Amator*, qui ad tempus, *Amicus*, qui perpetuo amat. Donat. *Amans* in actione, *Amator* eſt in procliuitate. R.

Ambaruales hoſtiae dicebantur, quae pro aruis a duobus fratribus ſacrificabantur. *Amburbiales* hoſtiae dicebantur, quae circum terminos vrbis Romae ducebantur. Feſt. R.

Ambitio cupiditas gloriae, vel magnarum rerum deſiderium. *Ambitus* eſt crimen affectati honoris (y) *Hic* actu et opere perficitur, (z) *Ille* eſt in animo †, velut *cauſa* et *origo Ambitus*. Nam qui honores *plus nimio* appetunt, hi *largitionibus*, *blanditiis*, *aliisque malis artibus* Populi ſuffragia captant, ex quo committitur *Ambitus*, cui reprimendo latae complures Leges, *Bæbia*, *Calphurnia*, *Pompeia*, *Tullia*, *Iulia*; (aa) etiamſi *Ambitio* frequenter quoque ſumitur pro *Fauore* et *Gratia*. Indeque fit *Ambitioſus*, vt *ambitioſus Iudex*, et *ambitioſa Sententia*, qua *gratis*, *vel accepta mercede*, in alicuius fauorem a *Iudice* fertur. Cicero Lib. 13. Epiſt. *Quod ſolent facere*, *qui religioſe et ſine* ambitione *contendunt*. Suetonius in Domitiano: Ambitioſas *Centumvirorum ſententias reſcidit*. Vlpianus de Officio Curatoris Reip. Lib. 4. D. de Decr. ab Ord. fac. Ambitioſa *decreta Decurionum reſcindi debere*, *ſiue aliquem debitorem demiſerint*, *ſiue largiti ſint*.

(y) Seu

Digitized by Google

(y) Seu eſt captatio *bonorum*, aut *dignitatum*, quam Eccleſiaſtici *Simoniam* vocant in rebus ſacris. Corripit *penultimam*, licet nonnulli Grammatiſtae aliter garriant. Ita enim *Iuuenalis* Sat. VIII. v. 143.

Quod ſi praecipitem rapit ambitus *atque libido.*

Sic *Ambitus* eſt etiam captatio quaedam *Fauoris atque Miſericordiae*. Mendici enim oſtentantes foeditatem vulnerum vtuntur *ambitu* miſeriae ſuae.

(z) ſ. in petitione verſatur.

† *Ambitus* honoris dici coeptus eſt a circumeundo ſupplicandoque. Ambitio eſt ipſa actio ambientis. Feſt. *Ambitio* etiam dicitur magnarum rerum deſiderium et appetitus. Donat. R.

(aa) Conf. *Pauli Manutii* Lib. I. *Antiquit. Romanor.* qui eſt de *Legibus Romanis*, p. 216. ſeqq.

Ambo (bb) de iis dicitur, qui *vno tempore*, aut *ſimul*, quid faciunt, vt *Cicero et Antonius* ambo *Conſules fuerunt*, *qui conſulatum vna geſſerunt.* *Vterque* (cc) de iis, qui *diuerſo tempore*, et *ſeparatim*, vt *Cato* et *Cicero* vterque *fuit Orator*, qui diuerſis aetatibus *vixerunt.* Sic in Senatusconſultis addi ſolebat; *Conſules alter amboue.* Cicero in Philippica 8. *Vti C. Panſa, A. Hirtius Coſſ.* alter amboue, *ſi eis videatur.* *Fl. Soſipater.*

(bb) ſunt *duo*, vel *duae coniunctim*, ideoque

(cc) *hunc* et *illum* deſignans quippe,

Ambulare eſt ſpatiis factis in eadem veſtigia ſaepius reflectere, idque ad *voluptatem*, vel *ſanitatem*. (dd) *Ire* eſt porro et vlterius pergere, et fere ob *negotia perſequenda*. *Incedere* eſt ingredi *compoſito*, vel cum *grauitate et pompa*. Vlpianus

Inſti-

Inſtitut. 7. Iter *eſt ius eundi* ambulandi *hominis*. Seneca ad Lucilium: *Tenero ac molli paſſu ſuſpendimus gradum, nec* ambulamus, *ſed* incedimus. Salluſt. in Iugurtha: Incedunt *per ora veſtra magnifice*. Idem in Catilina: *Cohortes paulatim* incedere *iubet*. *Ambulare* incipiunt infantes; *Inambulant* aetate pleni. *Corn. Fronto*.

(dd) Interdum *ſpatiari*, vel *deambulare*, ſignificat. Interdum *longioris itineris* eſt, et idem eſt, quod *ire*, vel *iter facere*. Inde *Ambulatio*, quae interdum pro *loco*, *in quo* ambulamus, interdum pro ipſa Ambulationis *actione* ponitur.

Amens eſt, qui omni ſenſu et ratione caret, (ee) vt *furioſus*, *fatuus et attonitus*. *Demens* appellatur, qui non eſt integra mente et ſana; retinet tamen communem vitae cultum, vt eſt *rudis* et *vanus* (†). Afranius in Vopiſco: Amentes, *quibus animi non ſunt integri*, *ſurde audiunt*. Salluſt. de Republ. ordinanda: *In ſomniis excitus*, *furibundus atque* amens *alienata mente feraris*. Livius Lib. 42. Amentes *repentino terrore regios fecisset*. Sed nonnunquam confunduntur. Cicero Lib. 3. Tuſculani Qu. *Nec minus illud acute*, *quod animi affectionem lumine mentis carentem nominauerunt* Amentiam, *eandemque* Dementiam. Quintilianus in Declamat. *eſt ablatus rerum omnium intellectus*.

(ee). vel qui a *Mente* motus eſt

† *Amens* tota mente caret, *Demens* parte. *Mente captus* dicitur, cum mens ex hominis poteſtate abiit. Feſt. R.

Ami-

Amicitia, vt *Amor*, plus eſt, quam *Beneuolentia*. *Illa* eſt amantis (ff), *Haec* diligentis (gg). Cicero ad Atticum: *Nihil eſt, quod ſtudio et beneuolentia, vel* amore *potius, effici non poſſit.* Idem ad Titium: *Officium tamen functum beneuolentiſſimi atque amiciſſimi.* Et in Oratione pro Oppio: O amorem *mirum*, *o* beneuolentiam *ſingularem!*

(ff) et inter eos, qui ſe norunt. *Hieronym. Cingulatorinus* Part. II. *Elegantiar.* Litt. b. 3. fac. b. Edition. *Lipſ.*

(gg) Suetonius in *Tiberio* c. LI. *Amicitias* et *Familiaritates* pro *Amicis* vſurpauit. Ita enim ſcribit: *Teſtamentum quoque eius pro irrito habuit, omnesque* amicitias *et* familiaritates, *etiam quibus ea funeris curam moriens demandarat, intra breue tempus afflixit.*

Amicitia eſt, vbi etiam non eſt vſus, *Familiaritas* eſt conſuetudo et vſus cum aliquo. Paraeus. R.

Amicus, (h) qui *ſincere* et *conſtanter* alterum amat. *Amator* eſt, qui *temporarium* alteri officium, aut obſequium, praeſtat. Vel *Amicus* animi eſt. *Amator* corporis, (ii) autore *Donato*. Cicero Orat. 4. in Verrem: *Tuus antiquiſſimus non ſolum* Amicus, *verum etiam* Amator. Lucilius Lib. 29. Satyr.

Fauitorem me tibi, Amicum, Amatorem *putes.*
Plautus in Truculento: (kk).

--- *Sed longe aliter eſt* Amicus *atque* Amator.
Terent. in Andria: (ll)

Amicum, amatorem virum ---

Amator fingere poteſt. Amans *vere* amat. *Donatus* (mm).

(hh) per

(hh) per deriuationem quaſi *animi cuſtos*. Dictus a. proprie *Amicus* ab *amo*, id eſt, *catena charitatis*. Vnde et ſemper in *bonam partem ſumitur*, et non ſolum ad *Perſonam*, ſed etiam ad *Res* refertur, et eſt

(ii) ideoque et turpitudinis, quia *amore libidinis torquetur*. Vid. *Iſidor. Hiſpal.* Lib. X. *Origin.* col. 2. 3. 5. Edition. *Vulcaniano-Baſileenſ.*

(kk) *Act. I. S. 2. v. 70.* (ll) *Act. IV. Sc. 3. v. 3.*

(mm) *Amaſius* eſt pronus ad libidinem; *Amabilis* v. amore dignus.

Amittere (nn) leuius eſt et minus, quam *Perdere*. Nam amittimus quoque vitio alieno. *Perdimus* duntaxat noſtro. Et *Amittimus* etiam id, quod *recuperare* poſſumus. *Perdimus* id, quod omnino *periit*. Vnde *Perditus Homo*, qui a recta ratione ita alienatus eſt, vt ad eam redire iam *non poſſe* videatur; et *Perditae Res* conuulſae et proſtratae ſunt; (oo) itemque *Deperditum*, quod in rerum Natura eſſe deſiit, autore *Caio* ICto. Confunduntur tamen frequenter, vt Cicero ad Sulpitium: *Q. Maximus, qui filium conſularem, clarum virum, et magnis rebus geſtis*, amiſit, *et L. Paulus, qui duos ſeptem diebus, et veſter Gallus, et M. Cato, qui ſummo ingenio, ſumma virtute filium* perdidit. Idem Lib. 5. ad Atticum: *Ille cohortem primam totam* perdidit; quod ipſum Coelius ad Ciceronem dixit: *Bibulus in Amano neſcio quid cohorticularum* amiſit. Vlpian. ad Edictum 3. L. 9. D. de Verb. Sign. *Verbo* Periiſſe *vt ſciſſum et fractum contineri, et vi raptum.* Idem L. 56. L. 4. D. de Vi Bon. rapt. Amiſſa *autem dicuntur ea, quae corrupta alicui relinquuntur*, ſciſſa *forte, vel* fracta.

Quan-

Digitized by Google

(nn) quando pro *Dimittere* ponitur, eleganter dicimus *Amittere e Manibus*, vel *de Manibus*, vel *Amittere abſolute*. Alias eſt *Amittere* nolentium, *Dimittere* volentium.

(oo) *Perdere* enim, nonnunquam pro *affligere* atque *terere* ſumitur. Nam qui *perdit*, partim *ſcienter* corrumpit, partim *inſcienter* amittit.

Amo et *Diligo* hoc differunt, quod *Amo* maiorem vim atque affectionem denotet, (pp) quam *Diligo* †. Sicut apud *Graecos* plus eſt φιλεῖν, quam ἀγαπᾶν (qq). Terent. in Eunucho (rr):

Non pol, quo quenquam plus amem, *aut plus* diligam.

Cicero Lib. 9. Epiſtor. *Tantum tamen acceſſit, vt nunc demum* amare *videar*, *antea* dilexiſſe. Idem ad Brutum: *Me aut* amabis, *aut quo contentus ſum*, diliges. Praeterea *Diligimus* ex *Virtute*; *Amamus* vero interdum *Vtilitatis*, aut *Voluptatis* cauſa. Idem de Laelio: *Ego admiratione quadam Virtutis eius, ille viciſſim opinione fortaſſe nonnulla, quam de meis moribus habebat, me* dilexit.

(pp) ſeu longe amplius atque efficacius ſit.

† Videtur Scaligero *diligere* dici a deligendo, quod tanquam initium ſit amandi R.

(qq) Στέργειν autem vtraque hac voce eſt ἐμφατικώτερον. Notat enim *naturali quadam Charitate complecti*, qualis eſt *Amor* atque *Affectus Parentum* erga *Liberos*, *Liberorum* viciſſim erga *Parentes* et *ſanguine iunctos*, Graecis Στοργή dictus. Sed quomodo *Dii* (addamus et *Deae*) *Amare* nos dicantur, leg. *Caſp. Schopp. Franci*, Lib. 2. *Suſpectar. Lection.* Epiſt. 17. p. 147. Edition. *Norib.* vbi inter alia, *Venus nos Amare* dicitur, *quando*

Benu-

Digitized by Google

benuſtatem nobis et potentiam in amore *largitur.* Sic *Amamus nos inuicem*, *amamus nos mutuo*, *amamus nos pariter*, *amamus inter nos*, idem ſignificant; ſed in *poſtremo* non geminabitur *Accuſatiuus*, vt: *Amamus nos inter nos*; ſed *Amamus inter nos*. *Adamare* eſt *amatorie* amare, ſ. amore *incipere* et multo *minus*, quam *Deamare*, quod idem eſt, ac valde amore. V. g. Si quem ſincero *amore adamaſti*, conſtanter *deama*, *amantemque* te *redama*, ſicut ſolet *Amaſius Amaſiam*. Sic a Latinis *Amplecti* et *Amplexari* pro *valde amare* ponuntur.

Amare eſt efficacius quam *diligere*, *colere*, modo eſt venerari, ſeu cultum tribuere maioribus, modo eſt proſequi: ſic *colimus* pares amore et officio, minores humanitate et beneficiis, id eſt, proſequimur amore, officio etc. Goclen. *Amabit* ſapiens, *cupient* caeteri. Afran. R.

Amoliri dicuntur ea, quae cum *magna difficultate* et *molimine* ſubmouentur, (ſſ) et tolluntur e medio †. *Diſcedere* dicitur, qui *facile* abit e medio. *Donatus*.

(ſſ) ſ. magno labore amouentur;

† *Amolitur* igitur, qui vix recedit. Donat. R.

Amor et honeſtus, (tt) et turpis eſt. (uu) *Charitas* tantum honeſta (xx). *Ille* omnibus etiam brutis conuenit, et ſaepe conciliatur *Voluptatis*, aut *Vtilitatis* gratia. Haec hominum † ac DEI duntaxat eſt, et ex *ſola Virtute*, proficiſcitur (yy). Vel *Amor* re et factis declaratur. *Charitas* animo inhaeret. Cicero in Laelio: *Ita contracta res eſt et adducta in anguſtum, vt omnis* Charitas *aut inter duos, aut inter paucos, iungeretur.*

Digitized by Google

tur. Gellius Lib. 12. (*) c. 5. *Natura*, inquit, *omnium rerum*, *quae nos genuit*, *induit nobis*, *inolevitque in ipſis ſtatim principiis*, *quibus nati ſumus*, Amorem *noſtri*, *et* Charitatem. Trebonius Ciceroni: *Et* Charitate, *et* Amore *tuum officium praeſtaturos*.

(tt) Et ſic debetur *Fratribus*, *Coniugibus*, *Liberis* atque *Familiaribus*.

(uu) *Caſp. Barthius*, glorioſum Aeui noſtri Specimen, Lib. 39. *Aduerſar.* c. 6. col. 1764. ex *Grammaticis quadripartitam* Amoris *Differentiam* obſeruauit, quando videlicet illum *honeſtum*, *pium*, *crudelem* atque *obſcoenum* eſſe dicit, hoc quidem modo, vt *Honeſtus* Coniugibus, *Pius* Famulis debeatur; *Crudelis* vero contra Naturam, atque *Obſcoenus* tantummodo Meretricum ſit.

(xx) et DEO, *Patriae* atque *Patribus* et proximo prae caeteris exhibenda eſt.

† Inter malos non eſt *charitas* ſed *coniuratio*. Nam cum Deorum, tum parentum patriaeque cultus, eorumque hominum, qui aut ſapientia aut opibus excellunt, ad *charitatem* referri ſolent. Coniuges autem et liberi et fratres et alii, quos vſus *familiaritasque* coniunxit, quanquam etiam *charitate* ipſa, tamen amore maxime continentur. Cic. in Partit. Orat. nam aut *charitate* monentur homines, vt Deorum, vt patriae, vt parentibus, aut *amore*, vt fratrum, vt coniugum, vt liberorum, vt familiarum. R.

(yy) Conf. *Matthiae Flacii*, *Illyrici*, Pars I. Clav. *Script. Sacr.* *ſub Dilectionis* voce col. 145.

Ampliatio erat, quoties *Iudices* pronunciabant, rem ſibi non liquere, et amplius cognoſcendum eſſe. Quo facto *ſecunda Actio* iterum inſtituebatur, quocunque die *Iudex* volebat. Sed is ſolus

Digitized by Google

cauſam perorabat, in cuius oratione obſcuritas fuiſſet. *Comperendinatio* autem erat, cum litigatores, prima actione perfecta, etiamſi *Iudices* non iudicaſſent, in diem tertium, ſiue perendinum ſecundum, reiiciebant, et tum vterque iterum cauſam dicebat; prius tamen *Defenſor*, quam *Accuſator*, audiebatur. Itaque in *Comperendinatione* potuit eſſe *Ampliatio*; in *Ampliatione* a. haudquaquam *Comperendinatio* (zz). Cicero pro Caecinna: *Cum eius conſilii Iudex non eſſet, et in eo conſilio cum cauſam non audiſſet, et poteſtas eſſet* Ampliandi, *dixiſſe ſibi liquere.* Idem in Verrem: *Adimo* comperendinatum, *quod habet in ſe lex moleſtiſſimum, bis vt cauſa dicatur.*

(zz) Sic *Comperendinati rei* poſſunt dici in cauſis criminalibus, quos curia dimiſſos fide ſua eſſe voluit, id eſt, quos ſuae ipſorum cuſtodiae commiſit, vt aut *Vrbem iuſti carceris loco* habeant, aut *primatem aliquam domum*, vt fit interdum ex *Perſonarum* dignitate et genere *Cauſarum.* Haec *Stephanus Doletus* Part. I. Epit. *Commentar. L. L.* p. 91. Edition. *Baſileenſ.*

Amplius ſaepius ſpatii, *plus* quantitatis eſt. R.

Anadema eſt corona *vulgaris*, quae *venuſtatis*, aut *luxuriae* cauſa, capiti imponitur (a). *Latini* vocant *Redimiculum* (b). *Diadema* (c) eſt corona própria *Regum* (d), Maieſtatis et Imperii inſigne. Lucret. Lib. 4. (*) v. 1127.

Et bene parta Patrum fiunt Anadematae *Mitrae.*

Paulus ad Sabinum II. *Ornamentorum eſſe conſtat, quibus vti Mulieres venuſtatis et ornatus cauſa*

coepe-

coeperunt, *neque referre*, *ſi quaedam eorum alium quoque vſum praebeant*, *ſicut* Mitrae *et* Anademata.

(a) *Ανάθημα* a. *Cornelio Ianſenio* Part IV. *Commentar.* in *Concord. Euang.* c. 122. p. 90. col. 1. n. A. et B. dicitur *Donum*, quod *Diis* dicatum ſuſpenditur, in parietibus *Templi*, aut columnis *eius*, cuiusmodi nunc viſuntur in *Templis Romano-Catholicis*, praecipue iuxta Diuorum Monumenta, *Statuae argenteae*, aut *cereae*. Quam ſententiam etiam amplexus eſt *Carolus Paſchalius* Lib. 4. *Coronar.* c. 12. p. 243. *Edition. Pariſ.* ita breuiſſimis ſcribens: *Ανάθημα* nihil aliud eſt, quam *Corona*, quae *Diis* appendebatur, vt *reliqua donaria*.

(b) Et quidem *eo ſignificatu*, *quo redimire* ſaepe eſt *coronare*. Ita enim *Martianus Capella* Lib. 9. de *Nupt. Philol.* et *Mercur. Diſtich. IV.* col. 199. Edition. *Bonauenturae Vulcanii*:

Ipſa etiam fulcris Redimicula *flectere ſueta*
Flora decens trina eſt anxia cum Charite.

(c) *Diadematum* olim *duo* fuiſſe *genera* idem *Paſchalius* Lib. 9. c. 1. p. 567. autor eſt. Quaedam enim erant *regiorum Capitum perpetua geſtamina*. Alterum genus fuit *illarum Coronarum*, quae *regium* quoque *Caput euinciebant*, ſed in *ſolenni Pompa*, *inſigni Die*, *Re illuſtri*, *Loco celeberrimo* atque *conſpectiſſimo*. Dicitur autem *παρὰ τὸ διαδεῖν*, a *nectendo*, *ligando*, ſiue *obligando*, ac ſi dicas Κεφαλοδέσμιον, *Vinculum capitis*, ſiue Κεὶδεμνον τὸ τὴν κεφαλὴν δεσμεῦον, *Corona*, vel *Vitta*, *caput vincens*. Hoc ipſum ſignarunt noſtri nomine *Vinculi*. Ita enim *Seneca* in *Troade* Act. II. Sc. 2. v. 70. ſeqq.

Ego eſſe quicquam ſceptra, *niſi vano putem*
Fulgore tectum nomen? Et falſo comam
Vinclo *decentem*? - - -

Digitized by Google

Vbi *falſum Vinclum* vocat non *falſo* ita nominatum, quaſi *nullo vinculo* coerceri, aut cohiberi poſſit omnimoda illa regia poteſtas. Non ergo, inquit, vt videtur, *Vinclum* eſt, ſed imitamentum *Vinculi*.

(d) Ideoque *Heſichio* in ipſa τοῦ Διαδήματος voce, Στέμμα Βασιλέως, Κεφαλῶν κόσμος, ἤγουν στέφανος, ἢ Βασιλέως σήμβολον audit. Conf. *Barthii* Animadv. ad Vv. XCIII. *M. Aurel. Olympi Nemeſiani* Cynegetic. p. 260.

Anguis (e) eſt, qui in *aquis* degit. *Serpens*, qui in *terra* (f) ſerpit (g). *Coluber*, qui in *vmbris nemorum* deliteſcit (h), *Draco*, qui in *templis* occultatur (i). Virgil. (k)

> - - - - *Immenſis orbibus* Angues
> *Incumbunt* pelago, *pariterque ad* littora *tendunt*.

Idem (l):

> *Corpora natorum* Serpens *amplexus vterque*
> *Implicat*, *et miſeros morſu depaſcitur artus*.

Idem (m):

> *Qualis vbi in lucem* Coluber *mala gramina paſtus*.

Idem (n):

> *At gemini lapſu Delubra ad ſumma* Dracones
> *Effugiunt*, *ſaeuaeque petunt Tritonidis arcem*.

Sed haec plerumque confunduntur apud *Hiſtoricos et Poëtas* maxime. Seru.

(e) *Anguis* ex mente *Iſidori* Lib. XII. *Origin*. c. 4. col. 286. eſt omnium *Serpentium* genus, quod plicari et contorqueri poteſt. Et inde *Anguis*, quod *angulosus*, et *nunquam* ſit *rectus*. Semper enim *Virgilio* Lib. 2. *Georg*. v. 154. ingenioſe canente:

> *Squammeus in ſpiram tractu ſe colligit* Anguis.

(f) oc-

Digitized by Google

(f) occultis acceſſibus, et non apertis paſſibus, repit, ſ.

(g) Illa autem, quae quatuor pedibus nituntur, ſicut Lacertiet *Stelliones*, non *Serpentes*, ſed *Reptilia* ſunt, quia *ventre* et *pectore* reptant.

(h) ſ. *vmbras nemorum* incolit: Ideoque dictus videtur quaſi Columber.

(i) Et eſt *Serpentis immane genus*, a quo nec *Elephas* tutus eſt ſui magnitudine corporis. Nam circa ſemitas delitescens, per quas *Elephanti* gradiuntur, crura eorum nodis illigat ac ſuffocatos perimit. Gignitur a. in *Aethiopia et India* in ipſo incendio iugis aeſtus. Haec *Iſidorus* loc. cit. col. 291.

(k) Lib. 2. *Aeneid*. v. 204. ſeq. (l) *ibid*. v. 214. ſeq. (m) *ibid*. v. 471. (n) *ibid*. v. 225.

Animaduertere aliquem, eſt obſeruare, *animaduertere* in aliquem, punire. R.

Animalia ſunt, quae *ſenſu* mouentur, vt *Homines* et *Bruta*. *Animantia* ſunt etiam ea, quae *viuunt* et *vigent*, vt *Arbores, Herbae, Sata.* Varro Lib. 6. de Lingua Lat. *Proxima* Animalibus *ſunt ea, quae* viuere *dicuntur, neque habere* animam, *vt* Virgulti. Seneca ad Lucilium: *Ergo* Animantia *ſuperiorem tenebunt locum, quia et* Animalia *in hac forma ſunt* et Sata. *Animantia facit* Animus, *Animalia habent* Animam. *Corn. Front.*

Animus eſt ratio, quo ſapimus et intelligimus (o), *Anima eſt* (p) ſpiritus, qua viuimus, ſentimus, et mouemur (q). Attius in Epigon.

Sapimus Animo, *fruimur* anima; *ſine* animo anima *eſt debilis*.

Digitized by Google

Lucretius Lib. 3. (*) v. 160.

Eſſe Animam *cum* animo *coniunctam*. - - -

Et mox ibid. (*) v. 167. ſeq.

- - - *Nonne fatendum*,

Corporea natura Animum *conſtare*, Animamque.

Seneca ad Lucilium: *Difficile eſt*, *inquit*, Animum *perducere ad contemtum* Animae. Cicero tamen et Seneca ſaepe dicunt *Animi immortales*, *et immortalitas Animorum*. *Animus* eſt qualitas viuentis. *Anima* cauſa vitae. *Corn. Fronto*.

(o) ſiue eſt vis *Animae*, qua ſuas actiones regit. Ideoque pro *Conſilio*, vel *Deliberatione*, apud *Ciceronem* ponitur ſaepiſſime.

(p) vis viuentis, ſeu (q) ANIMA *animat* omne animal, vt *animalis* functiones obire et ſe *animatum* oſtendere queat; ANIMVS v. vere *animat*, efficitque *animoſum* hominem; alius tamen ſuperat alium *animoſitate*.

Animus et *Mens* ſaepe coniunguntur: et tum *Animus* eſt ſpiritus, quo erigimur et mouemur (r); *Mens* v. eſt ratio, qua animus regitur †. Caeſar Lib. 1. de Bello Gallico: *Vt non mediocriter omnium Mentes* Animosque *perturbaret*. Virgil. Lib. 6. Aeneid. (*) v. 11. ſeq.

- - - *Magnam cui* Mentem animumque

Delius inſpirat Vates - - -

Gellius Lib. 2. (s) *Tanquam quodam ſeceſſu* Mentis *atque* Animi *facto a corpore*. Idem ibid. (t) *In* Mentes Animosque *hominum cum audiendi quadam illecebra induit*. Et Lib. 15. (u) *Neque* Mentem Ani-

Animumque eius conſiſtere. Interdum tamen eadem ſunt, vt *Mens animi*, pro *Animo.* Plautus in Ciſtellaria (x):

- - - *Ita nubilam* (y) Mentem
Animi *habeo.* - - - -

Catullus Epigrammat. (*) LXVI. v. 4.

Mens animi *tantis fluctuat ipſa malis.*

(r) Nonnunquàm et eleganter vſurpatur pro *affectibus aliquem torquentibus*, v. g. *Metu*, *Timore*, *Audacia*, etc. Exempla vid. in *Animadu. Barthianis* ad *Claudiani* Verſ. LXXVII. *Panegyr.* in IV. Conſ. *Honorii* p. 99. *Edit. Prioris.* Porro *Mens* interdum eſt, quae excogitat et comminiſcitur; *Animus* v. qui cupit et appetit. *Terent.* in Andr. *Act. I. Sc.* 1, ſ. 137.

Mala Mens, *malus* Animus. - - -

An vero *Animus* et *Mens* ab *Anima* diſtent, nequaquam indocte diſſerit doctiſſimus *Salmaſius* in Not. et *Animadu.* ad Comment. *Simpl.* in Enchirid. *Epicteti* p. 284.

† *Animus* eſt, quo cupimus, appetimus, ſentimus, *Anima*, qua viuimus, *Mens*, qua excogitamus et comminiſcimur. R.

(s) cap. I. (t) cap. 29. (u) cap. 2. (x) Act. II. Scen. I. v. 5.

(y) Inique ergo legitur in *caeteris POPMAE Editionibus NVLLAM*, et imprimis in *vltima iſta*, quae *Thomae* cura prodiit, NVLLVM pro NVBILAM.

Annales libri ſunt (z), qui res geſtas *plurium annorum*, ſeruato cuiusque Anni ordine, *breuiter* exponunt (aa). *Hiſtoriae* ſunt, quae praeter rerum geſtarum *Narrationem*, etiam *cauſas Euentusque* earundem, et *Hominum*, *Locorum*, *Temporum* luculentam Deſcriptionem continent, vt autor eſt Gellius Lib. 5. (bb) Cicero Lib. 2. de Oratore: *Erat enim* Hi-

Digitized by Google

ſtoria *nihi aliud*, *niſi* Annalium *confectio*. Iuuenalis (*) Satyr. II. v. 102. ſeq.

Res memoranda nouis Annalibus *atque recenti*
Hiſtoria: - - - -

Liuius tamen Lib. 52. *Hiſtoriam* ſuam vocat *Annales* †.

(z) qui *annuatim* geſta iu ſe continent, f.

(aa) ne, quod factum eſt *anno* et *ante*, in obliuionem veniat.

(bb) *c. 18. Ioſephus Scaliger* in *Caſtigationibus* ad *Catulli* Epig. I. v. VI. p. 5 *Edition. Commelinian* minin e inepte dicit, quod *Hiſtoriarum*, ſ, *Chronicorum* ſcriptio omne *omnium Gentium* Aeuum; *Annales* a tantum *unius Nationis* Geſta in ſe complectantur.

† *Annales* igitur omnino id ſunt, quod *hiſtoria* ſunt: ſed *hiſtoriae* non omnino id, quod *annales*. Gell. R.

Annuere eſt (cc) *nutu* aliquid (dd) affirmare. Vnde et pro *concedere* vſurpatur, ſicut *Abnuere* et *Abnutare* pro *negare*. *Innuere* eſt *occultis ſignis* aut *verbis* ſenſa mentis aperire (ee), ſiue *affirmando*, ſiue *negando*. Catullus de Sene tremulo (ff):

Omnia omnibus annuit.

(cc) *capitis ſigno* obſecundare, ſ.

(dd) (np. *hoc*, vel *illud*, *quod petitur*, *quam lubentiſſime dare velle*)

(ee) ſeu *nutu voluntatem indicare*,

(ff) *Epigrammat. LXII. v. 163.*

Annumerare eſt in eundem numerum referre; *allegere* eſt aſſumere ad augendum numerum. Goclen. R.

Annun-

Annunciare eſt rem *bonam* nunciare. *Obnunciare* eſt rem *malam* nunciare. Vnde *Augures* dicebantur *Obnunciare*, cum aliquid *mali ominis ſaeuum*que vidiſſent (gg) poſt *Comitia* et *Magiſtratus*, quo *Comitia* impedirent, ante *obnunciabant*, in campum Martium ſe de Coelo ſeruare †. Nam *Obnunciatione* fiebat *dies neſaſtus*, et *Comitialis* eſſe deſinebat. Cicero Lib. I. ad Atticum: *Niſi Milo in campum* obnunciaſſet. Suet. in Caeſare: *Per edicta* obnunciare. Terent. in Adelphis (hh): *Primus porro* obnuncio.

(gg) *Augures*, quum *Auium Volatum* obſeruarent, *Meridiem* ſpectabant, et tum ad *ſiniſtram* habebant *Orientem*, quem verſus *Volantes Aues* faciebant ratum. Audimus tamen *dextra* Omnia in *bonis* poni a *Pythagoricis*, ſicuti *laeua* pro *malis*. Conf. *Petr. Gualt. Chabotii* Praelectiones ad *Verſ.* XIIX Sat. I. Lib II. *Horat*. p. 130. col. I. *Edition. Graſſeriano-Baſileenſis*. Aſt ii ſunt vaniſſimi, qui *Lutatii* ductu ex *Statii* Lib. 3. *Thebaid* v. 665. ſeq. (vbi verba ita ſonant:

- - - - Ventisque, *aut* Alite *Viſa*
Bellorum proferre diem - - -)

probare annituntur, *Augures a Ventorum flatu futura ſolere cognoſcere*. Nam ap. praedict. *Poetam* v. 665. non VENTIS; ſed VENIS, h. e. *Fibris*, ſeu *Extis*, quae *Augures* oportebat ſtudioſe quoque inſpicere, proprie eſt legendum, quemadmodum ex MSct. *Exemplari quodam* diligenter obſeruauit *Barthius* Part. I. *Animadu*. in ſpecie ad h. l. p. 857. et ante eum, ſine *ope Libri* tamen, Vir in hoc ſtudiorum genere prae caeteris clarus ac eminens, *Io. Meurſius* Lib. 3. *Animadu Miſcell*. cap. 14. Alias de *Auguribus*, eorumque *Dignitate* atque *Officiis* vid. *Alex*. ab. *Alexandr*. Lib. 5. *G. D.* c. 19. *Polyd. Virgil*. Lib. I. de *Rer. Inu*. c. 24. *Caſp. Peuceri* Commentar. de *praecipuis Diuination. Generib*. fol. 219. ſeqq. *Edition. Seruestanae*. Io. Roſini Lib. 3. *Antiq. Roman* c. 8. et in eund. *Thom. Dempſteri* Additiones p. 145. ſeq.

Digitized by Google

ſeq. *Edition. Colon. nouae VVolfg. Lazii* Lib. 3. Comment. *Reip. Rom.* c. 12. p. 404. Edition. *Operiniano-Baſil.* vt et *Io. Schildii* Comm. in c. XII. *Caligul.* Suetonii p. 430. col. b.

† Ergo *obnuncio* malum imminens, quaſi omen nuncio. Donat. R.

(hh) Act. IV. Sc. 2. v. 8.

Annuus Prouentus eſt reditus, qui fit ſingulis annis; *Cenſus* v. eſt bonorum aeſtimatio et patrimonium, dictus a *Cenſoribus*, qui et de *Moribus Vrbis* iudicabant et *Cenſum* peragebant. De quibus leg. *Paul. Manutii* Lib. 2. *Antiqu. Romanar.* qui eſt de *Senatu Romano* c. 3. p. 316. ſeq. *Andr. Dominici Flocci* L. 2. de *Poteſt. Rom.* (qui Liber, vt et *caeteri*, *L. Foeneſtellae* olim *falſo* eſt adſcriptus) c. 17. p. 276. ſeqq. *Edition. Francf.* nec-non *Io. Conr. Dieterici* Antiqu. *Romae Veteris-Nouae* c. 17. p. 48. H.

Anquirere et *Inquirere* ſunt verba *Forenſia*, quae hoc differunt, quod *Anquirere* eſt *accuſare* et *poſtulare*; *Inquirere* autem eſt *inueſtigare crimina*. Nam cum in *Ius* ventum erat, ſi *Reus* negaſſet crimen, petebat *Accuſator* a *Magiſtratu* tempus inquirendorum criminum, et producendorum Teſtium. Vnde *Anquiſitio* eſt *Accuſatio*, *Inquiſitio* eſt *Inueſtigatio* criminum. Liuius L. 36. *Cum* Tribunus *bis pecuniae* anquiſiſſet, *tertio capitis ſe* anquirere *diceret* (ii). Varro Lib. 5. de Lingua Lat. *Commentarium indicat vetus* Anquiſitionis Plin. in Ep. *Inducti in Senatum* Inquiſitionem *poſtulauerunt, tum* Varenus *petiit, vt ſibi quoque defenſionis cauſa euocare* Teſtis *liceret*. Aſconius in Orationem pro M. Scauro: *Paccuuii Accuſatores in Scaurum* Inquiſitionem *in Sardiniam*,

item.

itemque in Corſicam inſulas dies tricenos acceperunt. Sed *vtrumque Verbum* ad *alia* etiam transfertur, et *Anquirere* eſt cum *cura* et *ſtudio* quid quaerere, quaſi *Am*, id eſt, *circumquaque* quaerere. *Inquirere* eſt *intus* quaerere. Cicero Lib. 5. Tuſculanar. Qu. *Studioſe ab his ſiderum magnitudines et interualla* anquirebantur. Idem in Laelio. *Semper alioqui* anquirendi *ſunt*. Liuius Lib. 1. *Ne ſemper armis opes* anquirere.

(ii) Erat autem *Anquiſitionis Formula* his verbis conſignata: *Quando igitur haec, et illa, quae dixi, feciſti, ob eas res ego* Mulctam *tibi hanc dico, vel,* Pecuniam *hanc, ſiue* Perduellionem *tibi indico.* vid. *Roſin.* Lib. 9. *A. R.* c. 29.

Antea ſignificat Tempus *praecedens* (kk). *Supra* Rem *antecedentem* et de loco; vt Antea *ad te ſcripſi, quod alio tempore.* Supra *ſcripſi, quod in eadem Epiſtola.* Cuius rei Exempla adiungerem, niſi eſſent infinita, et omnibus nota.

(kk) Ideoque idem eſt, ac quaſi *ante ea tempora.*

Ante hac, vel *ante hoc tempus* ad tempus *Loquentis* refertur, v. g. ſi quis velit dicere: *Tantum hodie didici, quantum* ante hac *nunquam. Poſthac* v. idem eſt, ac poſt *Hoc* tempus, vt, *Caue* poſt hac *his de rebus quicquam ex te audiam.* H.

Antiquum eſt, quod *Patrum* memoriam exceſſit, quaſi *ante Aeuum* (ll). *Vetus* eſt, quod *iam* habet *Aetatem* (mm). Poteſt a. *eadem Res* eſſe *Antiqua*, quia a *Maioribus* accepta, et *Vetus*, quod a *nobis, vel ab aliis, noſtra aetate* olim vſurpata ſit. Plautus in Perſa (nn):

Vete-

Veterem *atque* antiquum *quaeſtum meum alimoniae*
Seruo atque obtineo, - - - -

Idem in Milite Glor. (oo)

Quin tu iſthanc Orationem hinc veterem *atque* antiquam *amoues*.

Idem in Moſtellaria (pp):

Scelus, inquam, factum eſt iamdiu antiquum *et* vetus.

Sic *antiquum Ius* dicitur *Ius Gentium*, quod vna cum *humano genere* a *Natura* exiſtit. *Vetus Vinum*, quod *ante annum* conditum fuit. Vlpianus ad Sabinum 23. L. 11. D. de Trit. Vino: Vetus *accipitur, quod non eſt nouum, id eſt*, et *anni prioris* Vinum *appellatione veteris continebitur*. Cui conſentit Varro Lib. 1. de Re Ruſt. *Si* vetus *bibere velis, quod non ſit, antequam acceſſerit annus, anniculum promitto*. Interdum tamen iſta duo confunduntur apud *Autores*, quorum locos heic adſcribere inutilis eſſet diligentia. *Vetus* eſt, quod *multorum annorum* ſentit vtilitatem. Ita *Vinum* melius eſt, quo *vetuſtius*. *Corn. Fronto*.

(ll) Nonnunquam etiam pro *charo* eleganter ponitur. Vnde *Antiquum habere*, vel *Antiquum eſſe alicui*, idem eſt, ac *charum habere*, vel *charum eſſe alicui*, His enim duobus loquendi modis vtebantur *Antiqui*, cum quid ſibi maxime curae eſſe deſignabant. Sic *Antiquior* pro *chariore, meliore* ac *potiore* ap. *Ciceron*. extat. Hinc *Antiquitas*, quae tam pro ipſa *Vetuſtate*, quam *Veterum Moribus* TROPICE vſurpatur, et verbum *Antiquare*, quod idem eſt, ac *infirmare*, vel *abrogare* et maxime de *Legibus, Rogationibus* et aliis *iſtiusmodi Rebus*

Digitized by Google

bus dicitur. Sed *Antiquarii* dicuntur proprie homines, qui *Voces priſcas*, etiam *diu deſitas*, ſed *nondum exoletas*. CVRIOSE *conſectantur*, quales olim fuere praeprimis Caſpar *Barthius*, Philippus *Beroaldus*, Io Henr. *Boeclerus*, Io. Andr. *Boſius*, Barnabas *Briſſonius*, Auguſtus *Buchnerus*, Guilielm. *Budaeus*, Ioach. *Camerarius*, Iſaacus *Caſaubonus*, Ioan. *Caſelius*, vterque Ianus *Douſa*, Ceſ. *Eraſmus*, Roterodamus, Marqu. *Freherus*, Nicod. *Friſchlinus*, Obertus *Giſanius*, Rudolf. *Goclenius*, Hugo *Grotius*, Ianus *Gruterus*, Daniel *Heinſius*, Hadrianus *Iunius*, Iuſtus *Lipſius*, Aldus et Paulus *Manutii*, Paul. *Merula*, Ioan. *Meurſius*, Iacob. *Monauius*, M. Anton. *Muretus*, Fridericus *Rappoltus*, Conr. *Rittershuſius*, Io. *Rutgerſius*, Chriſtoph. Adam. *Rupertus*, Claudius *Salmaſius*, Ioſephus Iuſtus atque Ioſephus *Scaligeri*, Caſp. *Schoppius*, Petrus *Scriuerius*, Fridericus *Sylburgius* Frideric. *Taubmannus*, Adrian. *Turnebus*, Laurentius *Valla*, vterque *Voſſius*, Bonau. *Vulcanius* atque Ioan. *Weizius*, et noſtro tempore Chriſtoph. *Arnoldus*, Frid. Bened. *Carpzouius*, Herm. *Conringius*, Georg. *Crauſerus*, Chriſtian. *Daumius*, Ioach. *Fellerus*, Chriſtian. *Funccius* Chriſt. Frid. *Franckenſteinius*, Ioh. Georg. *Graeuius*, Marqu. *Gudius*, Nicol. *Heinſius*, Frid. *Hildebrandus*, G. Matth. *Koenigius*, Henr. *Meibomius*, Io. Seb. *Mitternacht*, Io. Chr. *Rumetſchius*, Sam. *Schmidius*, Iacobus *Thomaſius*, Caſp. *Zieglerus*, vt et *pauci alii.*

(mm) ſ. quod *multae* eſt *Aetatis.*

(nn) *Act. I. Sc. 2. v. 1. ſeq.* (oo) *Act. III, Sc. 1. v. 166.*

(pp) *Act. II. Sc. 2. v. 45.*

Antiquus et *Antiquior*, vt gradu, ita et intellectu diſtant. Nam *Antiquum* ſignificat vetus. Virgil. Lib. 2. Georg.

Antiquasque domos auium,

Antiquior, melior, M. Tull. de Rep. Lib. 1. Sed quoniam plurima beneficia continet patria, et eſt antiquior parens, quam ſi quis, vt aiunt, creauerit,

maior

maior ei profecto, quam parenti debetur gratia. Non. R.

Aperte, ad verba pertinet, non obſcura: *Palam* ad praeſentium multitudinem et qualitatem frequentis loci. Paedian. R.

Apparare ex mente *Vallae* magis ad *Pompam* et *Oſtentationem*, quam ad *Neceſſitatem* ſpectat. Dicitur enim *Apparatus Conuiuii*, *Nuptiarum*, *Funeris* ac *Belli*. *Praeparare* eſt parare ea, quae ſunt *neceſſaria ad quippiam agendum*. Sic *Miles* praeparat *Arma*, *Orator* *Argumenta*, *Scholaſticus ſcripturus Calamum* et *Membranam*. Dicitur et *apparare Fugam*, et *adornare Fugam*, ſ. *Migrationem*. H.

Apparet, qui videtur (qq), *Paret*, qui obſequitur. *Agraetius*.

(qq) ſ. adeſt, vt videatur, ſiue in conſpectu eſt, ac ſpeciem prae ſe fert.

Appetere eſt cum affectu et cupiditate (rr). Vnde *Appetitus* eſt, qui hominem huc et illuc rapit. *Expetere* eſt (ss) cum ratione, prout *Locus* aut *Res*, aut *Tempus* poſtulant (tt). *Illud*, ad *inhoneſta* et *mala*; *Hoc*, ad *bona* et *honeſta* pertinet. Cicero Lib. 1. de Officiis: *Nihil hominem, niſi quod honeſtum decorumque ſit, aut admirari, aut optare, aut expetere oportere.* Quamuis interdum dicimus, *Appetere bona.* Idem Lib. 4. Tuſculanar. Qu. *Vt bona Naturae appetimus: ſic a malis declinamus.* Contra *Expetere mala.* Idem Lib. 1. de Officiis: Expetuntur *diuitiae cum ad vſus vitae neceſſarios,* *tum*

tum ad perfruendas voluptates. Plautus in Aſinaria (uu):

Vltro amas, vltro expeteſſis - - -

(rr) Ideoque idem eſt, ac *auide cupere.*

(ss) vehementer petere, et fit

(tt) *Nam cui domi non ſuppetit, quod* expetit, *is aliunde petat, quod ſibi competit.*

(uu) Act. III. Scen. 1. v. 23.

Aptum eſt, quod ad aliquid accommodatum eſt ſiue a Natura, ſiue ab Arte et Diſciplina (xx). *Idoneum* eſt, quod a *Natura* conuenit, quaſi ad id *natum.* Cicero Lib. 4. de Finibus: *Itaque natura ſumus* apti *ad coetus, conſilia ciuitatis.* Gellius Lib. 1. (*) c. 13. *Eſſe magis* idoneum aptioremque *faciendo arieti.* Itaque Aptum loco venit et tempore, quod habet ſuam materiam. *Vtile* vſus fecit, vt *Prudentes* litterae. *Idoneum* vt *Amicum* per *conſilia* dicimus, et vt *Seruum* in *vſu* hominis. *Corn. Fronto.*

(xx) Sic APTVS *adipiſcitur* multa, *redipiſcitur* etiam amiſſa *aptitudine* ſua, *adeptusque* gaudet ad *adeptionem.*

Apud Praepoſitio ad *Perſonam*, vel *Locum* (yy), *ſimpliciter* refertur, et *nudam detentionem* et *quaſi cuſtodiam* denotat. *Penes* et *Perſonam*, et *Dominium* ac *Poteſtatem* ſignificat. Itaque *Penes* ſe rem habet, qui eam qualitercunque tenet, vt *Depoſitarius*, *Commodatarius* et *Colonus.* Vlpianus ad Edictum 71. Lib. 63. D. de Verb. Sign. Penes *te amplius eſt, quam* Apud te (zz). *Nam* Apud te *eſt, quod qualiterqualiter a te tenetur.* Penes te *eſt,* quod

quod quodammodo poſſidetur. Iauolenus Epiſt. 9. l. 23. D. de Vſurp. *Quemadmodum eas ſolas et ſeparatas ab aedificio non poſſediſti: ſic nec* penes *te ſingulae, aut ſeparatae fuerunt.* Sed hanc *Differentiam* plerumque confundi apud *Iurisconſultos* et *alios Autores* animaduertimus. Vlpianus ad Edictum 68. Lib. 10. D. de Tab. Exh. *Si quis forte confiteatur* penes *ſe eſſe Teſtamentum, iubendus eſt exhibere.* Cicero Lib. 4. Rhetoric. *Ita petulans es atque vafer, vt ne ad ſolarium quidem, vt mihi videtur, ſed* penes *ſcenam et eius locis exercitatus ſis.*

(yy) immo et *Tempus* (zz), Significat enim qſ. *intus*, vel *intime*, apud aliquem eſſe. Vid. *Becman.* Orig. *L. L.* p. 824.

Aqua dicitur in *tranquillitate*, cum aequata eſt. *Vnda* (a) in *tempeſtate*, cum turbat atque fluctuat (b). Plaut. (c).

Tam placida eſt, quam eſt Aqua. - - -

Accius in Phoeniſſis:

- - - Vnda *ſub* vndis *Labunda ſonit* (d).

Quin et *Aqua* interdum eſt *minima collectio*, vt A- quam *manibus pedibusque dato.* *Vnda* ſemper denotat *copiam* et *multitudinem.* Vnde tralatitie Cicero: *Illae* Vndae *Comitiorum, vt mare profundum et immenſum ſic efferueſcere.* *Et* Virgil. Lib. 2. Georgicor. (*) v. 461. ſeq.

Si non ingentem foribus domus alta ſuperbis
Mane ſalutantum totis vomit aedibus Vndam.

(a) Nomen ab *eundo*, h. e. *commouendo*, habens, eſt *propr.* globus *Aquae.*

(b) Sic

Digitized by Google

(b) Sic *Vnda Vndoſi* Fluminis, aut *Vndabundi* Lacus, eaque a ventis agitata, ſolet *ſuperabundare* et *exundare*, vicinaque ſata *inundare*.

(c) in *Moſtellaria* (et non in *Menaechm.* vti in caeteris omnib. *Popmae* Editionib. *falſo* apparet). Act. III. Sc. 2. v. 165.

(d) Heic SONAT, pro SONIT, ex mente *Nonii* legendum eſſe *Henr.* (*Rob.* Fil.) *Stephanus* in *Notis ad h. l.* eumque in Fragmentis *Poetar. Veter. Latinor.* ab ipſo *Stephano* A. CHR. M. D. LXIV. in f. 8v. *editor.* extantem, recte obſeruauit.

Aquaticam potionem recte dicimus, quae *aquam* aliunde recipit, *Aquoſum locum*, quod ex ſe *aquam* fundat. *Agraetius*.

Aquatile eſt, quod degit in *aquis*. *Aqueum*, quod ex *aquis* conſtat. H.

Aquilus, color eſt fuſcus et ſubniger, a quo aquila dicta eſſe videtur, quamuis eam ab acute videndo dictam volunt. *Aquulus* a. color ab aqua eſt nominatus. *Aquilo* ventus a vehementiſſimo volatu, aquilae inſtar, appellatur. Feſt. R.

Araneum, quod textum eſt, *Aranea*, quae texit (e). *Corn Front.*

(e) Sc. in *araneoſo* h. e. *Araneis* abundante, loco.

Arbiter (f) eſt Iudex a *Praetore* datus, vel ex *conuentione Litigatorum* electus, in bonae fidei iudiciis, vt *Familiae erciſcundae*, *Communi diuidundo*, *Finium regundorum* et ſimilibus; ſed *ſub poena*, vt *tanquam vir bonus* Sententia ſua *Controuerſiis* finem imponat. *Arbitrator*, qui *ſine poena* ad hoc eligitur, ut totis animi viribus exploret *Ius Controuertentium*, et aequa compoſitione componat.

ponat. L. 1. D. de Iud. *Iudex* eſt, qui *propria Iuriſdictione*, aut *ſummi Magiſtratus Imperio*, cauſas omnes et *Iuris* et *Facti* diiudicat. *Ille*, liberum arbitrium habet ſtatuendi; quod aequius meliusque videatur; *Hic*, ſub formula actionum iudicat, a qua ne latum quidem vnguem diſcedere poteſt; vt Cicero Orat. 4. in Verrem oſtendit. Seneca Lib. 1. de Beneficiis: *Ideo melior videtur conditio cauſae, ſi ad* Iudicem, *quam ad* Arbitrum, *mittatur, quia* illum *formula includit, et certos, quos non excedat, terminos ponit*, hunc *libera et nullis adſtricta Legibus* Religio, *et detrahere aliquid poteſt, et adiicere, et ſententiam ſuam, non prout* Lex *et* Iuſtitia *ſuadet, ſed prout* Humanitas *et* Miſericordia *impulit, regerere.* Similiter *Arbitrium* et *Iudicium* ſeparat Cicero pro Roſcio Comoedo: Iudicium *eſt certae pecuniae*, inquit, Arbitrium *incertae.* Ad Iudicium *hoc modo venimus, vt aut totam litem obtineamus, aut amittamus.* Ad Arbitrium *hoc modo adimus, vt neque nihil, neque tantum, quantum poſtulauimus, conſequamur.* Liuius Lib. 33. *Ne penes vnum hominem* Iudicium Arbitriumque *de fama ac moribus* Senatoris *fuerit.* Suetonius in Caligula: *Ius* Arbitriumque *omnium rerum illi permiſſum eſt* †.

(f) Ab *aliis* ita *breuiter, appoſite* tamen, deſcribitur, quod nimirum ſit *Iudex honorarius*, quem *Vtraque Litigantium Pars* eligit, vt cauſam ex *aequo* et *bono* dirimat. Vnde et *Arbitrari* pro *iudicare* et *litem* arbitrio *finire*, immo *conſtituere, modumque et rationem, quaſique formam Operis faciundi delineare* atque *praeſcribere* ponitur.

† *Iudex*

Digitized by Google

† *iudex* cognoſcebat de actionibus omnibus, maxime vero quae erant ſtricti iuris. *Arbitri* ad diiudicandas cauſſas bonae fidei et arbitrarias dabantur, horumque latior erat iudicandi poteſtas. Feſtus p. 253. *Arbiter* eſt, qui totius rei arbitrium habet et poteſtatem. R.

Arbitrium eſt Sententia, quae ab *Arbitro* in bonum et aequum et ex bona fide profertur, vel Poteſtas *Arbitro* data. Vnde *Arbitrium recipere*, aut *ſuſcipere*, dicitur, qui *Iudicis partes* ſuſcipit, finemque ſe *ſua ſententia* controuerſiis impoſiturum pollicetur (g). *Arbitrarium* eſt, quod apud *Arbitrum* geritur, et quod in illius poteſtate eſt pro *arbitrio iudicioque ſuo* ſtatuere, a quo *Arbitraria Poena*, et *Arbitrariae Actiones*, quae in *arbitrium Iudicis* referuntur, de quibus multa *Iuriſconſulti*. Plautus in Amphitr. (h)

Hoc quidem profecto certum eſt, non eſt Arbitrarium.

(g) Sunt autem duo *Arbitriorum* genera: *Vnum* eiusmodi, vt ſiue *aequam*, ſiue *iniquam*, *ſententiam ARBITER de Controuerſia* tulerit, parere debeamus. Quod obſeruatur, cum ex compromiſſo ad *Arbitrium* itum eſt. *Alterum*, vt ad boni Viri *Arbitrium* redigi iubeat, quod *iure* decernat. Haec *Doletus* loc. cit. p. 43.

(h) Act. I. Scen. 1. v. 216.

Arbor omne lignum dicitur (i), *Arbos* tantum fructifera (k). Agraetius.

(i) et continentur huius appellatione *Plantae maiores et diſſolute contumaces*, quae *ſimplici caudice ramisque brachiorum more porrectis* aſſurgunt, cuiusmodi ſunt *Olea*, *Vitis*, *Quercus*, et ſimiles.

(k) *Autoritas* videnda apud *Virgil.* Ecl. III. v. 56. et Lib. 2. Georg.

Digitized by Google

Georg. v. 57. 81. 131. 150. et 290. it. Lib. 3. *Aen.* v. 27. et Lib. 6. v. 206.

Arbuſtum et *Arbuſta* ſunt arbores multae ad fluctum conſitae, *Oliuarium*, *Pomarium*, vel *Vites arboribus applicatae*. *Arbutus* eſt arbor fructum ferens in morem *Ceraſorum* ſ. *Fragorum*. *Arbutum* eſt fructus *Arbuti*. H.

Arceo, ne accedat, *Abigo*, cum acceſſit. R.

Arcere *Aquam* eſt curare, ne *influat*, et libere manans *noceat* (l). *Coërcere aquam* eſt continere ſic, ne *diffluat*, vel *dilabatur*, vt quisque *aqua vti* poſſit. Cicero pro Muraena: *Ille tenet et ſcit*; *vt hoſtium copiae, tu vt* aquae pluuiae arceantur. Vlpianus ad Edictum 70. L. 1. D. de Font. *Quo minus fontem, quo de agitur, purges, reficias, vt* aquam coercere, vtique ea *poſſis*.

(l) *Arcere* enim *proprie* eſt *a ſe prohibere*, *propulſare*, *abigere* ac *propellere*. Sic *Hoſtis arcetur*, dum *arcto tranſitu coarctatur*, aut *e propugnaculis abarcetur*, vt *coërceatur*.

Arcus omnis ſuſpenſus Fornix appellatur ab *arcendo*, quod ſe ipſum contineat. *Arquus* eſt Circulus in coelo quadricolor, quem *Graeci* vocant *Irim*. (m). Varro Lib. 4. de Vita Populi Rom. *Quod* Arci, *quos ſummo opere fecerat, feſſi pondere, diu facti celeriter corruiſſent*. Lucret. (n)

Tum color in nigris exiſtit nubibus Arqui.

Sed *haec Differentia* a *Nonio* et *Orthographis* tradita parum mihi quidem probatur. Nam *vetus Scriptura* fuit *Arquus*, vt *Oquulus*, poſtea factum *Arcus* et *Oculus*, autore *Priſciano* (o). Nec eſt neceſſe diuer-

diuerſas eiusdem vocis ſignificationes *Scriptura* decernere, praeſertim vbi *eadem origo*, vt in *his*. *Vtrumque* enim dicitur a *rotunda Forma*.

(m) *Arcum* facit *Arcuarius*, et tunc eſt *Machinula*, qua *ſagittas emittimus*. *Arcum* arcuat *Murarius*, et tunc eſt *Fornix in aedificiis*. Sed *Arcus pluuius* in *coelo* eſt *pulchre arcuatus*.

(n) Lib.6. (et non *Libro 1.* vti in caeteris omnibus *huius Libri* Editionibus exſtat.) v.536.

(o) *Recte* itaque in nonnullis *Lucretii* Editionibus; praeprimis vero in iſta, quae *Lugduni* apud *Seb. Gryphium* A. Chr. MDXL. in form. 8v. prodit, legitur pro *Arqui*, ARCI.

Ardet domus, *vrit* ignis. R.

Argentarii dicebantur (p), qui menſis in *Foro* ſub tabernis poſitis quaeſtum faciebant, aut collocandis foenori pecuniis, aut permutandis (q). *Menſarii* erant Curatores publicae pecuniae. *Illi* negotiationem *priuatam* exercebant. *Hi* rei nummariae *publicae* diſpenſationem habebant, et prout res ferebat, *varie* creabantur, vt primum *ad diſſoluendum aes alienum* creati *Quinque Viri Menſarii*; deinde propter penuriam argenti *Tribuni Menſarii*, vt *Liuius* teſtatur. Et *haec* quidem *Differentia* fuit, *libera* et *florente Republica*. Nam, oppreſſa a *Caeſaribus* Libertate, deſiit publicum munus *Menſariorum*, et tunc priuati negotiatores *Nummarii* indifferenter appellati, *Menſarii*, *Nummularii* et *Graecis* vocabulis *Trapezitae* (r), *Daniſtae*, *Collybiſtae*. Quanquam *Nummularios* ab *Argentariis* ſeparat Paullus ad Edictum 3. l. 9. de Edend. *Et hi* Nummularii, *ſicut* Argentarii, *rationes conficiunt*, *quia et accipiunt*

Digitized by Google

piunt pecuniam, et erogant per partes, quorum probatio ſcriptura codicibusque eorum maxime continetur, et frequentiſſime ad fidem eorum decurritur. Cuius Diſcriminis *rationem illam* ego fuiſſe crediderim, quod *Nummularii* erant *minutuli Negotiatores*, *qui aliorum pecunias tractabant, quae cuſtodiae cauſa apud ipſos deponebantur; Argentarii* vero erant *ditiores, et ſuis, non alienis modo, nummis* Argentariam *faciebant.* Ad hoc praeerant *auctionibus*, et fideiubebant pro *aliis*, et conſtituebant, vendebantque *Res pretioſas, Seruos, Gemmas, Vaſa caelata*, et alia huiusmodi. Quae omnia ex *Veterum Iuriſconſultorum* Fragmentis, et *Ciceronis* Oratione pro Caecinna, *Suetonii* Nerone, et *aliis* poſſunt colligi (s).

(p) qui exercent, ſeu faciunt *Argentariam*, ſiue

(q) Inde *Argenti*, ſiue *Nummorum Permutatores* a nonnullis dicti ſunt.

(r) De *Trapezitis*, ſ. vulgo *Longobardis*, qui in Foederato Belgio *Menſas foenebres* exercent, *elegantem Diſſertationem* imprimi curauit *Marc. Zuerius Boxhornius* Lugduni Batauorum per *Iſaacum Commelinum* A.C. MDCXL. in f. 8v.

(s) Quando autem *Menſarii*, ſiue *Menſularii*, Menſa fugebant, multos in damna praecipitabant.

Arguere eſt (t) oſtendere et patefacere. Virgilius (u).

Degeneres animos Timor arguit.

Vnde *Argumenta* dicuntur, quae cauſam cauſae oſtendunt (x), *Coarguere* vero eſt coërcere. Agraetius.

(t) clarum facere, demonſtrare, (u) Lib. 4. Aeneid. v. 13.

(x) ſiue

(x) ſiue ſunt *indicia*, quibus aliquid dubium poteſt demonſtrari. Nonnunquam *Argumentum* quamuis quoque materiam ad *ſcribendum* deſtinatam, vel potius ſummariam alicuius *Scripti* indicationem notat.

Argumentari eſt *argumentis uti* ad rem probandam. *Dicere* amplificatione vti ad rem, ad delectandum, commouendumque auditorem oratione perpetua. Paedian. R.

Argutus callide, acute atque ſolerter *arguit*. *Aſtutus aſtute* ſimplicem hominem decipit. Sed qui multa *percallet*, fit plerumque *Callidus*, et agit *callide*, h. eſt, fraudulenter. Notandum autem, quod ſcribente *Iſidoro* Lib. 10. *Orig*. col. 235. Veteres *Callidum* non pro *aſtuto*, tantum, ſed pro *aſtute docto* poſuerint, *verſutumque*, quod animum cito *vertat*, etiam vocauerint. H.

Aries mas eſt non caſtratus, qui oues ſalit. Qui vero caſtratus eſt, et, propterea inutilis Veneri, *Veruex* dicitur, quoniam in eo verſa ſit natura. Chriſt. in Virg. Ecl. 3. H.

Arma propria ſignificatione *ea* tantum intelliguntur, quae ab *Armis*, ſiue *Humeris*, dependent, magis parata *defendendi* et *tegendi*, quam *laedendi* cauſa (y). *Telum* proprie *id* appellatur, quod ab *Arcu* mittitur (z), dictum ab antiquo verbo *Telo*, a quo *Protelo* manet in vſu, id eſt, *Expello* et *Emitto*, non a *Graeca* voce τηλȣ͂, quae *Longe* ſignificat. Salluſt. in Catilina: Telis Armiſque *inſtructi*. Liuius Lib. 44. *Die primo* Arma, Tela, *Signaque aerea et marmorea tranſtulit*. Idem Lib. 36. *Lapi-*

Digitized by Google

Lapidibus Telis*que inceſſebant*, et Lib. 46. *Arma* Tela*que parant.* Quandoque tamen *vtriusque vocabuli* appellatione rariſſime vtuntur non modo *Iurisconſulti*, ſed ipſi quoque *Oratores* et *Hiſtorici*. Nam. L. 41. D. de Verb. Sign. *Arma* vocantur omnia, quibus quis paratus inſtructusque eſt, vel ad *propulſandam*, aut *inferendam vim*, vt ſunt *Gladii*, *Haſtae*, *Galeae*, *Saxa*, *Fuſtes*: vel ad *Opus aliquod efficiendum*, vt *Arma* Ruſticorum, *Ligones*, *Raſtri*, *Aratra*; Coquorum *Lebetes*, *Patellae* et ſimiliter *vniuscuiusque Artis Inſtrumenta. Telum* autem, quicquid *manu* in aliquem mitti poteſt, appellatur, vt *Enſis*, *Lapis*, *Haſta*, *Sagitta*. Inde *Tela eadem* ſunt *Arma*; at non *contra*. Cicero pro Caecinna: Armatos *quos iure appellare poſſumus? Opinor eos, qui ſcutis* Telis*que parati, ordinatique? Quid igitur, ſi glebis, aut ſaxis, aut fuſtibus aliquem praecipitem de fundo egerint?*

(y) Vel ARMA *generaliter* conſiderata, ſunt omne inſtrumentum, quo quis ad actiones ſuas inſtruitur; in *ſpecie* vero dicuntur *Arma bellica*. *Illa* aſſeruantur in *armario*, h. e. quorumuis vtenſilium promtuario, quod *arcae erectae formam* plerumque repraeſentat; *Haec* autem, vt caetera *armamenta*, in *armamentario*. Hinc petitur *Armatum*, qua *inermes* et *ſemiermes armantur*, vt in *armiluſtrio* compareant. Sed *armati* capti, vt et *armatu* abutentes, *exarmantur*.

(z) ſ. e. *omne miſſile*, quo *procul* ferimus.

Arma tegunt corpora, *armamenta* nauim. F.

Armenti appellatione intelligitur id genus *Pecoris*, cuius praecipuus eſt vſus ad *arandum*, vt *Bos* (aa). *Iumentum* eſt, quod *curru* iungitur, veluti *Equus* et *Mulus*, vt tradunt *Conſulti Iuris*, qui fere ſoli

hanc

Digitized by Google

hanc *Differentiam* obſeruant, credo, ambiguitatis vitandae gratia. Alii Autores *promiſcue* vocant *Armenta et Iumenta* maiora Animalia, quae *collo* domantur, vt ſunt *Tauri*, *Equi*, *Boues*: *Greges* † vero minora, *Oues*, *Caprae*, *Sues*. Virgil. Lib. 3. (bb) Georg. (cc).

Hoc ſatis Armentis; *ſuperat pars altera curae,*
Lanigeros agitare Greges *hirtasque capellas.*

Ouidius Lib. 4. Metamorphoſ. (dd)

Mille Greges, *totidemque* Armenta *per herbas*
Paſcebant - - -

Armenta ex mente *Seruii* ideo dicuntur, quod haec animalia apta ſunt *armis*, vt *ſcutis* Boum coria, Equi *praelio*.

(aa) *Valla* dicit, quod *Armentum* ſit congregatio *Animalium paſcentium*, ſed *maiorum*: vt, *Vaccarum*, *Equorum*, *Mulorum*, *Aſinorum*, *Camelorum*, *Elephantorum* et ſimilium; *Grex* &. *minorum*, qualia ſunt *Hircus*, *Porcus*, *Porca*, *Capella*, *Caper*, *Capra*, *Sus*, horumque ſimilia. Sed tamen videtur *Grex* nonnunquam accipi pro *Armento*, praeſertim apud *Virgil.* Ecl. VI. v. 55.

Aut aliquam in magno ſequitur Grege, - -

atque *Horatium* in *Epod.* Od. II. v. 11. ſeq.

Aut in reducta Vallo mugientium
Proſpectat errantes Greges.

Conf. eiusd. *Horatii* Lib. II. *Carm.* Od. XVI. Stroph. 9. v. 1. ſeq.

† Cic. dixit Act. in Verr. *gregem* equorum. Liuius lib. 24. et 37. *gregem* elephantorum, boum, Virg. lib. 3. Georg. it. Aeneid lib. 6. *gregem* porcorum Horat. lib. II. Epiſt. I. *gregem* ouium. Valer. Max. lib. 9. *gregem* piſcium dixit. Pro Milone dicitur *grex* ancillarum, in Diuin. *grex* oratorum, in

Lapidibus Telis*que inceſſebant*, et Lib. 46. Arma Tela*que parant.* Quandoque tamen *vtriusque vocabuli* appellatione rariſſime vtuntur non modo *Iurisconſulti*, ſed ipſi quoque *Oratores* et *Hiſtorici*. Nam. L. 41. D. de Verb. Sign. *Arma* vocantur omnia, quibus quis paratus inſtructusque eſt, vel ad *propulſandam*, aut *inferendam vim*, vt ſunt *Gladii*, *Haſtae*, *Galeae*, *Saxa*, *Fuſtes*: vel ad *Opus aliquod efficiendum*, vt *Arma* Ruſticorum, *Ligones*, *Raſtri*, *Aratra*; Coquorum *Lebetes*, *Patellae* et ſimiliter *vniuscuiusque Artis Inſtrumenta*. *Telum* autem, quicquid *manu* in aliquem mitti poteſt, appellatur, vt *Enſis*, *Lapis*, *Haſta*, *Sagitta*. Inde *Tela eadem* ſunt *Arma*; at non *contra*. Cicero pro Caecinna: Armatos *quos iure appellare poſſumus? Opinor eos, qui ſcutis* Telis*que parati, ordinatique? Quid igitur, ſi glebis, aut ſaxis, aut fuſtibus aliquem praecipitem de fundo egerint?*

(y) Vel ARMA *generaliter* conſiderata, ſunt omne inſtrumentum, quo quis ad actiones ſuas inſtruitur; in *ſpecie* vero dicuntur *Arma bellica*. *Illa* aſſeruantur in *armario*, h. e. quorumuis vtenſilium promtuario, quod *arcae erectae formam* plerumque repraeſentat; *Haec* autem, vt caetera *armamenta*, in *armamentario*. Hinc petitur *Armatum*, qua *inermes* et *ſemiermes armantur*, vt in *armiluſtrio* compareant. Sed *armati* capti, vt et *armatu* abutentes, *exarmantur*.

(z.) ſ. e. *omne miſſile*, quo *procul* ferimus.

Arma tegunt corpora, *armamenta* nauim. F.

Armenti appellatione intelligitur id genus *Pecoris*, cuius praecipuus eſt vſus ad *arandum*, vt *Bos* (aa). *Iumentum* eſt, quod *curru* iungitur, veluti *Equus* et *Mulus*, vt tradunt *Conſulti Iuris*, qui fere ſoli hanc

Digitized by Google

hanc *Differentiam* obſeruant, credo, ambiguitatis vitandae gratia. Alii Autores *promiſcue* vocant *Armenta et Iumenta* maiora Animalia, quae *collo* domantur, vt ſunt *Tauri*, *Equi*, *Boues*: *Greges* † vero minora, *Oues*, *Caprae*, *Sues*. Virgil. Lib. 3. (bb) Georg. (cc).

Hoc ſatis Armentis; *ſuperat pars altera curae,*
Lanigeros agitare Greges *hirtasque capellas.*

Ouidius Lib. 4. Metamorphoſ. (dd)

Mille Greges, *totidemque* Armenta *per herbas*
Paſcebant - - -

Armenta ex mente *Seruii* ideo dicuntur, quod haec animalia apta ſunt *armis*, vt *ſcutis* Boum coria, Equi *praelio*.

(aa) *Valla* dicit, quod *Armentum* ſit congregatio *Animalium paſcentium*, ſed *maiorum*: vt, *Vaccarum*, *Equorum*, *Mulorum*, *Aſinorum*, *Camelorum*, *Elephantorum* et ſimilium; *Grex* ſ. *minorum*, qualia ſunt *Hircus*, *Porcus*, *Porca*, *Capella*, *Caper*, *Capra*, *Sus*, horumque ſimilia. Sed tamen videtur *Grex* nonnunquam accipi pro *Armento*, praeſertim apud *Virgil*. Ecl. VI. v. 55.

Aut aliquam in magno ſequitur Grege, - -

atque *Horatium* in *Epod*. Od. II. v. 11. ſeq.

Aut in reducta ualle mugientium
Proſpectat errantes Greges.

Conf. eiusd. *Horatii* Lib. II. *Carm*. Od. XVI. Stroph. 9. v. 1. ſeq.

† Cic. dixit Act. in Verr. *gregem* equorum. Liuius lib. 24. et 37. *gregem* elephantorum, boum, Virg. lib. 3. Georg. it. Aeneid lib. 6. *gregem* porcorum Horat. lib. II. Epiſt. I. *gregem* ouium. Valer. Max. lib. 9. *gregem* piſcium dixit. Pro Milone dicitur *grex* ancillarum, in Diuin. *grex* oratorum, in

in Piſonem, *grex* nouitiorum, in Laelio, *grex* amicorum, in lib. I. de Orat. *grex* philoſophorum Liu. lib. 35. *grex* imperatorum. Vt itaque *grex* tam *minorum* quam *maiorum*, tam *animalium*, quam *hominum* et *rerum* dicatur. R.

(bb) non *Lib. 4.* vti in caeteris omnibus *Autoris noſtri* Editionibus eſt legere.

(cc) v. 286 ſeq. (dd) Fab. 16. v. 15. ſeq.

Armus brutorum eſt, *humerus* ratione fruentum. R.

Arrogans eſt, qui *nimium* ſibi (ee) tribuit, et vel ea, quae non habet, ſibi vendicat, vel, quae habet, in maius componit; *Superbus* autem eſt, qui *alios omnes* prae *ſe* contemnit, et quaſi *ſuper omnes homines* ſe habet. Itaque *maiore faſtu* tumet *Superbus* quam *Arrogans*, vt *maius Vitium* eſt *Superbia*, (ff) quam *Arrogantia* (gg). Caeſar in Anti-Catone: *Vnius* Arrogantiae, Superbiae, *Dominatusque*. Cicero Lib. 1. Officior. Superbiam *magnopere*, *Faſtidium* Arrogantiamque *fugiamus*.

(ee) (addamus *temere*) (ff) hoc eſt ſupergrediens mentis elatio,

(gg) Et *haec* ſemper in *rebus alienis* eſt. *Inſolentia* autem, etiam eſt in *alienis*, ſed *praeter ſolitum*, et *non crebro viſitatis*. Eſt ergo *Inſolentia* quaedam rara et ſingularis *Arrogantia*, et accipitur quoque in *bonam partem*, et *ſic* accepta, idem eſt, ac *Raritas*, e. g. quid tu Athenis *inſolens*, id eſt rarus? *μεσόν* igitur *ὄνομα* eſt.

Arrogans tribuit nimis, *inſolens* plus. R.

Arteriae ſunt ſemitae *ſpiritus vitalis* miſti cum *ſanguine*. *Venae* ſunt riui *ſanguinis confuſi* cum *ſpiritu naturali*. *Illae* ſuapte vi mouentur, et pul-

ſu

ſu ſuo acceſſiones remiſſionesque febrium demonſtrant. Hae ſunt immobiles, et ſanguinis tantum demittendi cauſa explorantur, vt ex *Libris Medicorum* annotauit *Gellius* (hh). Cicero Lib. 2. de Natura Deorum: *Sanguis per* Venas *in omne corpus diffunditur, et ſpiritus per* Arterias. Plinius Lib. 2. *Apes nec* Venas, *nec* Arterias *habent.* Interdum tamen *Vena* pro *Arteria* dicitur, non a vulgato modo per errorem, vt *Gellius* putat, ſed etiam ab *idoneis* et *primariis Autoribus.* Cicero de Fato: *Si cui* Venae *ſic mouentur, is habet febrim.* Perſius Satyr. 3. (*) v. 107.

Tange miſer Venas, *et pone in pectore dextram,*

Ouidius (*) Lib. 1. Triſt. Eleg. 7. v. 41. ſeq.

Et tua ſunt ſilicis circum praecordia Venae,
Et rigidum ferri ſomnia pectus habet.

Celſus Lib. 3. *Si protinus* Venae *conciderint, et ſaepius eodem die.* Plinius: *In Muſicos pedes* Venarum *pulſu deſcripto per aetatum gradus.* Vitruuius: *De* Venarum *rhythmo et de Pedum motu.*

(hh) Lib. 18. *N. A.* c. 10. Leg. *Matth. Dreſſeri* Lib. I. de *Partib. Corp. Hum* p. 34. ſeq. Edition. 4tae, *Caſp. Bauhini Inſt. Anatom.* p. 10. ſeq. Edition. 5tae, vt et *Thomae* (*Caſp.* Fil.) *Bartholini* Libell. 2. *Anatomiae Reform.* c. 1. ſeqq. p. 437. ſeqq. Edition. 3tiae.

Artifex artis, *Opifex* operis eſt. R.

Artus (ii) dicuntur partes *Corporis* inter iuncturas, continentque *Oſſa* cum *Neruis* et *Venis.* *Membra* (kk) proprie ſunt *Caro* et *Pellis*, quae *Artus* tegunt. *Viſcera* ſunt partes *inteſtinae* (ll),

vt

vt *Iecur*, *Lien*, et alia id genus. Lucret. L. 3. (mm).

Per Membra atque *Artus nulla nouitate cietur.*

Et Lib. 4. (nn).

Et lacerare Artus, *foedataque* Membra *cruore.*

Gellius Lib. 20. (oo). *Quid enim videri poteſt efferatius? Quid ab hominis ingenio diuerſius, quam quod* Membra *et* Artus *inopis debitoris breuiſſimo laniatu diſtrahuntur?* Suetonius in Caligula: *Neque ante ſatiatus eſt, quam* Membra, *et* Artus, *et* Viſcera *hominis tractae per vicos ante ſe congeſta vidiſſet.* Sed interdum *Membra* GENERALITER etiam *Artus* et *Viſcera* appellantur.

(ii) *Medicis* ſunt Membra ex *corpore* explantata, quae, ſcribente *Bauhino* loc. iam cit. p. 213. in *Manus* et *Pedes* diuiduntur.

(kk) vel potius *Membranae*, (*Membranis* n. obteguntur *Membra*, ceu *Partes corporis Organicae*, in *Corpore membratim.*)

(ll) ſ. Membra *interiora* vitalia.

(mm) v. 152. (nn) v. 846. (oo) cap. 1.

Arundo creſcit, *Hirundo* cantat, *Hirudo* fugit. R.

Arundo, Agraetio docente, canna eſt ab *ariditate* dicta, vt fluuialis *Arundo*. *Harundo* telum e canna. Virgil. Lib. 4. Aneid. (*) v. 73.

--- *Haeret lateri laetalis* Harundo (pp).

(pp) In accuratioribus praedicti *Poetae* Editionibus, et in ea inprimis, quam *Nicol. Erythraeus* cum *Indice abſolutiſſimo* Ao. CHR. M. D. XLV. *Venetiis* ap. *Franciſc. Rampazetum* in form. 8v. diligenter iuſſit imprimi, pro HARVNDO, *Arundo*, nequaquam inique, quod H. non eſt

eſt Littera, legitur. Ideoque haecce *Differentia* inter ARVNDINEM et HARVNDINEM, quod vnum et idem, non adeo commode h. l. eſt immixta. Quando autem *Arundo* pro *Telo* vſurpatur, fit illud per *Metonym. Materiae* pro *Materiato*. *Quotuplex* a. *Arundo* ſit, ex diverſis probae monetae Autoribus in *Notis Marginalibus* ad §. VI. Cap. III. ita inſcripti: HABITVS CHRISTI REGII *noſtri* Litt. C. 2. fac. a. *Edition. Cygn.* virili pro parte docuimus.

Aſperga Verbum eſt. *Aſpargo* Nomen, quod madefactionem, aut circumfuſionem ſignificat, vt apud *Graecos* περίκλυσμα. Cato de Re Ruſt. *Ita neque* Aſpargo *nocebit*, *neque mures caua facient* Virg. Lib. 3. Aeneid. (*) v. 534.

Obiectae ſalſa ſpumant aſpargine (qq) *cautes*.

Calliſtratus Quaeſtionum 2. L. 4. D. ad Legem Rhod. *Si vicenum merces duorum fuerint, et alterius* aſpargine *decem eſſe ceperint*. Et haec quidem ita diſcernit Velius Longus in Libro de Orthographia: *Mihi* (inquiens) *contra videtur* ASPARGO Verbum *eſſe*, ASPERGO Nomen, *vt in illo ſeruetur vocalis prima littera, quae eſt in verbo* Spargo: *In hoc tollendae ambiguitatis repo-natur E. Sic autem fere ſemper ſcribitur in veteribus Libris* Catonis *et* Varronis ASPARGO, CONSPARGO, PERSPARGO. Rurſus in Lucretii Lib. 6. (*) v. 525.

Aduerſa fulſit nimborum aſpergine *contra*.

Niſi forte Aſpargo *tam* Nomen, *quam* Verbum, *prima vocali ſcribendum. Non enim oportet* Diſtinctionis gratia *Scripturam mutare, vt paulo ante dixi,*

xi, *et* Terentius Scaurus monuit his verbis: *Quod ſi* Diſtinctionis cauſa *ratio corrumpitur*, *caueas quoque*, *quare non* accentu, *aut* littera E *mutamus*, *cum et* Verbum *et* Nomen *ſignificat*, *vt in hoc* Tectis, *cum et* Nomen *et* Participium *ſit*, *et in ſimilibus*. *Ergo vox ſcribenda*, *quomodo ea ſonat*.

(qq) Pro *Aſpargine* in plurimis Editionib. rectiſſime extat *Aſpergine*, vel *Adſpergine*.

Aſper in moribus et in ſignis. Agraet. R.

Aſpicimus ſurſum (rr), *Conſpicimus palam* (ss), *Reſpicimus* retro (tt), *Inſpicimus* intus † (uu). *Agraetius*.

(rr) Alioquin *circumſpectus* Vir, quoties ille obuenit in *aſpectum* aliquid, non obiter illud tantum *aſpicit* vno *aſpectu*, ſed *adſpectat* diu, et *circumſpectat* vndique, vt de illa iudicare queat *circumſpecte* et cum *circumſpicientia*.

(ss) Quae aut *conſpicere*, aut *conſpicari* non poſſumus hebetibus oculis, adhibemus *conſpicilia*, reddimusque *conſpectui* noſtro *conſpicua*.

(tt) ſ. quod eſt a tergo. Sed *reſpectamus*, quem *reſpectu* Virtutis veneramur. Apud *Latinos* etiam dicitur *reſpicere* aliquem, pro *contueri*, et *demum iuuare*. it. *Reſpicere ſe*, pro *ſibi proſpicere*, vel *rebus ſuis conſulere*.

† *Aſpicio* negligentioris curae eſt, *inſpicio* diligentioris. *Aſpicere*, eſt intendere aut adiicere oculos ad aliquid aut aliquo, *Cernere* eſt videre aut intueri, quo conieceris oculos. Vauaſſ. R.

(uu) Sic *Inſpector* Mercium *inſpicit* res venales diligenti *inſpectatione*, immo et *introſpicit*, cum opus eſt.

Aſportare aliquid, vt intereat: *Deportare*, vt mutet locum. Paedian. R.

Aſſere-

Digitized by Google

Aſſerere plus eſt, quam *Affirmare*. Eſt enim rem vt certiſſimam etiam atque etiam affirmare. R.

Aſſiduus dicitur, qui in ea re, quam frequenter agit, quaſi conſediſſe videatur. Alii *aſſiduum*, locupletem, quaſi multorum aſſium, dictum putarunt. Alii eum, qui ſumptu proprio militabat, ab aſſe dando vocatum exiſtimarunt. Feſt. R.

Aſſolet conſuetudinis eſt, *Oportet* rationis. Donat. R.

Atrienſis Seruus dicitur, qui praepoſitus eſt *Atrio* (xx), in quo apud Antiquos *Nummi*, *Imagines*, *Rationes*que aſſeruabantur. *Atriarius* vero eſt, qui cuſtodiae cauſa ad limen *Atrii* perpetuo excubat. *Ille* inter *lautiores* et *ordinarios Seruos* connumeratur; *Hic*, inter *mediaſtinos* non honeſtiſſimum locum ſeruitutis tenet. Cicero in Paradoxis: *Vt in magna Familia ſunt alii lautiores, vt ſibi videntur Serui, ſed tamen Serui* Atrienſes *ac Topiarii* (yy). Vlpianus ad Edictum 14. L. 1. D. Naut. Caup. *Si quis opera mediaſtini fungitur, non continetur, vtpote* Atriarii, *et Furnarii, et his ſimiles.* In vno loco *Atriarius* nominatur, vt hinc ſuſpicari non immerito quis poſſit, eundem eſſe *Atriarium* et *Atrienſem*. Sed cum *Atrienſis* eſſet ordinarius, et alios ſub ſe vicarios haberet, qui *Atrium* verrerent, atque limen obſeruarent, ſi quis ipſe hac opera fungeretur, et ideo mediaſtini locum teneret, ab *Vlpiano*, Diſtinctionis gratia, *Atriarium* vocari.

(xx) *Atria* enim non ſolum *Templis*, ſed *Aedibus priuatorum, profanis* quoque, adiici quondam ſolitum, *Litterati* haud ignorant.

(yy) De

(yy) De hoc *Ciceronis* loco vid. *Th. Dempſter.* p. 40. *Paralip.* ad cap. XIII. Lib. I. *Antiqu. Romanar.* Roſin.

Attingere minus eſt, quam *Tangere.* Donat. R.

Audax, plus et vbi non, *Audens* quantum et vbi opus audet. *Fortis* vbi decet et cum laude, *Temerarius* vbi non decet et imprauide audet. *Audax* in *vitio*, *Fortis* in laude eſt. *Audens* vero etiam in bonam partem accipitur, vt: *audentes* fortuna adiuuat. R.

Audentia ſecundum *Non. Marcellum* eſt fortitudinis et in laude eſt. *Audacia* vero temeritatis et in vitio (zz), vt Salluſtius: Audacia *pro muro habetur.* Virgilius (a).

- - - - Audentior ito
In caſus omnes. - - -

(zz) Idcirco *Audax* nihil relinquit *inauſum*: ſaepe tamen, poſtquam *audacter* magna eſt *auſus*, non potitur *auſis*.

(a) Lib. 9. (et non Lib. 6. *Aen.* uti in reliquis omnibus *Autoris noſtri* Editionibus eſt reperire v. 291.)

Audire eſt auribus percipere (b), *Inaudire* eſt occulta audire (c). *Auſcultare* eſt (d) animum dictis adhibere, parereque. Cato in M. Caelium: Auditis, *non* auſcultatis, *tanquam Pharmocopolam. Nam eius verba* audiuntur; *verum ei ſe nemo committat, ſi aeger eſt.* Pacuuius in Chryſe:

Magis audiendum, *quam* auſcultandum *cenſeo* (e).

Plautus in Aulularia (f):

Credo ego iam illum inaudiſſe (g), *mihi eſſet theſaurum domi.*

Cicero ad Paetum: *Conſilia ſunt inita de me, quae te video* inaudiſſe.

(b) ſ. vo-

(b) ſ. vocem auribus illatam excipere. *Varie* autem conſtruitur apud *Ciceronem*, et tam ad *Perſonam*, quam ad *Rem* refertur. Vt *audire aliquem* idem eſt, ac credere, ſ. fidem habere alicui. *Audire Praeceptorem*, eſt Praeceptori operam dare. *Audire preces*, pro quo Barbari *exaudire* dicunt, eſt *precibus annuere*, et, *quod poſtulatur*, *largiri*. Sed *bene audire* non dicitur de eo, qui liberas habet ad audiendum aures, ſed qui bellum de ſe rumorem ſpargi percipit. Sic *male audire*, eſt rumorem de ſe malum audire.

(c) Vbi notandum, quod ea, quae tantum *inaudiuimus*, nec *audiuimus*, pro *inauditis* habenda ſint. NB.

(d) aures ad alicuius vocem admouere, ſ.

(e) Vid. quae in *Henr. Stephani* Editione p. 241. ad *Verſum hunc* notata ſunt.

(f) Act. II. Scen. 2. v. 88. (g) In *Taubmanni* illa Editione, quae A. XXI. Sec. hui. eſt impreſſa, *commodius* legitur:

Credo ego illum iam inaudiiſſe, etc.

Auarum ſemper in reprehenſione eſt: *auidum* autem ab auendo, quod eſt etiam honeſte cupiendo et ab electione intelligi poteſt, ac per hoc aliquando bonis, aliquando malis adiungitur cauſſis. Virg Lib. 2. Georg. paſcuntur aues, *auidae*que iuuencae. Non. R.

Aue vox propria eſt Salutationis matutinae, quae fere officii gratia *Potentioribus* deferebatur, vt *Graece* Χαῖρε (h)! *Salue* veſpertina Salutatio fuit, vt in *Hadriano* ſcripſit *Dio*, et *omnibus* dicebatur. Seneca Lib. 6. de Beneficiis: *Vulgare et publicum verbum, et promiſcuum ignotis* Haue *non, niſi per ordinem, mittitur*. Martialis (i):

Et matutinum *portat ineptus* AVE.

Digitized by Google

Vtroque autem verbo non tantum *accedentes* in primo congreſſu, ſed etiam *diſcedentes* in fine ſermonis ſalutabantur. Salluſtius in extremo Epiſtolae Catilinae ad Q. Catulum: HAVETO. Cicero ad Trionem: *Vale et Salue.* Auſonius ad Probum: *Aue atque Salue plurimum.* Quin etiam mortuos his verbis compellabant, quaſi non videndos amplius, vt Varro in Logiſtoricis tradidit, et notauit Seruius ad Verſ. XCVII. ſeq. Lib. IX. Aeneid Virgil.

- - Salue *aeternum mihi maxima* Pallas (k):
Aeternumque Vale - - - -

Antiquae Inſcriptiones: HAVE THAIS, et HAVE IGITVR MEA HADRIANA. Hinc feſtiue eluſus *Claudius Caeſar*, qui, Suetonio teſte in *Claudio*,(*) Cap. XXI. cum *Naumacharii* ipſum ſalutaſſent: *AVE IMPERATOR, morituri te ſalutant*, reſpondit: *AVETE VOS*: quod illi ſic exceperunt, quaſi ſalute dicta veniam dediſſet (l).

(h) Sic enim *Martialis* Lib. V. Epig. 52. et quidem ſecundum *Edition. Plantiniano - Antuerpienſem et Brylingeriano Baſileenſem.* Nam *Raderiano - Colonienſis* facit Epigr. 50. *Butmeiſteriano - Goslarienſis* a. 53. immo et *caeterae* aliae, v. 7. ſeq.

AVE Latinum, Χαῖρε *non potes* Graecum.
Si fingere me iſtud putas, ſalutemus.

(i) Lib. I. Epigr. 56. (quod *Plantiniano - Antuerpienſis Editio* fecit) v. 6.

(k) In *Erythraeiana Editione* inuenitur *Vocatiuus* PALLA a *Pallas, Pallantis.*

(l) Vid. *Ioan. Schildius* in hunc *Suetonii* locum.

Auenae

Digitized by Google

Auenae ſteriles, germen ſunt, *habenae* dicuntur retinacula iumentorum, *hoc* de habendi poteſtate, *illud* de coercendi auiditate dictum. Agraet. R.

Aufert, (m), qui dedit. *Adimit* (n) imperio coactus. *Eripit*, qui plus valet. Itaque *Auferre* poſſumus, *Adimere* iubemur, *Eripere* valemus. *Corn. Fronto.* Alias *Auferimus* ea, quae cum *faſtidio* cernimus. *Ferimus* ea, quae cum *honore* tractamus. *Donatus.*

(m) *Auferre* ſemper *ablationem* habet, et ponitur, vel pro *impetrare*, vel pro *referre ad ſe*, vel *ad ſe recipere*, vel *aſportare*. Interdum ponitur pro *extinguere*, vel *reprimere*, aut *tollere*. Sed quando (*Bti h. l.*) idem eſt, ac *abripere*, *detrahere*, vel *adimere*, tunc *tantummodo* ad *res* refertur.

(n) Si tibi quis aliquid *adimit*, non debes rurſum per vim *demere*, multo minus ipſum *interimere*; ſed adire *eximium* Iudicem, qui controuerſiam *dirimat* aequa *diremtione*. Ille te *eximet* iniuria, et niſi Aduerſarius comparuerit ad peremtorium terminum, illum, aut cauſam eius, *perimet*.

Augur aues ſolummodo obſeruabat, *Aruſpex* prodigia, fulmina, quicquid vel in extis vel in ara, vel in coelo, vel vſpiam locorum monſtri exiſteret, interpretabatur, *Extiſpex* iudicabat ſolum de extis, ita vt quilibet ſimul fuerit Extiſpex. R.

Auguro (o) dicimus, cum praeſagio mentis futura colligimus, vt Virgil. Lib. 7. Aeneid. *) v. 273.

- - - *Si quid veri mens* augurat - -

Auguror vero tunc, cum futura veris captamus *auguriis*, vt ex *Alitis volatu cantu*que, aut e *tripudiis*,

vel e *ſoniuiis*. Quam Differentiam etſi tradit *Seruius* (p), laudatque autorem *Plinium* in Libris dubii Sermonis; tamen cenſeo haec verba *vnum idemque* ſignificare, neque *plus* differre, quam *Medito* et *Meditor*, *Demolio* et *Demolior*, aliaque *multa*, quae Veteres *indifferenter* vtraque terminatione protulerunt.

(o) h. e. diuino, ſ. *augurium* ago, ſiue per *augurium* vaticinor,

(p) Quo cum conſentit *Taubmannus* in Commentar. ad Verſ. XXIIX. Sc. II. Act. IV. *Ciſtellariae Plautinae* p. 463. col. b. *Edition. poſterior.*

Augurium erat, cum obſeruabatur *garritus*, aut *cantus Auium*, quas appellabant *Oſcines*, quod *ore* futura praedicerent, vt *Coruus*, *Cornix* (q), *Noctua*. (r). *Auſpicium* (ſ) erat, cum ex *Auium paſtu*, vel *volatu*, futura notabantur, quae ſi ante *auſpicantem* ſe ferebant, vocabantur *Praepetes*, et proſpera nunciabant; ſin retro, *Inebrae*, quod coepta *inhiberent*. Ennius Lib. I. Annal.

- - - - *Dant operam ſimul* auſpicio augurioque

Plautus in Aſinaria (t):

Certe hercle ego quantum ex augurio Auſpicii *intelligo*.

Quanquam *Auſpicium* etiam ex *aliis rebus* captabatur, atque, vt *Seruius* ait, *omnium rerum* erat; *Augurium* vero *certarum* ſaltem, et *Auſpicari* vbiuis etiam *peregri* licebat; *Augurium* vero *agere* niſi in *patriis ſedibus* fas erat. Hinc *Pedeſtre Auſpicium* ex *quadrupedibus* apud Horatium Lib. 3. Carmin. *)

Rum-

Rumpat et Serpens iter inſtitutum,
Si per obliquum ſimilis ſagittae
Terruit Mannos. Ego cui timebo
Prouidus Auſpex? †

Praetermine ex terminis agrorum, cum ex agro *Romano* in agrum *peregrinum* progrediebantur, vt tradit Victorinus de Orthographia: *Peremne* ex amnibus, cum vel *Magiſtratus* in campum euntes, vel *Imperatores* ducentes exercitum *amnem*, aut *aquam*, *auſpicato* tranſibant; Vel, ex *Acuminibus*, ſi *acumina ſpicularum*, aut *enſium* ſplenderent. Cicero Lib. 2. de Diuinatione: *Nec* amnes tranſeunt auſpicato, *nec tripudio* auſpicantur. Ibidem; *Nulla* peremnia *ſeruantur*, *nulla ex* acuminibus.

(q) Quae *Horatio* Lib. III. *Carm.* Od. 27. Stroph. 3. v. 2. *Auis diuina*, hoc eſt, praeſcia *imbrium imminentium* dicitur,

(r) Ideoque dicitur ex *Auibus* Diuinatio.

(s) Quod idem eſt, atque ex *Auium* inſpectu vaticinatio. In *genere* ſumitur pro *conſilio de re capeſſenda*.

(t) Act. II. Sc. 1. v. 15. (*) Od. 27. Stroph. 2.

† *Auſpicium*, auium inſpectio, et quae ex volatu eorum ſignificatur et vocibus, *Augurium* autem rerum omnium coniecturas prudenter et diligenter amplectitur. Non. R.

Auguſti (u) dicebantur hi, qui *praeerant* Imperio Romano; *Caeſares* (x) autem erant Imperatores *deſignati*, et *futuri Succeſſores*, quales olim *Principum Filii*, et qui nunc appellantur *Reges Romani*. Et haec quidem fuit *horum Nominum Differentia* iam declinante Imperio, ut ex *Ammiano*, *Lampridio*, *Spartiano*, et ex *Reſcriptis Imperatorum Codici Iuſti*-

Digitized by Google

nianeo inſertis apparet. Nam, florente Imperio, *omnes Romani Imperatores* vocabantur *Caeſares Augusti*, quod ex *Numiſmatis* et *antiquis Inſcrptionibus* notiſſimum eſt.

(u) Heic probe obſeruandum eſt, quod *Auguſtus* ab *augurando*, qs. *augurio felici conſecratus*, et neutiquam ab *augendo* dictus ſit; quanquam illiterati Scribae *Imperatores Romanos* Allzeit Mehrer des Reichs etiamnum nuncupant.

(x) Qui ſic dicuntur a *C. Iul. Caeſare*, *Dictatore*, primo *Romanorum* Monarcha, cuius *Parentes* fuerunt *L. Caeſar*, *Praetor*, et *Aurelia*, *C. Cottae* filia, primariae dignitatis ac caſtae Latinitatis foemina, ita vt, *Theodoro Petreio* in Chronologica *Romanor. Imperat.* Hiſtoria p. 3. ſcribente, nitide ac eleganter *Romane* loqueretur; qua et ab infantia filium ita imbuit, vix vt vllum ſuo tempore parem nedum ſuperiorem, in ſcribendo loquendoque *Caeſar* habuiſſe exiſtimetur. Ideoque *C. Vellei. Paterculus* lib 2. *Hiſt. Rom.* c. 36. §. 2. ſecundum *Boecleriano-Argentoratenſem Edition.* eum eloquendi facultate merito *Ciceroni* fecit proximum.

Auidus a non videndo, propter nimiam cupiditatem, appellatur, ſicut *Amens*, qui mentem ſuam non habet. Feſt. R.

Auis eſt, quae (y) *pennas* habet, et *oua* parit, vt ait Ennius in Epicharmo:

Oua *parere ſolet genus* pennis *condecoratum*.

Volucris eſt, quaecunque *volat* (z), non *Auis* modo; ſed etiam *Inſectum*, vt *Apis*, *Veſpa*, *Muſca*, et id genus alia. Sed *haec differentia* non ſemper obſeruatur (aa); Varro Lib. 3. de Re Ruſt. *Eas maluiſſe* Volucres, *quibus plurimum* Natura *ingenii atque artis attribuit. Itaque eas melius me noſſe*,

quam

quam te, vt ſcias, de incredibili earum Auium *Natura audi.*

(y) praeter Veſpertilionem pennis eſt praedita, ſ.

(z) *Volant* a. *Volucres* et quicquid *Volucre*, *Volatile*, ſ. *Volaticum* eſt, vario *Volatu*. *Auolant* enim et *aduolant*. *Prouolant* e nidis ſuis, et *circumuolant* huc illuc, *reuolantque* ad nidos. *Euolant* ſylua, *peruolant* campos, *inuolant* paſcua, quo potiſſimum agminatim *conuolant*. Quaedam ordinatiſſima *Volatura Volitant*, vna reliquas *anteuolante*; inter alias *praeuolat*, quae poteſt, confuſim. Si obuiam habent arborem, hanc aliae *praeteruolant*, aliae *peruolant*, aliae *ſubuolant*, aliae *ſuperuolant*, et ſic omnes *transuolant*.

(aa) Praeſertim apud *Poetas*, vbi *Volucris*, tanquam *genus*, *ſpecialiter* pro *Aue* perſaepe vſurpatur. Conf. *Virgil.* Lib. 7. *Aeneid.* v. 33. ſeq.

Auris eſt ſenſorium, quo ſonus percipitur; *Auricula* v. cartilago circum *Aurium* concauitatem, nec *oſſea*, nec *carnea*. Si enim *os* fuiſſet, facile *frangeretur*, ſi *caro*, facile *contunderetur*, nec ſonum repelleret. Leg. *Bauhini* Inſtit. Anatom. p. 185. ſeq. Sic *Aues* habent quidem *Aures*, ſed non *Auriculas*. Falſi itaque illi Virorum eruditorum ſunt, qui *duo haec vocabula*, vt *maius* et *minus differre*, ſerio arbitrantur. Nam ſi ita eſſet, *triſtiſſimum illud*: AVRICVLAS ASINI QVIS NON HABET? locum habere non poſſet. Scimus enim *Aſinos auritos*, h. e. *magnarum*, et *non paruarum aurium* eſſe, et ob id *ſtupidum nulliusque iudicii hominem* appoſite denotare, etiamſi *acutiſſime animalia iſta audire*, dicuntur. Conf. *Barthii* Lib. 11. *Adu.* c. 7. col. 522. Sic *Iuſtinianus Imp.* a dicace et ſemper querulo vulgo Conſtantinopolitano ΟΝΟΣ,

 h. e.

h. e. ASINVS, quod *Auriculas caeteris maiores extantioresque forſitan habuerit*, per contemtum eſt cognominatus, vti ex *Procopii Lib. 1. Perſ.* diligenter annotauit illuſtris *Thomaſius Reineſius* Lib. 2. *Var. Lect.* c. 17. p 283. *Auritos Lepores* dicit *Virgilius* Lib. 1. *Georg.* v. 308. ſed non *primus*. Secutus n. *Afranium*, qui *Prologo Priapi* ſub nomine ipſius *Priapi* haec ſequentia profert:

> *Nam quod vulgo praedicant*, aurito *me Parente natum, non ita eſt.*

Vid. *Macrobii* Lib. 6. *Saturn.* c. 5. p. 485. Edition. *Gryphiano Lugdun.* et ex eo *Henr. Stephani* Expoſitio *ad hunc* Afranii *locum* p. 62. *Arrigere aureis*, *Terentio* in *Andr.* Act. V. Sc. 4. v. 29. idem eſt, ac *attendere*, ſ. *intellectum intendere*. Sed *Aurem vellere*, ſ. *vellicare*, *Veteribus* erat *admonere*, ſumtum ab illo ritu, quo in ius ducturi quempiam *Aurem vellicabant*, anteſtantes eum, quem qs. teſtem meminiſſe volebant. Leg. *Deſ. Eraſm. Roterod.* Chil. I. Cent VII. *Adag.* 40. p. 203. col. 1. Edition. *Gymnicio Colonienſis*, et *Paul. Manutii* Adagia p. 301. col. 2. De *Aurium ornatu et vſu* vid. *L. Coel. Lactantius Firm.* Lib. 1, de *Opif. Dei c. 8*. Immo dantur *piſces* quoque, ab *Ennio* ap. *L. Apulei.* Apol. 1. p. 335. Edit. *Coluian. Matriculi*, vel *Marriculi* et *Mariculi*; a *Turnebo* vero *Muriculi* dicti, quos *Petrus Coluus* in Not. ad praelaud. *Ennii* loc. p. 253. AVRICVLARVM, quae τὰ Ωτάρια doctiſſimo *Athenaeo* ſunt, nomine *appoſite* inſigniuit. H.

Auſculto tibi, eſt obedio, *auſculto te*, audio. R.

Auſte-

Auſterus (bb) Graeca conſuetudine, *Seuerus* (cc) a ſaeuo dicitur. *Corn. Front.*

(bb) *Graecis* dictus αὐςηρὸς ab αὔω, *ſicco*, *proprie de Sapore ſubacido*, qui linguam *contrabit* et fauces *exſiccat*, dicitur. *Metaphorice* vero *moroſum* ac *inbumanum bominem* appoſite deſignat.

(cc) *Seuerus* non leuis, ſed ſeria alacriter agens eſt, der ſeine Reputation ſehr wohl weiß in Acht zu nehmen. Sic *Pater ſeuerus* adhibeat Diſciplinae *ſeueritatem*, non tamen nimis *ſeuere*, et quod liberis *aſſeuerat* faciendum eſſe, in eo ipſos *perſeueranter perſeuerare* iubeat, ſine qua *Perſeuerantia* omnis *Aſſeueratio* vana foret. NB. *Toruus* a. eſt qui torto vultu ſpectat, et de *Brutis* ac *Beſtiis propriiſſime* dicitur. Inde *Virgil.* Ecl. II. v. 63.

Torua *Leaena Lupum ſequitur.* - - -

Dicitur et *bomo toruus*, quando eſt *borribilis* et *aſpectu formidabilis.*

Autôr proprie, qui aliquit inchoat et perficit, et ſic idem eſt, ac *Factor*. *Graecis* qs. ἀυτόεργος, vel ἄυτορ, ab ἀυτὸς, ideoque *tantum* per T ſcribi debet. Qui per TH ſcribunt *Author*, decipiuntur Nominibus *Authentes* et *Authenticus*, quae *Graecis* ſunt ἀυθέντης, ἀυθεντικός. Verum longe alia res eſt. Nam *illa* ſunt ex ἀυτοέντης, ἀυτοεντηκὸς per *Syncopen* facta. Et Θ inde eſt, quia T oportuit in Θ transſire propter Spiritum aſperum, qui competit alteri parti compoſitionis ἕις, ἕντος, ab ἵημι, mitto, proiicio. Leg. *Eraſm. Schmidii* Hypomn. ad cap. III. Part. I. *Grammatices Philipp. Melancht.* p. 22. Immo etiam *Autor* eſt, qui autoritate ſua approbat, vt aliquid agamus. *Plaut.* in *Aut.* Act. II. Sc. 2. v. 73.

Impero Autorque *ſum, vt tu me cuiuis caſtrandum loces.*

Vnde *Tutores Pupillorum* AVTORES vocamus, quorum autoritate illi faciunt omnia. Quod a. *Autor*, non tantum de *Perſonis*, puta Deo, *Angelis* et *hominibus* dicatur, ſed aliquando etiam *intellectus expertibus* tribuatur, multis exemplis corroborat *Rodolphus Goclenius* Lib. I. *Problem. Grammaticor.* c. 31. p. 26. Sed *Auctor* per CT ſcriptus *generaliter* illum denotat, qui aliquid auget; *ſpecialiter* vero, qui in auctionibus pretio aucto ius Dominii in ſe transtulit. Male itaque ii agunt, qui *Autorem et Auctorem* vnum idemque eſſe, ideoque *duo haec Vocabula indifferenter* ſcribenda ſtatuunt. H.

Auxilium fertur laborantibus, *Subſidium* in neceſſitatem, *Praeſidium* cuſtodit locum. R.

Auxilia ſunt Milites alienigenae, qui ad *augendum* et *firmandum* Exercitum accedunt, vt olim *Legionibus Ciuium Romanorum* iungebantur *Auxilia Sociorum*, quorum numerus aut pro rei magnitudine a *Senatu* decernebatur, aut *arbitrio Conſulum*, quibus id negotii datum erat, imperabatur. *Suppetiae* ſunt copiae militares, quae ad *ſubueniendum* et *ſuccurrendum* laborantibus, velut obſeſſis, mittuntur. Plautus in Epidico: (dd).

--- *Auxilia* mihi et *Suppetiae* ſunt domi.

Auxilium (ee) repentinum eſt. *Subſidium* (ff) ad ſecundos caſus praeparatur. Subeſt enim defi-

cien-

cientibus. *Praeſidium* ad cuſtodiam (gg) collocatur. *Corn. Fronto.* (hh).

(dd) Act. V. Scen. 2. v. 12. (e) *Auxilium* (quod proprie idem, ac *virium viribus auctio* eſt,) *dare*, *ferreque* dicimus, quod *Plautus* in *Mil. Glor.* Act. 4. Sc. 4. v. 8. per τὸ *dare operam adiutabilem* feliciter expreſſit; aſt non dicimus *opem dare*, ſed *opem ferre*, *Terent.* in *Andr.* Act. III. S. 1. v. 15 et in *Adelph.* Act. III. Sc. 5. v. 41.

Iuno Lucina fer opem. - - -

Trachalio ſeruus Cyrenenſes populares ſuos ap. *Plaut.* in *Rudente* Act. III. Sc. 2. v. 3. hunc in modum alloquitur:

Ferte opem inopiae. - - -

(ff) Quod *generaliter* idem eſt ac *quicquid auxiliatur*; in *ſpecie* vero *Militem* ad *ſubueniendum praeliantibus ſubornatum* notat.

(gg) hoc eſt, explicante *Tortelio* in *Lima Ortograph.* fol. 72. fac. b. col. 2. ad tutelam *Oppidi*, *Caſtelli* atque *ſimilium*.

(hh) Miles *praeſidiarius* in *praeſidium* datur vrbi ab hoſte intutae; ſed *Praeſes praeſidet* Iudicio, vt ab illo potiſſimum habeat *Praeſidium* Iuſtitia.

B.

Bacca malorum, *Acinus* minorum, *Grana* frumentorum. R.

Balbus eſt, qui lingua haeſitat, aut obſcure loquitur (ii). *Blaeſus*, qui aliquam litteram exprimere non poteſt (kk). L. 10. *inf. vbi Gothofr. de Aedil. Edict.* Budaeus.

(ii) Balbus *balbutit*, quia *Balbuties* loquelam impedit. Infans *balbutit*, quia nondum loqui poteſt.

(kk) Vel cui *litterae ſibilantes* (C, S, Z.) moleſtae ſunt, vitioſeque pronuntiantur.

Bal-

Digitized by Google

Balneae vel *Balnea*, ſunt publica; *Balneum*, ſiue B*alineum*, eſt domeſticum et priuatum (ll). Itaque, quod erat vnicum et ſingulare in aedibus *Balneum*, ideo non habuit *numerum Multitudinis* aetate M. Varronis, vt *ipſe* teſtatur Lib. 8. de Lingua Lat. *Reprehendunt Analogias*, inquit, *quod dicantur Multitudinis nomine* publicae Balneae, *non* Balnea; *contra quod* priuati *dicant* vnum Balineum, *plura* Balinea *non dicant*. Et mox: *Domi ſuae quiſque, vbi lauatur*, Balineum *dixerit*, *eo quod non erant duo*, Balinea *dicere non conſueuerunt*. Sed poſterior Aetas *Balnea* et *Balnearia*, dixit tam *priuata*, quam *publica Lauacra*, vt conſtat ex *Horatio*, *Martiale*, *Seneca*, et aliis.

(ll) *Balneum* eſt vnius Domus; ſed *Balneae*, Poetis Balnea, ſunt totius Ciuitatis, quibus praeeſt (cum toto *balneari* apparatu, ipſoque *balneario*) *Balneator*.

Balnearius dicitur homo, qui in *Balneo* verſatur, vt *balnearius Seruus*, et *balnearius Fur*, qui veſtimenta eorum, qui lauantur, ſurripit. Catullus (mm):

O furum optime balneariorum.

Balnearis eſt res, quae *Balnei* vſibus deſeruit, vt *Balnearis Ampulla*, *Strigilis*, *Solea*. Scaeuola, Digeſtor. 17. L. vlt. D. de Auro arg. *Hoc amplius argentum* balneare, *quaeſitum eſt*, *an etiam id argentum*, *quo diebus feſtis in* balneo *vti conſueuit*, *legato cedat*. Haec tamen aliquando confunduntur, Martianus Inſtit. 7. L. 17. D. de Inſtr. *Dictum eſt* Balneatorem *ſic inſtrumento contineri* balneario,

neario, *quomodo inſtrumenti fundi Saltuarium.* Vlpianus ad Edictum 70. L. 3. D. de Riuis: *Per quem vapor trahitur in* Balneariis *vaporibus.* Vetus Inſcriptio: AD LACLM BALNEARIVM.

(mm) Epigr. XXXIV. (et quidem ſecundum *Edition. Tuſcanellian.*) verſ. 1.

Balſamum eſt ipſa arbor, *Opobalſamum* ſuccus collectus ex arbore, *Xylobalſamum*, lignum ipſius arboris. Seru. R.

Balteus eſt faſcia militaris, quae ab humeris dependet, *Militis* inſigne; *Balteum* vero eſt cingulum e corio, ornatum bullis, ad quod alligatur gladius. Virgil. Lib. 12. Aeneid. (nn).

-- *Infelix humero cum apparuit ingens* (oo)
Balteus, *et notis fulſerunt cingula bullis.*

Liuius Lib. 9. *Auratae vaginae, aurata* Baltea *illis erant.* Varro Lib. 4. de Lingua Lat. Balteum, *quod cingulum e corio habebant bullatum*, Balteum *dictum.* Plinius in Libris dubii Sermon. voluit Maſculino Genere *Funiculum* ſignificare; Neutro vero Genere *Lora ad alligandum apta*, cuius Differentiae *Exempla*, quod ſciam (p), non exſtant.

(nn) v. 941. ſeq. Conf. *eiuſd.* Lib. v. 273. ſeq. et Lib. 5. v. 312. ſeq.

(oo) *Editio Erythraeiana* pro INGENS, *alto* ſubſtituit.

pp) Videntur tamen *duo* iam citata *Virgiliana loca* ſententiae *Plinianae* non prorſus contradicere.

Barbam hominum (qq), *Barbas* plurali numero pecudum dices. *Flau. Clarus, et Seru.*

(qq) *Puer*

(qq) *Puer* eſt *imberbis*: cum *pubeſcit*, fit *barbatulus*, mox *barbatus*. Sed *Barbus* piſcis *barbam* habet *geminam*.

Barbara locutio proprie peregrina eſt; Sed *Barbariſmus* fit etiam in ſermonis Latini locutione (rr). *Corn. Fronto.*

(rr) *Barbariſmus* in ſingulis verbis eſt. *Soloeciſmus* in coniunctis.

Bardus ſtultus a tarditate ingenii appellatur. *Bardus* gallice cantor appellatur, qui virorum fortium laudes canit, a gente Bardorum. Feſt. R.

Bellus (ss) eſt lepidus, commodus, iucundus. *Formoſus* (tt), qui decora ſpecie et apta totius corporis compoſitione excellit. *Pulcher*, qui eſt egregia facie, aut ſplendido ornatu. Ita *Bellus* commendatur venuſtate atque elegantia, qua allicere et delectare quemvis poſſit, vt *bella Puella*, *bella Epiſtola*, *bellum Conuiuium*. *Formoſus* apta corporis habitudine. *Pulcher* colore (uu) vel ornatu cultuque, vt *pulcher Puer*, *pulchra Veſtis*, *Domus* etc. Confunduntur tamen interdum *poſteriora duo*, vt etiam *Forma* et *Pulchritudo* Virgil. Ecl. 2. *) v. 17.

O formoſe *Puer, nimium ne crede colori.*

(ss) *Bellus* contracte pro *Benellus* ab antiqu. *Benus*, pro quo hodie *Bonus*, qui idem eſt, ac *fini ſuo accommodus*, eleganter dicitur.

(tt) *Formoſus* forma praeſtans eſt. *Forma* enim bona facit *formoſos*; mala *deformes*; nulla *informes*.

*(uu) Dicitur enim *Pulcher* qs. πολύχροος h. e. *multicolor*. Ideoque rectiſſime cum *Spiritu aſpero* ſcribitur.

Bellum

Bellum (xx) ſignificat totum hoc tempus, quo manet diſſenſio hoſtilis, etiamſi ceſſetur a conflictu, aut ſi intercedant Induciae. *Praelium* eſt, cum acies vtrinque congrediuntur (yy). Ita *Praelium* eſt pars *Belli*. Cicero pro Deiotaro: *Non tam in* Bellis *et* Praeliis, *quam in promiſſis et fide firmiorem*. Liuius Lib. 9. *Quod* Populus Romanus, *etſi nullo* Bello, *multis tamen* Praeliis *victus ſit*. Suetonius in Auguſto: Praelium *quidem ad* Bellum *ſuſcipiendum omnino negabat*. Verrius Flaccus Lib. 4. de Verborum Significatione: *Ius* Belli *proximo deinde* Praelio. Aliquando tamen *Bellum* ſumitur pro *Praelio*, Virg. L. 2. Aen. (*) v. 438. ſeq.

Heic vero ingentem pugnam, ceu caetera nusquam
Bella *forent*. - - -

Varro Lib. 6. de Lingua Lat. *Rorarii dicti a rore, qui* Bellum *committebant ante*. Vegetius de Re militari: *Commiſſo* Bello *prima et ſecunda acies ſtabat immota*.

(xx) duorum Populorum armis concertamen eſt, et

(yy) Nam vt *Bellum* finiatur, committunt *Praelium*, *praeliarique* pugna *praeliantur*. Sed *Pugna* et *Certamen* fiunt etiam ſine *armis*, nonnunquam *nudis verbis*. Quam *Pugnam* putamus eſſe *tutiſſimam*, quod cutem minime vulnerat.

Bellator eſt, qui *Bellum* gerit, vel per quem *Bellum* geritur, vt *Bellator Turnus* (zz), et *Bellator Equus* apud Virgilium (a): *Bellax*, qui *Belli* gerendi ſtudio delectatur, *Bellicoſus*, qui in *Bello* excellit, et fortitudine praeſtat (b). Cicero pro Vatinio: *Semper enim habiti ſunt* bellicoſi.

(zz) Lib.

Digitized by Google

(zz) Lib. 12. *Aeneid.* v. 614. (a) Lib. 2. *Georg.* v. 145. et Lib. 11. *Aen.* v. 89.

(b) *Bellicoſi* enim Populi, ſ. *bellatrices* Gentes, ſunt *bellatorio* animo, gaudentque *belligerare.*

Belluae ſunt magnitudine excellentes Ferae, vt *Elephanti* (c). *Beſtiae* et *Ferae* generaliter appellantur omnes Animantes rationis expertes, ſiue *natura* ferociunt, vt *Leones*, *Tigrides*; ſiue *mediae* inter Feritatem et Placiditatem *naturae* ſunt, vt *Hirundines*, *Apes*, *Columbae*; ſiue ſunt manſuetae; vt *Equi*, *Canes*, *Oues*, *etc. Beſtiarum* nomine cenſentur quoque *Animalia venenata*, quae *Graeci* vocant Θηρία, Cicero Lib. 1. de Diuinat. *Quae ſint animaduerſa a Medicis herbarum genera, quae radicum ad morſus* Beſtiarum.

(c) *Belluam* vocamus hominem *belluinis* moribus; ſed *belluoſum* Oceanum *belluis* marinis plenum.

Bene viuere, eſt viuere honeſte et cum virtute; *Beate* v. *viuere*, eſt viuere quoque iucunde et feliciter. *Bene viuens* non ſemper poteſt *beate*, hoc eſt, *iucunde* atque *feliciter*, *viuere*, ſed *beate viuens* poteſt, ſi vult, etiam *bene viuere.* H.

Beneficiarii dicuntur milites, qui vacant muneris beneficio, e contrario *Munifices* vocantur, qui non vacant, ſed munus Reip. faciunt. Feſt. R.

Beneficium diſtinguitur ab *officio*, vt genus a ſpecie. Plaut. Trin. 3. 2. v. 12. 13. Eſt et locus Ciceronis in I. Philippica. R.

Bibere eſt modice et ad Naturae neceſſitatem potum accipere (d). *Potare* eſt (e) affluenter et ad ebrietatem

Digitized by Google

etatem potione repleri. Ita *bibunt* ſobrii, *potant* ebrioſi. Plautus in Curculione (f):

- - - Bibere *feſtiuae fores*,
Potare, *ſite mihi volentes propitiae.*

Seneca ad Lucilium: *Inter nudos* bibunt, *immo* potant. Cicero in Philippica 2. *Domus erat aleatoribus referta, plena ebriorum, totos dies* potabatur, *atque id locis pluribus.*

(d) *Bibo bibit* valde, *Bibulus* ſaepe, *Bibax* nimis auide, *Combibones* ſolent *combibere*, ſibi *praebibere*, pocula *ebibere*, et cum *adbiberunt*, iubilare.

(e) largius potionare, ſ. (f) Act. I. Sc. 1. v. 88. ſequ.

Bibliotheca ſignificat locum, vel armarium, in quo *Libri* aſſeruantur (g). Interdum etiam ipſos *Libros* denotat; *Libraria* vero eſt taberna, in qua venales *Libri* extant. Gellius Lib. 5. *) c. 4. *Apud Sigillaria forte in* Libraria *ego et* Iulius Paulus, *Poëta, Vir memoria noſtra doctiſſimus, conſederamus.*

(g) Ideoque idem eſt, ac *Librorum Repoſitorium.*

Bini (h) denotat numerum *geminatum*, id eſt, tot res illarum, quae diſtribuuntur, ſingulis competere. *Duo* numerum *ſimplicem*, id eſt, duas vnitates, vt ſi dixeris: *Lego Caio et Titio* binas *tunicas*, intelligemus vnicuique competere *duas* tunicas; at ſi dixeris, *Lego illis* duas *tunicas*, ſingulis *una* eſt legata. Quamquam hoc non ſemper obſeruant *Poëtae*, et *Bina* pro *duobus ſingularibus* accipiunt, vt *Trina*, vel *Terna*, pro *vnis tribus*, et ſimiliter *Octona, Dena, Centena.* Virgil. Lib. 1. Aeneid (i).

Bina *manu late criſpans haſtilia ferro.*

 Idem

Digitized by Google

Idem Lib. 8. (k)

Frenaque bina, *mens quae nunc habet aurea Pallas*.

Lucanus (l):

- - *Centenis venit in arma*

Creta vetus populis. - - - -

Praeterea B*ina* iungitur *Nominibus pluraliter tantum declinatis*, licet *aliis* etiam iungatur; *Duo* v. *his*, quae habent *Numerum ſingularem*, vt dicimus B*inas litteras*, *binas Aedes*, *duas Epiſtolas*, *duas Domos*. Sed et B*ina* dicitur de his, quae coniuncta ſunt *loco*, *tempore*, *re*; *Duo* etiam de illis, quae ſunt *diuerſa et ſeparata*, vt B*ini Tabellarii*, qui *ſimul* veniunt, B*inae Venationes*, quae *continuo* exhibentur, *bina Aedificia*, quae *coniuncta* ſunt: quorum omnium Exempla paſſim occurrunt.

(h) *Bini* ſunt *duo pares*, h. e. *duo et duo* ſignificant; *Duo* vero *Vnum et Vnum* denotat.

(i) v. 313. (k) v. 168. (l) Lib. 3. v. 184. ſeq.

Blanditiae, foeminis ac maximè meretricibus conueniunt, *Gratia* vero, quae poteſt in adoleſcentibus eſſe, ſine infamia, *gratia* n. ſignificat copiam amicorum. Paedian. R.

Bombex eſt lana, *Bombyx* vermis, *Bombus* ſonus apum. R.

Bona in ipſis poſſesſionibus: *Fortuna* in fructibus eorum. Paedian. R.

Boni pro magnis, *honeſti* pro diuitibus vetuſte. Paedian. R.

Bonus (m) *et Probus* differunt. Ille *Virtute*, Hic *Probitate* laudatur. *Virtus* autem propria *Viri* eſt, a quo

quo nomen *Probitas hominis* (n). Vnde *Bonus* vir, *Probus* homo dicitur. Cicero ad Caeſar. *Probiorem hominem, meliorem virum, prudentiorem eſſe neminem.* *Bonus* eſt †, qui non nocet; *Liberalis*, qui etiam prodeſt. *Bonus*, qui non peccat in facto; *Liberalis*, qui nec in verbis. *Donat. ad Terrent.*

(m) *Bonus*, ſcribente *Iſidoro* Lib. 10. *Orig.* col. 237. a *Venuſtate corporis* creditur dictus: poſtea et ad *animum* translatum nomen eſt. Eum a. dicimus *Bonum*, cui non praeualet *malum*, eumque *Optimum*, qui peccat *minimum*. *Benignus* autem eſt vir *ſponte* ad *bene faciendum* paratus et dulcis *alloquio*. Non a. multum diſtat *Benignus* a *Bono*; quia et ipſe ad *benefaciendum* videtur expoſitus. Sed in eo differt, quia poteſt *Bonus* eſſe et triſtior, et *bene* quidem *facere et praeſtare*, quod poſcitur, non tamen *ſuauis* eſſe nouit conſortio; *Benignus* autem *ſua* cunctos nouit inuitare *dulcedine*.

(n) *Inepte* itaque legitur in *nonnullis huius Libri Editionibus* PROBATIS HOMINIS, et in vltima illa Thomae PROBATIS HOMINIBVS, pro *Probitas hominis*.

† *Bonus* opponitur malo, qui aliis vſu: *commodus* aliis neceſſario vtique prodeſt. Corn. Front. R.

Bonitas in omnibus *generaliter* rebus eſt; *Aequanimitas* v. in ſpectando. *Bonitas* in probandis his, quae bona ſunt; *Aequanimitas* in ignoſcendis vitiis et delictis (o) *) *Id. Donat.*

(o) *Aequanimus* enim ſtudet *Aequanimitati animitus*, eſtque etiam *Vnanimis* et *longanimis*; *Magnanimus* vero nihil timet, *Puſillanimus* omnia, quem facile *exanimare*, h. e. *ſeminanimem reddere*, queas. Immo et *exanimatur* terrore, vt *exanimis*, *inanimique* ſimilis fiat.

Breue praeteriti temporis breuitatem indicat; *Breui* futuri. Catullus in Epithal. (p)

Vos bonae ſenibus Viris
Cognitae breue *Foeminae.*

Gellius (q): *Fuit* Aeſchylus *non* breue *antiquior* Euripide. Plautus (r):

- - - - *Poſſe eum* breui *fieri diuitem.*

Cicero Caecinnae: *Nunc autem, vt ſpero,* breui *gratulabimur.* Sed et Breui indicat Breuitatem *rei*, et idem eſt, quod *Breuiter.* Cicero de Oratore: *Ac ne plura quidem, quae ſunt innumerabilia, conſector, comprehendam* breui. Idem Lentulo: *Tantum dicam* breui: et Curioni: Breui *tamen ſic habeto.*

(p) quod in *Editione Scaligeriana* aeque, ac *Tuſcanellia*, ne illa *Baſilienſi* Epigr. LVII. facit, Stroph. 38. v. 1. ſeq. Sed tamen hoc notandum eſt, quod in *poſteriore hacce*, vt et in multis aliis, *Poetae* verba (dicamus *falſo*) ſic emendata extent:

Bine in aedibus Vnius
Cognitae bene *foeminae etc.*

(q) Lib. 13. (non *Lib. 3.* vti in *caeteris omnib. Autoris* noſtri *Editionibus* legere eſt) c. 17.

(r) in Prolog. *Rudent.* v. 55. Nos malimus cum *Taubmanno* ex *vtraque Editione* hoc loco *ita* legere:

- - - *Poteſſe, ibi fieri eum diuitem.*

Breuis opponitur longo, *Minutus* et *Puſillus* (s) magno. Ita *breuis Oratio, Via, Dies, Statura; Minutus* et *Puſillus Homo, Animus*: *Minuta* aut *puſilla Res.* Varro in Epiſtolis: *Quod et pueros* minutos *vides libenter, et maiores animaduertere non vis.* Idem in Marcipore: *Vtri ſunt maiores pueri, hi* puſilli *nigri.* Cicero Lib. I. de Finib. *Ecce autem mali*, minuti *et anguſti, et omnia deſperantes.* Idem

Sallu-

Salluſtio: *Illud vero* puſilli *animi*, *atque ipſa malevolentia ieiuni atque inanis*. Et alibi: *Minutis* maculis, *Minutis* interrogatiunculis. *Breuis* in natura, *Puſillus* in corpore, vt *breuis Dies*, *puſillus Homo*. Soſip.

(s) *Puſillus* enim *propriiſſime* idem eſt, ac *paruus*, *&t Puſio*.

Buccinus ipſe canor; ſed *Buccina* erit tuba (t), qua ſignum dat Buccinator. (u) *Fl.Clar.* *Buccinum* genus Conchyliorum (x), ex quibus purpureus color inducitur. *L. 70. §. 13. de Leg. 3.*

(t) addamus *aenea flexuoſa*, (u) In *genere* eſt *Cornu recuruum*, quod *Venatores*, *Paſtores*, *Vigiles* et alii huiusmodi furfuris homines inflare ſolent.

(x) ſ. Conchae minoris nomen, *a Buccinae ſimilitudine* ſic dictum. Parum enim abeſt *Figura Eius a noſtratibus paruis Buccinis*; nec aliud referre ex *inani Teſta extera* poſſumus, ſicuti patet ex *Fabii Columnae Opuſc.* de *Purpura* c. V. p. 24. *Edition Kilon.*

Buſtum dicitur locus, in quo mortuus (y) eſt combuſtus et ſepultus (z). *Vſtrina*, vel *Vſtrinum*, vbi combuſtus *tantummodo*, *alibi* vero eſt ſepultus. Et *Buſtum* per conſequens eſt *religioſum non minus*, quam *Monumentum* et *Sepulcrum*. *Vſtrinum* neque *conſeptum*, neque religioſum eſt, et interdum *Monumento* coniunctum, aliquando *vetitum applicari*, vt teſtantur *Antiquae Inſcriptiones Romae*: HVIC MONVMENTO VSTRINAM APPLICARE NON LICET. Item: AD HOC MONVMENTVM VTSRINAM APPLICARE NON LICET. Varro Lib. 4. de L. L. *Locus ad* Buſta *Gallica*, *quod*, *Roma recuperata*, *Gallorum*

Digitized by Google

lorum oſſa, qui poſſederunt Vrbem, ibi coaceruata ac conſepta. Suetonius in Nerone: *Denique* Buſtum *eius conſepiri, niſi humili leuique materia neglexit.* Ibidem: *Ad* Monumentorum Buſtorumque *diuerſoria plebe compulſa.* Interdum tamen *Buſtum* appellatur locus, in quo mortuus crematus, non etiam ſepultus eſt, vt notat Seruius in illud Virgilii (aa):

. . . *Semiuſtaque ſeruant*
Buſta . . .

Et Strabo Lib. 5. ſcribit τὰς Καύςρας, id eſt, *Buſtum Auguſti* fuiſſe in *Campo Martio*, et ab eo diuerſum *Mauſoleum*, in quo cineres conditi †.

(y) (*priſco gentili more* nempe)

(z) De *Combuſtionis initio, cauſa et quibus illa olim in vſu fuerit*, vid. *Io. Kirchmanni* Lib. 1. de *Funerib. Romanor.* c. 1. et 2. *Martin. Geieri* c. 6. de *Luctu Ebraeor.* §. 2. seqq. p. 106. ſq. *Edition. poſter.* et *Io. Andr. Quenſtedii* c. I. Tract. de *Sepult. Vett.* p. 7 et c VII. p. 157. ſeq.

(aa) Quod extat Lib. 11. *Aeneid.* v. 200. ſeqq.

† *Buſtum* dicitur cadaueris crematio ipſa, ab antiquo *Buro* a πυρόω; *Vſtrina* locus dicitur, in quo crematur; operis exſtructio eſt *ſepulchrum*; inſcriptio *monumentum*; ſtrues lignorum *rogus*; ignis inſtammatus *Pyra*; apparatus mortuorum *funus* dicebatur. Farnab. ad Sen. Troad. v. 661. R.

Buxus, arbor (bb) erit. *Buxum* materia ipſa. *Fl. Clarus.*

(bb) vel *potius* arbuſcula ſemper virens ac tonſilis.

C.

Caballus (cc) fere dicitur de magno et tardo, vt *clitellario*, vel *piſtrinario*: *Equus* vero de praeſtanti et generoſo. Lucilius *Lib. 2. Satyrar.*

Suc-

Succuſſatoris tetri tardique Caballi (dd).

Pomponius ad Sabinum 6. Lib. 15. D. de Inſtr. Caballi, *qui in piſtrinis eſſent*.

(cc) dictus a καβάλλειν, quod idem eſt, ac *onera iniicere eius* np. *dorſo*.

(dd) *Nonium* in CABALLVS hunc *Verſum* ex Lucilii Lib. 2. *Satyrar.* at in SVCCVSSATOR ex Lib. 4. attuliſſe, *Henr. Stephanus* in *Expoſitione hui. loc.* p. 153. diligenter annotauit.

Cadit etiam in plano (ee); ſed *Decidit* ex alto. *Corn. Fronto.*

(ee) *Cadere* enim *proprie* eſt corruere, vel praecipitari, vel labi; *Tropice* vero pro debilitari, frangi, opprimi, perire, aut non recte rem gerere apud *Ciceron.* paſſim vſurpatur. Sic omnia, quae ab *ordine* et *conſtantia* vacillant, aut degenerant, *cadere* quoque dicuntur, obſeruante *Barthio* in Animadu. ad *Claudiani* v. CCLXXIII. Lib. III. de *Rapt. Proſerp.* p. 444. *Cadere* laſciuiore intellectu a *Plauto* in *Perſa* Act. IV. Sc. 4. v. 104. vſurpatum *Ianus Douſa Par.* Lib. 4. *Centurionatus* ſ. *Plautin. Explanat.* c. 11. p. 348. docet. Conf. *Taubm.* in praed. *Plaut.* loc. p. 1157.

Caelatura eſt in Auro, Argento, Aere, Ferro (ff): *Scalptura* autem praeter haec ipſa etiam Lignum, Ebur, Marmor, Vitrum ac Gemmas complectitur, autore Quintiliano Lib. 2. Plinius Lib. 35. *Plaſticen matrem eſſe Statuariae, Scalpturaeque et* Caelaturae. Similiter *Caelatum* eſt, quod in Auro, Argento, Aere ac Ferro elaboratum haeret, et aliqua parte prominet: *Scalptum* vero eſt, quod ex his ipſis, et ex Ligno praeterea, Ebore, Vitro, Gemmis, vel ſolidum integrumque corpus extat, vt *Statua*, vel in imo depreſſum dimidiatam effigiem exprimit, vt *Sigillum*. Quanquam *Caelatum* latius interdum acci-

accipitur, vt de *ligneo Poculo*. Ita enim *Virgilius* *) *Eccl. 3. v. 37.*

- - Caelatum *Diuini opus Alcimedontis.*

(ff) *Caelator* enim *caelat caelo* varias *caelaturas*; etiam *caelata* Pocula.

Caerulus Naturae color eſt, *Caeruleus* Naturam fingit. Alterum *eſt*, alterum *fit*, vt tradit *Fronto*; cum tamen haec vt plurimum confundantur, apud *Poëtas* maxime, vt quod Ennius (gg) dixit:

Caeruleum *ſpumat ſale conſerta rate pulſum.*

Hoc Catullus (hh):

Caerula *verrentes abiegnis aequora palmis,*

Et Virgilius (ii):

- - - - - Caerula *concha*
Exterrens freta. - - -

(gg) Lib. 14. *Annal.* et citat hunc Verſum quoque *Gellius* Lib. 2. cap. 26. vbi pro *ſale* inepte *Mare* ſubſtituit.

(hh) *in Argonautic.* quod ſecundum *Editionem Tuſcanelliano-Hanouienſem* eſt Epig. LXV. v. 7.

(ii) Lib. 10. *Aeneid.* v. 209. ſeq.

Caligarius eſt, qui *caligas* (kk) conficit, *Caligaris* aptus ad *caligas*. Ita dicitur *caligarius Artifex*, *Clauus caligaris*, autore Cariſio. Quae tamen *Differentia* non (* *ſemper* obſeruatur, et ſine diſcrimine his vtuntur Autores, vt Plinius L. 10. *Squamis conſpicui crebris atque praeacutis*, *clauorum* caligariorum *effigie*, et Lib. 22 *Si enim* caligaris clauus.

(kk) *Caliga* olim erat *tegumentum pedum militare*, nunc pro *femoralibus* vtimur, dicta qs. *colliga*, a *colligando*, *Caligas* enim *colligamus caligulari* ligula, vt incedamus *caligati.*

Calu-

Calumnia eſt (ll) callida quaedam fallendi ratio, cum *Maleuolentia* coniuncta (mm). *Cauillatio* eſt friuola atque iocoſa calumniatio (nn). *Dicacitas* eſt ſermo mordax cum ſale et riſu alios inceſſens. Ita *Calumnia* maligna eſt, *Cauillatio* friuola, *Dicacitas* falſa. Cicero Lib. 2. de Orat. *Cum duo ſint facetiarum genera*, alterum *aequaliter in omni ſermone fuſum*, alterum *peracutum et breue*; *ſuperior* Cauillatio, *altera* Dicacitas *nominata eſt*. Idem Lib. 1. Offic. *Exiſtunt iniuriae ſaepe calumnia quadam, et nimis callida, et malitioſa Iuris interpretatione*, et Lib. 4. ad Atticum: *Metellus calumnia dicendi tempus exemit*. Suetonius in Veſpaſiano: *Et maxime tamen* Dicacitatem *in deformibus lucris affectabat, vt* Inuidiam *aliqua* Cauillatione *dilueret, transferretque ad Sales*. Sed *Calumnia* proprie eſt *Accuſatorum*, et ſignificat falſum crimen, quod intenditur in Iudicio aduerſus innocentem, vt litibus vexetur ac fruſtretur. Vnde *Calumniam inferre* (oo) dicitur, qui per fraudem aliquem reum defert: et *Calumniam iurare*, vel, *de Calumnia iurare*, eſt iuramento profiteri ſe accuſatorem, et non vexandi Aduerſarii, ſed Iuris perſequendi gratia actionem inſtituiſſe. Coelius Ciceroni: Calumniam *maximo plauſu tuliſſe*. Id. eid. *Cum* calumniam *iuraſſet, contendere auſus non eſt*.

(ll) dolus malus et iniuria, quae exiſtit ex malitioſa et callida interpretatione, ſ. eſt

(mm) Alii malitioſe de aliquo ſparſum Sermonem *propriiſſime* nuncupant,

(nn) *Ciceroni* genus eſt facetiarum, quod mentiendo *imprimis* fit.

Digitized by Google

(oo) In *Editione* illa *Hampeliano-Marburgenſi* IV*ta* CALVMNIA FERE, et in *Giſſenſib. nonnullis* CALVMNIAM FERE, pro *Calumniam inferre*, nequaquam docte legitur. Quod vitium potius *illorum negligentiae, qui* Librum huncce *de nouo imprimi curarunt*, quam *Autoris ignorantiae* eſt adſcribendum.

Camelus (pp) pecus eſt, quod Iumentorum vſum praeſtat, eiusque fera natura eſt. Lib. 2. §. 1. ff. ad L. Aquil. *Camelum* (qq) eſt funis ancorarius. *Camela* (rr) poculi (*), ſ. *vaſis* genus, quo in *Faſtis* vti ſolebant (ss).

(pp) Aliis eſt Iumentum grande et gibboſum, quod onus excepturum ingeniculat. Et *quamuis* ſit *generis Epicoeni*; reperitur tamen, *Valla* atteſtante, qui *Camelos foetas* legiſſe affeuerat, nonnunquam *Foeminino Genere* adiunctum.

(qq) etiam in hoc ſenſu non *Neutrum*, ſed quoque *Maſculinum* eſt, et ſcribitur, quod ſit, *funis nauticus et craſſus, cui ancora alligatur*, a ſimilitudine *Cameli*, *Animantis tortuoſi*, ita nuncupatus.

(rr) Scriptura per *vnum* L eſt vitioſa, probante *Pollucis* Σκαμίλλα. Dicitur et *Camillus* eodem ſignificatu; ſed alio *Puerum ingenuum patrimum matrimumque qui* Camellam, *quam* Parens *mittere ſolebat, in nuptiis* Sponſae *cum Mundo et localibus laetans offerebat*.

(ss) De ea canit *Ouidius* Lib. 4. *Faſtor.* v. 777. ſeq.

Dum licet, appoſita, veluti cratere, Camella,
Lac niueum potes, purpuream que ſapam,

Campus eſt planities vel agrorum vel pratorum. Sic Cic. de diuinat. Lib. II. vt enim Aegyptii et Babylonii in camporum patentium aequoribus habitantes. *Ager* ipſum eſt ſubiectum. *Rus* omnis locus extra vrbem. R.

Camu-

Digitized by Google

Camuri ſunt Boues, qui conuerſa *introrſum* cornua habent. *Patuli* (tt), qui cornua *diuerſa* habent, quorumque cornua *terram* ſpectant. His contraria *Liciui*, qui *ſurſum verſum* cornua (uu), habent. *Seruius*.

(t) Vid. quae ad *Verſ. CLXXXIIX. Vitae Virgilianae* a *Mich. Barthio* erudite deſcriptae p. 26. *Edition. Cygn.* breuiter annotauimus. (uu) *addamus* reflexa

Cancellare literas eſt eas (xx) tranſuerſis *cancellis*, ſiue *lineis*, quaſi inducere; *Expungere* vero eſt easdem illinere, vel delere. *Rubr. et L. 1. pr. §. 1. ff. de his, quae in* Teſt. *del.*

(xx) *cancellatim* diſpungere, (Creutz-weiſe durchſtreichen) ſ.

Cano voce, *Pſallo* fidibus pariter et cantu (yy). Cicero Orat. 2. Catilinar. *Pueri tam lepidi ac delicati non ſolum amare et amari, neque* cantare *et* Pſallere, *ſed etiam ſicas vibrare, et ſpargere venena didicerunt.* Sueton in Tito: *Ne Muſicae quidem rudis, vt qui* cantaret *et* pſalleret *iucunde ſcienterque.* Gellius L. 19. *) c. 9. *Deſiderauit* (ſc. Antonius Iulianus, Rhetor,) *exhiberi, quos habere cum adoleſcentem ſciebat ſcitiſſimos vtriusque ſexus, qui* canerent *voce, et qui* pſallerent. Arnob. L. 3. *In coelo n.* cantatur *et* pſallitur. Spartianus in Hadriano: Pſallendi *et* cantandi *ſcientiam prae ſe ferebat.*

(yy) *Canere quatuor vocibus*, Ciceroni eſt *Symphonia*, vel *Symphoniace* canere. Sed *canere receptui*, eſt ſignum dare Militibus *tuba*, aut *tympano*, vt recipiant ſe e praelio in caſtra.

Cantus

Cantus eſt modulatio Carminis, *hoc eſt*, ipſa dictio. *Carmen*, quod compoſitum eſt. Sed *Cantilia*, *Doleto* notante, a *Latinis* ponitur pro Sermone diſſipato, aut ſaepius vſurpato, ſed eo tamen ridiculo et inani, qui vel *publicus* eſſe poteſt, vel inter *priuatos*. De *Cantionibus amatoriis* vid. *Friderici Lindenbrogii* Obſeruationes in *Verſ.* XXXII. Sc. VII. Act. IV. *Adelph. Terent.* p. 618. col. 1. H.

Capillus (zz), eſt coma paulo longior, vt *muliebris*, (a) et *virilis* etiam, cum promittitur. *Crinis* eſt breuis et innexus, diſcretusque vittis. Vnde dictus ἀπὸ τοῦ κρίνειν, a *diſcretione*, quod *vittis* diſcernatur, autore Feſto et Iſidoro (b). Varro Lib. 1. de Vita Populi Rom. *Maiores natu capite aperto erant*, capillo *pexo*, *vittisque innexis* crinibus. Tertullianus de Virginibus velandis: *Vertunt* capillum, *et acu laſciuiore* comam *ſibi inſerunt*, crinibus *a fronte diuiſis*, *apertam profeſſae mulieroſitatem.*

(zz) Non quemlibet *Pilum*, ſed *Capitis* inprimis, *proprie* ſignificat. Nam *Barbae Capillus* non eſt.

(a) Mulieres integunt *capillos* ſuos *capillari*. Viri quidam non ſatis *capillati* ementiuntur *Capillitium capillamento*.

(b) Sed *Coma* ſunt Capilli cum cura compoſiti. Qui *Comam* geſtat, neceſſe habet, eam *comere*, vt *comtus* ſit; nimius tamen *Comtus* dedecet Viros.

Capio (cc) id, cuius Dominium acquiſiui. *Accipio* id, quod teneor reſtituere. *Illud* fit propria autoritate. *Hoc* ex voluntate alterius. Vlpianus

Digitized by Google

pianus ad Edictum 49. L. 71. D. de Verb. Sign. Capere *cum effectu accipitur;* Accipere *v. ſi quis non ſic* accipit, *vt habeat. Ideoque non videtur quis* capere, *quod eſt reſtituturus.* Idem Lib. 20. *Vt Legatarii caeterique, quicquid in Teſtamento* acceperunt, *careant his, quae ſibi relicta ſunt.* Paulus ad Edictum 1. L. 5. D. de Damno inf. *Vt miſſus eſt in poſſeſſionem, etiam eam per longi temporis ſpatium in ſuum Dominium* capere *poſſit.* Illud *iuris* eſt, Hoc *facti.*

(c) *Capio*, approbante *Valla*, interdum habet *reciprocum* quendam vſum, vt in *eodem ſenſu* nunc vni et eidem *actio*, nunc *paſſio* attribuatur. *Cepi Voluptatem, et Voluptas cepit me*, idem ſignificant. Fit a. iſta *reciprocatio* in paucis actiue, vt in *hoc exemplo habito:* Sed in nonnullis *paſſiue*, vt *cepi delectationem*, et *captus ſum delectatione.* Quando vero *Capio* ſignificat PASSIVE *Delectari*, fere non reſoluitur per *Actiuum*, vt *captus ſum*, vel *capior Amore, Dulcedine, Specie tua, Specie bonorum*, id eſt, *delector.* Non *Amor*, vel *Dulcedo, me cepit.* Quando autem non ſignificatur *Delectatio quaedam*, fere *actiue* vtimur, non *paſſiue.* Sic *capio Dolorem, cepi Moleſtiam* et *Larem* dicitur: it. *Cepit me Taedium, Obliuio* et *Odium*; at non *cepi Odium.*

Capi interdum ſignificat fraudari (dd); *Decipi* v. ludificari (e). Vnde *Captus* ſemper ſentit damnum, vel incommodum (f). *Deceptus* aliquando vtilitatem. *Illi* dolus malus et fallacia tenditur. *Huic* adhibetur bonus dolus et ſolertia, vt cum *Medici* aegrotantes, *Nutrices* infantulos decipiunt, et illudunt falſa quadam ſpecie *cibi potioniſque.* Lucretius Lib. I. (*) v. 937. ſeqq.

Sed

Digitized by Google

Sed veluti Pueris *abſinthia tetra medentes*
Cum dare conantur, prius oras (g) *pocula circum*
Contingunt mellis dulci flauoque liquore:
Vt Puerorum *aetas improuida ludificetur*
Labrorum tenus, interea perpotet amarum
Abſinthi laticem, deceptaque *non* capiatur;
Sed potius tali facto recreata valeſcat.

Horatius Lib. 2. Carmin. (h)

(*) Quin et *Prometheus,* et *Pelopis* parens;
Dulci laborum decipitur ſono,

id eſt, obliuiſcitur laborum, et abducitur, vt non ſentiat.

(d) interdum etiam *propitiari.* Ita enim *Lucretius* Lib. 2. v. 655.

Nec bene pro meritis capitur, *nec tangitur ira.*

(e) ſ. *Verbo, factoue capi. Deceptor* enim aliquem cum *decipit,* agit eum in *decipulam* aſtuta *deceptione.*

(f) Sic *mente captus* minime poteſt *capere captiones captioſorum.*

(g) In omnibus, quas euoluimus, *Popmae* Editionibus pro ORAS, inique *Ora* eſt poſitum.

(h) Od. XIII. Stroph. vlt. v. 1. ſeq.

Capitalis Poena eſt (i), quae caput vel *naturale,* vel *ciuile,* aufert (k). *Poena ſanguinis,* quae tantum caput *naturale.*

(i) qua capite plectimur, ſeu (k) Sic *capitalis Hoſtis,* vel *capitale Odium,* qui vel quod, *caput,* hoc eſt, *vitae exitium,* petit.

Capitium pectoris erat tegumentum. Ab eo dicitur, quod *capit* pectus, id eſt, vt antiqui dicebant, induta

Digitized by Google

dutu comprehendit. Varro. Lib. 4. de LL. *Faſciae* erant, quibus humerorum caſtigabant ſuperfluum, et quaſi luxuriantem habitum, eoſque ὁμαλὺς et aequos reddebant, cum contra in pugilibus ſint toroſi. *Strophium* eſt faſcia breuis, quo tumorem papillarum cohibebant. Non. R.

Carcer † maſculini Generis non niſi *ſingulariter* dicitur, in quo homines coercentur; *pluraliter* v. *Carceres*, vnde currus effunduntur (l). *Fl. Clarus.* Virgilius (m) tamen etiam in *ſingulari* vtitur:

- - - *ruuntque effuſi* carcere *currus*.

† *Carcer* quaſi arcer, ab arcendo. Seru. R.

(l) *Carcer* coercet *delinquentes* ſub cuſtodia *Carcerarii*. Sed *Carceres* ſeruiunt *Curſoribus*.

(m) Lib. 5. *Aeneid*. verſ. 145.

Caritas eſt pretii; *Inopia* vero paucitatis. Poteſt enim *Annona copioſa*, et tamen *cara* eſſe. *Res carae* venduntur *care*, faciuntque *caritatem*. H.

Caſtigo verbo, *Punio* ſupplicio. R.

Caſtrum in *Singulari* eſt Domus, muro, aut vallo, aut foſſis munita. *Caſtra* in *plurali* eſt locus, vbi manet exercitus et ſua fixit tentoria. *Caſtrum*, ſ. *Caſtellum*, praemunitur *proceſtriis* ſub Cuſtodia *Caſtellani*. Sed *Caſtra* ponuntur in campo *caſtrenſi* arte. H.

Caſtus eſt purus atque integer, et non modo a *Luxuria*, ſed etiam ab *Auaritia* et *Sordibus* alienus; *Pudicus* vero eſt, qui ſe continet a *Libidine* et *Voluptatibus corporis*; ſicut caſtitas † eſt Sanctimonia quae-

Digitized by Google

quaedam et integritas morum, a *Turpitudine* et *Sordibus* abhorrens (n). *Pudicitia* (o), eſt Continentia a *Libidine*. Itaque plus eſt *Caſtus* et *Caſtitas*, quam *Pudicus* et *Pudicitia*. Cicero pro Flacco: *Equitem Romanum*, caſtiſſimum *hominem atque integerrimum*. Virg. Lib. 2. Georg. (*) v. 524.

Baſta Pudicitiam *ſeruat domus.* - - -

Lactantius: *Difficile eſt imponere frenos Voluptati, eamque vagam et errantem* Caſtitatis Pudicitiaeque *limitibus includere.*

† *Caſtitas* et *pudicitia* paria deputantur, cum ſit pudicitia ab iniuria turpium libidinum libera, *caſtitas* et ab his continens et remota: praeterea et religioſa munditia et puritas Virg. lib. 7. praeterea *caſtis* adolet dum altaria tedis. Atque ideo plus eſt a *pudicitia*, quod par ſit cum aliis caeteris *caſtitas*. Non. *Caſtitas* corporis, *caſtimonia* animi. R.

(n) Sed *Caſtula* eſt veſtis, qua membra *caſte* (in *balneo* praeſertim) cuſtodienda velantur.

(o) *proprie* idem eſt, ac ob *Turpitudinem Erubeſcentia. Pudibundus* enim, cum vel alios videat *impudenter* agere, illum ſua *Pudicitia* mox *Pudore* ſuffundit. E contrario *Impudens*, quia ſemel *depuduit*, tanta *Impudentia* eſt, vt nunquam *pudeſiat.*

Caterua peditum, *Turma* equitum, *Copiae* equitatus. R.

Cauere, eſt ſibi proſpicere (p) quocunque modo et ratione. *Vitare*, eſt declinare corpore et effugere ea, quae nocitura videbantur, vt ſolent *Gladiatores* declinatione corporis *Aduerſariorum* petitiones vitare et excedere (q). Itaque generalius eſt *Cauere*. Lucilius Lib. 26. Satyrar.

Quid

Digitized by Google

Quid tibi vitandum *cenſes*, *quid* cauendum *maxime.*

Plautus in Sticho (r):

Qui poteſt Mulieres vitare, vitet; *vt quotidie*
Pridie caueat, *ne faciat, quod ſe pigeat poſtridie.*

Cicero Orat. 3. in Verrem: *Nam eum, qui palam eſt Aduerſarius, facile* cauendo vitare *poſſis.* Seneca ad Lucilium: *Nocituram potentiam* vitat, *hoc primum* cauens, *ne* vitare *videatur.* Confunduntur nihilominus *interdum*, vt quod Plautus in Curculione (s):

Proinde ſe domi contineant, vitent *infortunia.*

Petronius hunc in modum loquitur (t): *Ponere iuſſit arma, et malo* cauere †.

(p) addamus *a periculo*, (q) *Cauemus* ante pericula, *Effugimus* ipſis ex periculis. Idcirco noſtrum calculum merito illis adiicimus, qui dicunt *Cauere* et *Effugere*, h. l. *ſpecialiora* eſſe; *Euitare* vero (immo et ſimplex *Vitare*) *generale*, et vtrique inſeruire tempori. *Euitamus* enim *incumbentia* aeque ac *praeſentia*. Goclen.

(r) Act. I. Scen. 2. v. 64. ſeq. (s) Act. II. Sc. 3. v. 19.

(t) in *Satyrico* p. 48. *Edition. Bourdelotianae.*

† *Caueo tibi*, pro, periculum, vt amicus, auerto: *Caueo te*, pro, fugio vt hoſtem. R.

Caupo et *Hoſpes* differunt. Cic. I. Diuinat. alterum ad *Cauponem* diuertiſſe, alterum ad *Hoſpitem*. R.

Caupona (u), eſt taberna, in qua ad victum neceſſaria parantur, diſtrahunturque (x); *Taberna* vero eſt, in qua cibaria, vel etiam merces venduntur, vt *Taberna cauponia, vinaria, argentaria, purpura-*

Digitized by Google

puraria, et *ſimiles*. Ita omnis *Caupona* eſt *Taberna*, ſed non *contra*.

(u) primo dicta *Copona* (vid. *Perotti* Cornu cop. *Epigr.* IV. col. 460ˋ lin. 12.)

(x) *Grammatici* pro *Muliere ipſa*, quae *Tabernae* praeeſt, etiam poni tradunt, ſicut *Copo*, vel *Caupo*, ipſe *Tabernarius* eſt.

Cauſa et *Res* ſaepe iunguntur, quae ita differunt, vt *Totum* et *Pars*. Nam RES *totum Negotium* ſignificat; CAVSA v. *Negotii Pars* eſt, quae praecipue agitur (y): vt *Res* eſt: *Clodius occiſus*, *Rex Alexandrinus reſtituendus*: *Cauſa*, *Milo*, eius *necis autor*, *Lentulus reſtitutionem Regis ambiens*. Cicero pro Caecinna: *Multa, quae ſunt in* Re, *quia remota ſunt a* Cauſa, *praetermittam*. Idem ad Lentul. *Quid* Res, *quid* Cauſa, *quid Tempus ferat*, et ad Curionem: *Nunc tibi totam* Rem *atque* Cauſam *commendo*. Liuius Lib. I. *Quarum* Rerum, *Litium*, Cauſarum etc. Iuriſconſulti *haec Vocabula* plerumque *indifferenter* vſurpant, et *ob Cauſam*, *ob Rem datam* promiſcue dicunt, vt ex *ipſorum Reſponſis* liquet *in Titulo de* Condictione *Cauſa data*.

(y) Nihil enim fit ſine *Cauſa*. Sed *Cauſam*, cuius *cauſa* litigatur, defendit *Cauſidicus*, dum *excuſat*, quem alter *accuſat*.

Cauſa † docet factum, *Ratio* (z) ſoluit obſcura. *Corn. Fronto.*

† *Cauſa* ſpecialius, *ratio* generalius. *Cauſa* ea eſt, quae nos impingit, ad aliquid faciendum, *ratio* autem, qua *vtimur* in faciendo. Seru. R.

(z) Quae h. l. idem eſt, ac vis cogitandi cauſis innexa.

Cauſam appellant rem poſitam in diſceptatione rerum et controuerſia. *Quaeſtionem* autem rem poſitam in infinita dubitatione. Cic. Orat. lib. II. *Cauſa*

eſt,

eſt, de qua agitur, *Patrocinium*, quod accommodatur, *Oratio*, quae loquitur. Corn. Front. R.

Cautio (a) ſignificat nudam promiſſionem, cum verbis tantum, aut Chirographo, ſecuritas Creditori praeſtatur. *Satisdatio* fideiuſſoris idonei dationem; licet aliquando *Cautio* accipiatur pro *Satisdatione*, quando nimirum *Lex* exigit *Cautionem idoneam*, vel *rectam*, tunc n. fideiuſſoribus, aut pignoribus cauendum eſt, et *Satisdationis* nomine nuda *Cautio* intelligitur, ſi hoc contentus fuerit is, cui *Satisdatio* debebatur, vt eſt in *Libris Iuriſconſultorum L. 59. §. vlt. D.* Mand. L. 61. *D.* de Verb. Sign.

(aa) quae alias *actiue* et *paſſiue* ſumitur. *Ciceroni* eſt *Prudentia* atque *Diligentia*. Inde *Cautionem habere* ap. *eundem* RES dicitur, vel in *qua Cautioni* relictus eſt locus, vel in *qua* multa *cauenda* ſunt. Quae ſignificatio, ſi quibusdam forte videatur *paſſiua*, equidem nihil repugnamus; *actiuus* tamen *effectus* eſt.

Cedere actiones eſt easdem transferre; *L. ſ. in pr.* C. *de Iur. Dot.* *Mandare* v. absque translatione committere (bb) *L. 3. C. de Nouat.*

(bb) Sic *Actionem eximere* IVDEX dicitur ab *Vlpiano*, cum per dilationem eius effectum eſt, vt iam agi lege non poſſit. Id quod eodem modo dictum eſt, quo *Eximere Diem*, vel *Diem tollere*, dicimus. Appellatur quoque *Actio exemta*, cum deſiit agi poſſe. Huic contrarium eſt *Actionem reſtituere*. *Actio* a. iis *reſtituitur*, qui *formulis ceciderunt*, aut *captiunculis forenſibus circumſcripti*, aut *inconſulta Simplicitate lapſi* ſunt, aut *culpa Aduocatorum*, aut *Cognitorum iniuria*, aut *conniuentia gratioſa*, aut *ſordida*, aut alias *colluſoria culpa*, in fraudem peremtae litis, aut deſertae, *inciderunt*.

Cedit dies debiti, quando pecunia debetur, licet nondum exigi poſſit. *Venit dies*, quando non tantum

Digitized by Google

tum debetur, ſed etiam peti et exigi poteſt. *Goedd. ad L. 213. de V. S.*

Cedo † *tibi* idem eſt, ac *do locum tibi*, et habet in Praeterito *ceſſi*, et in Supino *ceſſum*; ſed Caedo *te* idem eſt, ac *flagello* et *violenter vulnero*, vel *occido te*, et habet in Praeterito *cecidi*, in Supino *caeſum*. H.

† *Cedo* ſibi poſcit et eſt immobile: *dat*, qui non finire facit datum. Corn. Front. R.

Cedere, eſt de loco ſe mouere, *Secedere* et *Diſcedere* eſt priſtinum locum deſerere, *Recedere* eſt locum occupatum dimittere, *Succedere* eſt locum ab alio relictum occupare, *Accedere* eſt appropinquare. R.

Celare eſt tegere et abſcondere (cc). Terent. in And. Bene diſſimulatum amorem et *celatum* indicans. *Caelare* (dd) vero, inſculpere. Virgil. Aen. Lib. I.

- - - Caelataque *in auro*
Fortia facta patrum. Non.

(cc) ſeu, ne quid reſciatur, curare. *Celamus* enim, quod volumus *occultum* habere.

(dd) *Caelat Caelator caelo*, h. e. *caelandi* inſtrumento, quod alias *caeſtrum* dicitur, varias *caelaturas*, etiam *caelata* pocula.

Cellarium eſt paucorum dierum. Vnde et in *cella* dicitur *importatum Frumentum*; *Penus* vero longi temporis (ee). *Seru.*

(ee) Quicquid enim *longae tuitionis gratia* reconditur, ex eo, quod non in *promtu* eſt, ſed *intus*, et *penitus* [illegible],

et

et locus ipſe dicitur *Penus*. Conf. *Perotti* Cornucop. *Epigr.* I. col. 72. lin. 43. ſeqq.

Cenſor eſt, qui *Cenſuram*, h e. qui *Magiſtratum talem* gerit. *Cenſet* enim facultates Ciuium iuſta *cenſione* pro colligendo publico *cenſu*. Vid. ſup. p. 74. *Cenſorius* vero, qui *Cenſor* fuit. HIC *tempus praeteritum* reſpicit, ILLE *praeſenti* inſeruit †. H.

† *Cenſere* nunc ſignificat putare, nunc ſuadere, nunc decernere. *Cenſio* haſtaria dicebatur, dum militi mulctae nomine ob delictum militare indicebatur, quod haſtas daret. *Cenſui* agri a cenſendo proprie appellantur, qui et emi et venire iure ciuili poſſunt. *Cenſores* dicti, quod rem ſuam quisque tanti aeſtimare ſolitus ſit, quantum illi cenſuerint. Feſt. R.

Cernere plus eſt, quam *Videre*. Nam *Cernere* eſt formas atque imagines rerum viſu internoſcere (ff), *Videre* eſt radios oculorum in res ipſas emittere, vel aciem oculorum aliquo intendere. Plin. Lib. 11. *Animo autem* videmus, *animo* cernimus: *oculi*, *ceu vaſa quaedam*, *viſibilem eius partem accipiunt atque tranſmittunt*. Gellius Lib. 5.*) c. 16. *De videndi ratione*, *deque* cernendi *natura diuerſas eſſe opiniones* Philoſophorum *animaduertimus*. Cicero ad Plancum: *Sic enim* vidi *quaſi ea*, *quae oculis* cernuntur. Vſus tamen haec *confundit*, et *promiſcue* vſurpantur.

(ff) ſ. diſcriminare. *Proprie* v. eſt *euidenter ſeparare*, et in *ſpecie inutilia a frumentis ſeparare*. Sed ſi ad *animum* conferens, *animaduertere* atque *attendere* denotat.

Certatio eſt velitatio atque congreſſio leuis, et plerumque ex prouocatione, vt *Certationes Xyſticorum*

Digitized by Google

ſerum apud Suetonium (gg); *Certamen* vero eſt conflictus inter duos pluresue, vel contentio grauis et ſeria. Terent. in Adelphis (hh):

- - - *Nunquam vidi iniquius*
Certationem comparatam, quam haec hodie inter nos fuit.

Vbi *Donatus* haec ita diſtinguit: *Certamen* (inquiens) eſt res ipſa, de qua certatur, veluti *vter Columbam feriat ſagitta, vter prior decurrat ad metas.* *Certatio* eſt ipſe actus contentioque certantium. *Certatio* ſecundum *Cornel. Frontonem* eſt adminiſtrantium, *Certamen* operis †.

(gg) in *Auguſto* c. 45. (hh) Act. II. Sc. 2. v. 3. ſeq.

† *Conflictatio* eſt tactus corporum inuicem et colliſio. Donat. R.

Certe affirmat, *Certo*, *Certum* non dubitat. R.

Certum recipit praepoſitionem, et fit incertum, certumque vel pondus, vel rei pretium (ii). *Verum* opponitur falſo (kk). *Corn. Fronto.*

(ii) Sed *Certus homo* vt plurimum *paſſiue* nuncupatur, eſtque ille, quem *Barbari* vocant *Expreſſum Hominem*. Eum autem ſic interpretantur, vt *Certus Homo* ſit *conſulto* et *non neceſſario miſſus*, vel *cui recte tutoque aliquid committere, tradereque poſſumus*, vt in literis dandis negotioque imponendo. Et *hoc in ſenſu* vtitur *Virgilius* Lib. I. *Aeneid.* v. 576. ſeq.

- - - *Equidem per littora Certos*
Dimittam, et Libyae *luſtrare extrema iubebo.*

Vel, *Certus Homo*, eſt *homo ita natus, vt nominatim poſſit deſignari.*

(kk) Sic *Verus Amicus* demonſtrat *Veritatem Amicitiae Ve-*

re

vo amore, eſtque *verax*, cogitat et loquitur de *Amico veraciter*. N B.

Ceruix, cum Numero *ſingulari* dicitur, Collum (ll) ſignificamus (mm); ſi *plurali*, Superbiam oſtendimus, vt Cicero in Verr. *Frange* Ceruices. *Seru.*

(ll) in *ſpecie* a. *poſteriorem* eius *partem*, in qua nerui.
(mm) Sed *Iugulus* (non *Iugulum*) *anterior pars Colli* eſt, vnde halitus exit.

Ceſſat (nn), deſidioſus; *Requieſcit* (oo), faſſus (pp). *Donatus*.

(nn) h. e. nihil agit, ſ. vacat. (oo). h. e. quietem capit.
(pp) *Hoc* in *bonam*; *illud* v. in *malam* partem accipitur.

Ceſtus ſine *Diphthongo* eſt balteus Veneris; in *ſpecie* v. notat acupictum Cingulum, qualia olim *Virgines* geſtabant. *Caeſtus* cum *Diphthongo*, eſt genus clauae, pilas plumbeas loris bubulis appenſas habens. Et hoc digladiabantur Veteres quondam. Ita enim *Virgilius* Lib. 3. *Georg.* v. 19. ſeq.

Cuncta mihi Alpheum linquens, lucosque Molorchi
Curſibus, et duro decertet Graecia caeſtu.

Seruius dicit, *poſteriorem hanc vocem* eſſe ſingularis Numeri *tantum*; *priorem* a. *etiam* pluralem habere. H

Charta eſt materia linea expolita ad vſum ſcribendi (qq), *Papyrus*, vnde *Charta* olim praeparabatur, vt hodie ex *panniculis lineis*, *cannabinisque concertis et maceratis*. *Membrana* vero eſt tenuior animalium pellis, quae deraſis pilis *Chartae* vſum praeſtat. Lucanus Lib, 4. (*) v. 136.

Conſeritur bibula Memphitis cymba (rr) *papyro* (ſſ).

Digitized by Google

Vlp. ad Sabin. 24. *Librorum appellatione continentur volumina, ſiue in* Charta, *ſiue in* Membrana *ſint, ſiue in quauis alia materia.* Et paulo poſt: *Chartis legatis neque* Papyrum *ad* Chartas *paratum, neque* Chartae *nondum perfectae continebuntur.* Hodie tamen *Chartam* vulgo vocamus *Papyrum.*

(qq) ſ. Membrana ſcriptoria ex quacunque materia.

(rr) *Cymba* h. l. pro CHARTI, quod in *omnibus*, quas perluſtrauimus *Popmae Editionibus*, vbi et in hoc Verſu pro *Conſeritur*, CONFICITVR *non adeo commode* extare, eſt reperire, conuenientius legitur in *vtraque Editione Gryphiano-Lugdunenſi* non ſolum, ſed et in iis, quas *Georg. Albinius, Coſminenſis*, cum Scholiis *Nicolai, Chappuſeti* et *Ludouici Tibouſt* Cracouiae Ao CHR. M. D. XXXIII. literis *Scharffenbergianis* in 8v. it. *Simon Colinaeus* Pariſiis MD. XLIII. in 12m. *Gualt. Fabricius* Colon. Agrippinae M. D. LX. in 8v. *Iacob. Stoer* cum Notis et Argumentis *Io. Sulpicii Veruiani*, M. DC. V. in 12m. atque *Thom. Farnabius*, adiectis *Hugonis Grotii* Notis, Amſtelod. M. DC. LXV. in 12. mai. ſatis diligenter imprimi iuſſerunt.

(ss) *Papyrus* h. l. (et quidem ſecundum *Farnab.* in *Notis marginalib.* ad hunc loc.) eſt frutex paluſtris, vnde Aegyptii *Nauigia* contexunt, ſicuti ex libro eius *Vela*, *Tegetes*, *Funes*, *Veſtes* et ſimilia.

Chilones dicuntur homines labiis craſſioribus (tt), a *Graeco* χεῖλη. *Cilones* autem, quorum capita oblonga et anguſta ſunt (uu), quos *Graeci* interpretantur Προμοφάλους. Vnde IVNIVS *Cilo* nominatur a *Tacito* Lib. 12. Annal. et FABIVS *Cilo* ab *Vlpiano* in Libro de *Officio Praefecti Vrbis.* *Declamator* in Salluſtium (*), (qui eſt ipſe *Cicero*) pro hominibus nequam improbisque accepit.

Quic-

Quicquid (inquiens) *Impudicorum*, Cilonum (xx), *Parricidarum*, *Sacrilegorum*, *Debitorum in tota vrbe fuit*.

(tt) ſ. qui labra prominula, ſiue prominentia habent, ob id *Labeones*, aut *Labieni*, a noſtris dici poſſunt,

(uu) vel quibus frons in medio eminet, *Germanis* Spitz-Köpffe/ ac dextra ſiniſtraque velut reciſa videtur. Feſt.

(xx) Hanc Vocem *duplici* LL h. l. rectius ſcribendam eſſe *Petr. Crinitus* Lib. 7. de *Hon. Diſcipl.* c. 8. diligenter obſeruauit, quando ſcribit, quod cum Cicero *Criſpum Salluſtium* in gregem CILLONVM, *Sacrilegorum* atque *impudicorum* connumeraſſet, nihil aliud intellexiſſet, quam *Cinaedum hominem ac turpiter ceuentem*, h. e. *poſteriora mouentem*, *Canum marium pruprientium inſtar*. *Cillere* enim apud Veteres *motitare* atque *agitare* erat. *Vnde Cillones dicti*, qui *pudore ſeneſc... ceuentes ſe effoeminant*. Ex quo apparet, quod *Locus hicce* nequaquam huc *commode* trahendus ſit.

Chirographum eſt priuata Scriptura manu cuiusque ſubſcripta (yy), *Syngraphum* †, quod ſimul plures ſubſcripſerunt (zz). In *Illo* tantum, quae geſta ſunt, continentur. In *Hoc* etiam *Pactiones* veniunt, vt in elegantiſſimo illo *Syngrapho* apud *Plautum* in *Aſinaria* (a) inter *Adoleſcentem*, *Amicam*, et *Lenam* plurimae Leges diuae in viginti minarum donatione referuntur. Suetonius in Auguſto: *Cuius Pacti non dubitauit a quibusdam Iusiurandum, a quibusdam* Syngraphum *petere*. Ibidem: *Nihil aeque elaborauit, quam vt imitaretur* Chirographum *ſuum*.

(yy) ſ. ſcripta manu propria.

† in Syngraphis m. contra finem veritatis pactio venit, et non numerata quoque pecunia, aut non integre numerata, pro temporaria hominum voluntate. More inſtitutoque Graecorum et caeterae tabulae ab vna parte ſeruari ſolent; ſyngraphae ſignatae vtriusque manu, vtrique parte ſeruandae traduntur. Paedian. R.

(zz) Haec *duo Vocabula* parum *inter ſe* differre, *Marius Nizolius*, *Brixellenſis*, adductis quibusdam ex *Operib. Ciceronianis* exemplis, col. 1982. Edition. *Heruagiano-Baſileenſis* A. CHR. M. D. LXVIII. *impr.* omnino prudens comprobat.

(a) Act. 1. Sc. 3 v. 77. ſeq.

Cibus (b) dicitur de quocunque alimonio delicato, aut vili (c). *Victus*, de tenui et arido †. Et *Cibus* eſt Eſca, quae *ore* manducatur; ſed *Victus* nomine etiam *Potus* continetur. Liu. L. 2. *Fame iam ſe, ſicut hoſtes, peti*, Cibo Victu*que fraudari.* Gellius Lib. 5. (*) cap. 6. *Quoniam* Cibus Victus*que antiquiſſimus Quercus* (d) *capi ſolitus ſit.* Iurisconſulti, hoc amplius (*) *ſumentes*, *Victus* appellatione intelligunt omnia, quae eſui, potui, cultuique corporis, quaeque ad viuendum homini neceſſaria ſunt, vt *Veſtimenta*, *Stramenta*, et caetera, quibus tegendi curandiue corporis noſtri cauſa vtimur, vt autor eſt Vlpianus. Sed alii Autores *Victum* et *Veſtitum* ſeparant. Cicero pro Seſtio: *Viuus, vt aiunt, et viuens cum* Victu *ſuo ac* Veſtitu *publicatus eſt.* Idem pro Quinto: Victus Veſtitusque *neceſſarius eſt, ſub Praecone cum dedecore ſubiectus eſt.*

(b) eſt eſca qualiscunque, ſ. (c) Sic delicati et variaque *Cibaria* ſeruiunt *cibatui* Diuitum; Pauperes *cibantur cibario* pane, dummodo ſuppetat.

† Cibus

† *Cibus* partis, *Victus* totius et ſine obſonio nomen eſt: nam et potum complectitur. *Victus* aridus eſt, qui ſine vllo *obſonio* eſt. *Obſonium* dicitur ſtipendium, i. quicquid cibo praeter panem et vinum adiicitur. Προσφάγιον, Προσόψημα. R.

(d) Editio *Tornaeſiano-Pariſienſis* legit *Quernus*; *Betuſtiores* autem, vt et *nonnullae recentiores* non inepte *Quercus*.

Cinctus eſt virorum, *Cingulum* vero mulieribus attributum. Varro. *Cingulo* noua nupta praecingebatur, quod vir in lecto ſoluebat. Feſt. R.

Circiter (e) ad Numerum refertur, *Circum* ad Locum (f), *Circa* ad Tempus, quod eſt. Ergo dicimus, *circumiiſſe* Muros, non *circaiiſſe* *Fl. Clarus.*

(e) *Circiter* non ſolum ad *Numerum*, ſed etiam ad *Locum* atque *Tempus* commode referri poſſe, *Grammatici* nonnulli exemplis demonſtrarunt.

(f) Ideoque deſcribitur, quod ſit *Nota Situs rei, rem aliam vndique ambientis.*

Circumpedes ſunt (g) obſequia Seruorum, *Antipedes* Amicorum. *Agraetius.*

(g) Serui a pedibus, Trabanten / Lakeyen / ſ. ipſa

Circumſpicimus praeſentia, *Proſpicimus* (h) futura. *Donatus.*

(h) Eſt enim *Proſpicere* PROPRIE aliquid eminus aſpicere; in *ſpecie* v. futurum aliquid praeuidere.

Circumſtare eſt circumdare; *Circumſiſtere* vero eſt vndique aggredi terrendi nonnunquam alia cauſa. H.

Circus

Circus eſt planities rotunda, vt *Circuitus* (i). *Globus* ſoliditas vndique verſum rotunda, vt eſt *Sphaera* et ſtaminum *Glomer*. Cic. Lib. 2. de Nat. Deor. *Cumque duae formae praeſtantiſſimae ſint, ex Solidis* Globus; *(ſic enim* Sphaeram *appellare placet) ex Planis*, *aut* Circus, *aut* Orbis. Non. Marcell.

(i) In *ſpecie* notat *Arcam illam rotundam*, *quae* Romae *quondam* exhibendis Ludis Curulibus *erat parata.*

Ciues, qui erant ante coloniam deductam, *Coloni*, qui deducti ſunt. R.

Ciuitas, eſt Populi (*) ſ. *(Ciuium)* multitudo Iure et Legibus ſociata (k), *Vrbs* ſunt ipſa Moenia et Aedificia. Cicero Lib. 2. de Offic. *Id enim eſt proprium*, *vt ſupra dixi*, Ciuitatis *atque* Vrbis, *vt ſit libera*, *et non ſolicita ſua rei cuiusque cuſtodia.* Idem Lib. 1. de Legib. *Quam cum locis manuque ſepſiſſent*, *eiusmodi coniunctionem tectorum* Oppidum, *vel* Vrbem (l), *appellarunt*, *delubris diſtinctam*, *ſpatiisque communibus. Omnis ergo Populus qui eſt talis coetus multitudinis*, *qualem expoſui*, Ciuitas *eſt*, *omnisque* Ciuitas *eſt conſtitutio Populi.* Idem ad Dolabellam: *Liberaſti igitur et* Vrbem *periculo*, et Ciuitatem *metu.* Porro pro Sulla; *In qua* Ciuitate *res tantas geſſerim*, *memini*, *et in qua* Vrbe, *intelligo.* Et in Philippicis: *Cum ne veſtigium quidem Aſiae*, Ciuitatum *atque* Vrbium *relinquitur.* Sed haec frequentiſſime confundunt *optimi Autores*, quorum teſtimonia nihil attinet heic adſcribere.

(k) et vnum in locum congregata.

(l) Accu-

(l) Accuratiori enim *Criticorum* cenſura inter *Vrbem* et *Oppidum*, quod in *Autorum Claſſicorum* Scriptis pro aequipollentibus ea vſurpantur, nil pene eſſe diſcriminis, *praeceptor noſter ὁ πάνυ*, M. *Iacob. Thomaſius*, Philoſophus celeberrimus § XVII. *Diſput. Politicae*, de CIVITATE A. C. M. DC. LXI. d. XIX. Ian. *Lipſ.* publ. habitae, optume nos docet, appoſite addendo, *Vrbem* et *Oppidum* vulgo differre, vt *maius* et *minus*, ita vt *Vrbium* nomine eae ſaltem veniant, quae ſunt *maiores* et *ampliores*; *Oppidorum* vero *minora* atque *obſcuriora illa*. Sic multi quoque *Vrbis* nomen vni ROMAE, ſicuti Ἄϛυ ATHENIS, et Πόλις ALEXANDRIAE, olim tribuebant, caetera *Oppidorum* nomine appellantes. Conf. *Ioan. Limnaei* Lib. VII. de *I. P. Imp. Rom.* c. 1. n. 1. ſeqq.

Clades, quia clamatur, *Vitium*, ſi tonet tantum, *Calamitas*, ſi grandinet ſimul et etiam fulminet. Donat. R.

Claritas tam luminis, quam perſpicuitatis †; *Claritudo* vero generis. *Prius* Splendoris (m), *Poſterius* Nobilitatis eſt. Corn. *Fronto*.

† *et* eruditionis, R.

(m) Ideoque pro Splendore, Amplitudine, Nominisque Celebritate, vt et Altitudine Fortunae atque Gloriae ap. *Ciceron*. paſſim vſurpatur.

Claua necat, *Clauus* iungit, ſeruat oſtia *Clauis*. R.

Clauis et *gubernaculum* ita differunt, vt Seruius putat, quod *clauus* ſit fuſtis *gubernaculi*, hoc eſt, lignum oblongum, quo flectit ac reflectit gubernator nauem. *Anſa* appellatur a Vitruuio. R.

Clemens eſt circa recte agentes, *Placidus* etiam circa delinquentes. *Clemens* animo, *Placidus* vultu.

tu. *Clemens* (n) nullum laedit. *Placidus* arridet omnibus (o). *Donatus.*

(n) (quod parcere pronus) (o) Agit enim *placide*, ſuaque *Placiditate* alios, etiam irritatos, facile *placat*, ſi ſunt *placabiles*. Sed *implacidus*, qui nullo *placamine* ad *Placabilitatem* promouetur, vt ſe *placatum* oſtendat, videat, annon *implacabilem* DEVM quoque ſit experturus.

Clemens eſt princeps actiue; *Gratioſus* ſubditus paſſiue. K.

Clibanus eſt (p) paruus furnus et mobilis, ferreus, vel teſtaceus, in quo *Panis* olim, nunc *Placentae*, *Farcimina*, et *alia Dulciaria* decoquuntur. *Furnus* eſt magnus et immobilis, conſtatque ex *lapide* et *calce* (q). Vnde *Clibanites*, *Panis* alius a *Farnaceo* apud Athenaeum Lib. 3. Sic Plinius: *Cortices quoque decuſſi lini* Clibanis *et* Furnis *praebent vſum.*

(p) Furnus aeneus portatilis, ſeu

(r) Alias deſcribitur, quod ſit *Piſtoris Fornax*, in qua *Panes* furnaria arte hodie coquuntur.

Clypeus ſignificat militare Scutum. *Clypeum* eſt expreſſa corporis effigies humerorum tenus ex *Auro*, *Argento*, *Lapide*, *etc.* ſicut *Imago e Cera*, ita dictum, quod ſit *rotundum* (r) *inſtar militaris* Clypei. Trebellius Pollio in Claudio: *Illi* Clypeus *aureus*, *velut* Grammatici *loquuntur*, Clypeum *aureum Senatus totius iudicio in Romana curia collocatum eſt.* Sed *Poëtae* et *Hiſtorici* indiſtincto genere vtuntur in vtraque ſignificatione, vt de *Effigie* dixit Suetonius in Caligula: *Inter reliquos honores decretus eſt*

Digitized by Google

eſt ei Clypeus *aureus, quem quotannis certò die Collegia* Sacerdotum *in Capitolium ferrent.* Idem in Domitiano: *Scalas etiam inferri* Clypeosque *et* Imagines *eius coram detrahi, et ibidem ſolo adfligi iuberet.* Liuius Lib. 38. *Duodecim* Clypea *aerata ab Aedilibus Curulibus*, P. Claudio *et* S. Sulpitio, Galbae *ſunt poſita.* Idem Liuius: Clypea*que de columnis* et *Signa militaria affixa demſit.* De *Scuto* Virgilius (s):

Ardentes Clypeos *atque aera micantia cerno.*

Idem (t):

Dat Tellus gemitum, et Clypeum (u) *ſuperintonat ingens,*

Quare Plinius in ſecundo Librorum, *quos dubii Sermonis inſcripſit*, haec non tam *Genere*, quam *Scriptura* et *Etymologia* differre cenſuit, eſſeque *Clypeum* (x) a *clepere*, quia corpus celet; *Clupeum* vero IMAGINEM a *cluendo*, quod poſterius Etymon rurſus valde improbauit (*ſtudio Veritatis*, aut *Memoriae lapſu*, a ſe ipſo diſſentiens) Lib. 35. Natural. Hiſtoriae: Scutis *enim*, inquit, *qualibus apud Troiam pugnatum eſt, continebantur* Imagines. *Vnde et nomen habuere* Clupeorum, *non, vt peruerſa* Grammaticorum *Subtilitas voluit*, a cluendo †.

(r) Sic ob *rotunditatem* quoque *Antiqui CLYPEVM Corium Bouis* appellarunt, in quo *Foedus Gabiorum* cum *Romanis* fuerat deſcriptum. Vid. *Sext. Pompeii Celſi* Lib. 3. de *Verbor. Vet. Signif.*

(s) Lib. 2. Aeneid. v. 734. (t) Lib. 9. v. 709.

(u) Vocabulum hocce in genere *Neutro* h. l. eſſe poſitum, teſtatur *Erythraeus* in *Ind. Virgil.* fol. 41. fac. a. col. b.

(x) *Cly-*

(x) *Clypeus* non dicitur παρὰ τὸ Κλέπτειν, (quod *raro* in *bonam partem* accipitur, (h. e. a *celando*, vel *abſcondendo*, ſed potius παρὰ τὸ γλύφειν, h. e. a *ſculpendo*, quod in eo *imago* et *facies* cuiusque redderetur. Conf. *Perotti* Cornucop. *Epigr. XXIII.* col. 763. lin. 15. ſeqq.

† Alii dicunt, *Clupeum* ἀσπίδα, *Clypeum* ornamentum dici. R.

Clypeus eſt rotundus, cauus, et totum protegit *Pectus*. *Scutum* (y) eſt oblongum, quadratum, et totum munit *Corpus*. *Illum* Graeci vocant ἀσπίδα, *Hoc* θυρεόν (z). Virg. Lib. 3. Aeneid. (*) v. 637.

Argolici Clypei, *aut Phoebeae lampadis inſtar*.

Idem Lib. 8. v. 662.

\- - - Scutis *protecti* (aa) *corpora longis*.

Liu. Lib. 8. Clypeis *antea* Romani *uſi ſunt*, *deinde*, *poſtquam facti ſunt ſtipendarii*, Scuta *pro* Clypeis *fecere*. Seruius in Lib. IX. Aeneid. ait, Clypeos *eſſe* PEDITVM, Scuta EQVITVM, cum tamen Liu. Lib. 1. ſcribat, *Militibus primae Claſſis*, *id eſt*, *praeſtantioribus*, *Arma imperata*, *Galea*, Clypeus, *Ocreae*, *Lorica*, *omnia ex aere*; *ſecundae vero* Claſſis *Arma imperata*, Scutum *pro* Clypeo, *et praeter Loricam omnia eadem*. Et Cicero in Philippica 2. *Cum gladiis agmine quadrato ſequuntur* ſcutati *Milites*. Vnde intelligitur, *Scuta* tam *Peditum*, quam *Equitum* fuiſſe, ſed *Illorum* longiora; *Horum* vero breuiora.

(y) proprie *Clypeum coriaceum* notans,

(z) Et quidem hanc ob cauſam, quod *Forium ſimilitudinem* referat, quae *longiores*, quam *latiores* eſſe ſolent.

(aa) *Protecti*, et non *porrecti*, (quod *Editores Autoris noſtri* nequaquam obſeruarunt) *rectiſſime* legitur in *emendatiſſi-*

tiſſi-

Digitized by Google

tiſſimis hui. Poëtae *Editionibus, Frelloniano - Lugdunenſi* imprimis et in *illa Erythraei,* quae *ſupra* (p. 92.) merito eſt laudata.

Coarguere eſt coërcere et compenſare: *Arguere* oſtendere et patefacere, Virg. Degeneres animos timor *arguit.* Vnde *argumenta* dicuntur, quae cauſam cauſae oſtendunt. Agraet. R.

Coena eſt veſpertinum Epulum, a Κοινή, quod idem, ac *Communis,* dictum, quia poſt diurnas operas tota Familia congregrata *ſimul* paſcitur. *Prandium* eſt Cibus meridianus, quem omnes Milites mox pugnaturi apud *Veteres* prae caeteris ſumere ſolebant. Inde eſt illud *Ducum* Alloquium: *Prandeamus tanquam ad Inferos coenaturi.* Leg. *Stukii* Lib. 1. *Antiqu. Conuiual.* c. 8. fol. 20. fac. a. Et hanc ob cauſam *Prandium* nonnulli dictum eſſe volunt, quod *iterum ad opus eſſent illico parati,* ſicuti docet *Iul. Caeſ. Scaliger* Lib. 1. *Poët.* c. 5. 22. *Edition.* *Commelin. Vtae. Prandium* erat Cibus leuis et ſimplex; *Coena* vero largior atque copioſior. Vid. *Fulu. Vrſini* Apendix ad *Ciacconii* Lib. de *Triclino* p. 76. *Athenaeus* Lib. 1. *Deipnoſ.* refert ex autoritate *Philemonis,* quod *Veteres* non ſolum vſi ſint *Coena* atque *Prandio,* ſed etiam *Merenda* ac *Ientaculo,* ita, vt *Ientaculum,* quod *Feſtus* idem cum *Prandio* fuiſſe et aliter *Silatum* nuncupatum eſſe, aſſeuerat, fuerit *Cibi deguſtatio matutina.* Deinde ſequutum ſit *Prandium,* quod tempore *Februarii* ſumebatur *hora* fere *ſeptima,* vt patet ex *Suëtonii Caligul.* c. LVIII. et erat *ſemper breuiſſimum.* Poſt *Prandium* ponebatur *Merenda,* quam *Iſidorus* Cibum fuiſſe dicit,

K qui,

qui, *declinante die*, ſumeretur, quaſi eſſet *poſt Meridiem edenda*, et *proxima* Coenae. Vnde et *Antecoenium* (Veſper-Brod,) quibusdam vocabatur Hanc conſequebatur *Coena* † cui *hora* attributa erat Aeſtate *nona*, Hieme vero *decima*, vti ex *Ciceronis* Epiſtola illa vlt. L. 9. ad *Famil.* in ſpecie ad *Papyr. Paetum* facile intelligitur, in qua ita ſcriptum eſt: *Accubueram* hora nona, *cum ad te harum exemplum in codicillis exaraui*. Conf. *Martialis* Epigr. VIII. (*Raderus* facit VII.) L. 4. Diſtich. 3. H.

† *Coena* apud antiquos dicebatur, quod nunc eſt prandium. *Veſperna*, quam nunc coenam appellamus. Feſt. R.

Coenaculum † eſt locus in ſuperiore parte *Aedium*, in quo *Romani* olim cibum ſumebant, et homines pauperiores atque inquilini etiam habitabant (bb). *Coenatio* (cc), eſt locus ad *coenandum* in imo *Domus* (dd) laute et magnifice inſtructus (ee). Plautus in Amphitr. (ff):

In ſuperiore qui habito Coenaculo.

Seneca ad Lucilium: *Qui verſatilia* Coenationum *laquearia ita coagmentat, vt ſubinde alia facies atque alia ſuccedat, et toties tecta, quoties fercula mutentur.* Suetonius in Nerone: Caenationes *laqueatae tabulis eburneis verſatilibus, vt flores fiſtulatim et vnguenta deſuper ſpargerentur.*

† *Coenacula* dicuntur, ad quae ſcalis aſcenditur. Feſt. R.

(bb) *Antiqui* enim *publice* et *in commune* veſcebantur, nec vlli *Conuiuium ſingulare* erat, ne in occulto Deliciae Luxuriam gignerent. Leg. *Stukii* Lib. 2. A. C. c. 14. fol. 197. fac. b. Ideoque *Iſidorus Coenaculum* ſentit dictum a *Communione*. Vnde et *Coenobium*, ſ. *Congregatio*, aliis eſt.

(cc) ſ. Coe-

(cc) ſ. *Coenatiuncula*, h.e. locus *coenaticius*, ſ. ad *coenandum* aptus.

(dd) (Addamus et in *Hortis Potentiorum*. Quo reſpexiſſe videtur *Iuuenalis* Satyr. VII. v. 182. ſeq.

Parte alia longis Numidarum fulta columnis
Surgat, et algentem rapiat COENATIO Solem.)

(ee) Demum vocabulo a *Graecis* mutuato appellabatur *Triclinium* quoque. Ita enim *Cicero* Lib 13. ad *Attic.* Ep. 50. *Cum ſecundis Saturnalibus ad Philippum veſperi veniſſet, Villa ita completa militibus, vt vix* Triclinium, *vbi* coenaturus *ipſe Caeſar eſſet, vacaret.* Quo magis eſt mirandum, *Seruium*, eruditum quippe Grammaticum, in *Commentar.* ad *Verſ.* DCLXXXVIII. Lib 1. *Aeneid. Virgil.* temere negare, *Triclinium* ipſum COENATIONEM ſignificare. Ita enim ſcribit; *Antiqui* Stibadia (*a ſimilitudine* Sigmae *litterae Graecae, quae hac forma ſcribebatur C,* SIGMAE *appellata*) *non habebant, ſed ſtratis tribus lectis epulabantur. Vnde* Triclinium *ſterni dicitur. Sic* et CICERO Sterni Triclinia, *et* in foro Sterni *iubebat. Vnde apparet, errare eos, qui* Triclinium *dicunt* ipſam Baſilicam, vel Coenationem. *Haec ille.* (ff) Act. III. Sc. 1. v. 3.

Cogitare ex mente *Nonii Marcelli* eſt dubitare; *Deliberare* vero eſt confirmare. Vnde Turpilius: *Quaeſo* cogita *ac* delibera (gg); it. certum ac deliberatum eſt, me illis obſequi.

(gg) Sed *Cogitare ſcelus* minus eſt, quam *ſuſpicere ſcelus. Hoc* eſt *facti* atque *operis; illud* v. *animi.*

Cognitor eſt, qui (hh) praeſentis cauſam nouit, et eius defenſionem ſuſcipit. *Procurator*, qui abſentis nomine (ii) agit (kk). Cicero de Diuinat.. *Me Defenſorem calamitatum ſuarum, me vltorem iniuriarum, me* Cognitorem *iuris ſui, me Actorem cauſae ſuae eſſe voluerunt.* Horat. Lib. 2. Serm. (ll).

 --*Sis*

Digitized by Google

- - - *Sis Cognitor ipſe.*

Licet aliquando *Cognitor* eſt, qui aliquem cognoſcit, et, vt ſe noſſe dicat, pro teſtimonio producitur. Cicer. Orat. 7. in Verrem; *Vbi neque noti eſſe iis, quo venerunt, neque ſemper cum* Cognitoribus *eſſe poſſunt.* Interdum etiam, qui quaeſtiones publicas exercet, id eſt, *Quaeſitor.* Vnde *Cognitura* pro *Cognitoris quaeſtu.* Suetonius in Vitellio: *Sectionibus et* Cognituris *vberius compendium nactus.*

(hh) litem alterius ſuſcipit coram ab eo, cui datus eſt, ſ. qui (ii) autor eſt, vel

(kk) Deinde *Cognitor*, et quidem ex *Aſcanii* mente, eſt, qui cauſam alicuius nouit familiariter, et praeſentem defendit; *Procurator* autem, qui abſentem. *Aduocatus* praeſentiam ſuam commodat in Iudicio et Ius ſuggerit. *Patronus* verba facit. Vid. *quae ſup. p. 41. ſeq. Autor* annotauit.

(ll) Satyr. V. v. 38.

Cohortes et *Manipuli* erant peditum, *Turmae* vero et *Decuriae* equitum. R.

Cohum lorum, quo temo buris cum iugo colligatur, a cohibendo dictum. *Cohum* Poetae coelum dixerunt, a Chaos, ex quo putabant coelum eſſe formatum. Feſt. R.

Colaphus digitis compreſſis et in pugna contractis capiti *corporiue reliquo* infertur, Stöß, Büff (mm). *Alapa* eſt percuſſio in *faciem* manu (nn) explicata (o).

(mm) Dicitur a. *Colaphus* a *Graeco verbo* Κολάπτειν, quod idem eſt, ac *tundere*, quia plerumque *ſimul* fit *tunden-*

dendo. Vnde *Plautus* in *Perſa* Act. II. Sc. 4. v. 22. *Colaphis in terram aliquem defigere* nequaquam inepte dicit, quod *Germanis* idem eſt, ac ſi dixiſſet, Einen mit Gewalt zu Boden ſchlagen / oder mit Maulſchellen alſo zudecken / daß er alſobald zur Erden niederfallen muß. Apud *Terent.* in *Adelph.* Act. II. Sc. 1. v. 46. legitur *quingentos colaphos alicui infringere*, et quidem (quod placet nobis addere) cum *ſonitu* et *fragore quaſi.* Sic Scen. ſeq. eiusd. Act. v. 37. dicitur, quod *Colaphis tuber* ſit *totum caput*. Quid a. *Plauto* loc. cit. Act. V. Sc. 2. v. 65. ſit *Colapho aliquem icere* leg. *Taubm.* Commentar. in *praed. loc.* et *Schoppl* Lib. 3. *Suſpectar. Lection.* Epiſt. 1. p. 163. ſeq.

(nn) deducta et (oo) Ideoque *hoc Vocabulum* videtur prorſus a *ſono* factum.

Collactaneus (pp) eſt iisdem mammis educatus; *Collacteus* vero, qui vno eodemque lacte eſt educatus (qq). (*Corn. Fronto.*)

(pp) *Graecis* dictus συγγάλακτος, ſiue ὁμογάλακτος.
(qq) Critici accuratioris iudicii *duo haec Vocabula*, quorum PRIVS *Vlpianum*; POSTERIVS v. *Iuuenalem* γνήσιον Parentem agnoſcit, *promiſcue* vſurpanda eſſe etiamnum clamitant.

Collegas efficit vnum officium, *Conſortes* eadem fortuna, *Socios* labor idem. R.

Collegia et *Sodalitia*, ſiue *Sodalitates*, diuerſa eſſe oſtendit Marcianus Inſtitut. 3. L. 1. D. de Colleg. *Mandatis principalibus praecipitur*, *Praeſidibus Prouinciarum*, *ne patiantur eſſe* COLLEGIA Sodalitia, *neue milites* Collegia *in caſtris habeant.* Hoc autem differunt, quod *Illa* erant *maiora*, et *Artificum Opificumque* omnium *genera* diſtincta habebant, vt *Collegia Fabrorum*, *Figulorum*, *Piſtorum*, *Aurificum*,

 Cer-

Cerdonum, *Coriariorum*, *Lictorum*, *Viatorum*, et ſimilium (rr); *Haec a. erant minora*, ſed magis *honeſta* (ss) in quae etiam *clari* et *honorati Viri* adſcribebantur, vt teſtatur Cato apud Ciceronem de Senectute: Sodalitates *autem*, inquit, *me Quaeſtore*, *conſtitutae ſunt ſacris Ideis*, *Magnae Matris acceptis*. *Epulabar igitur* cum Sodalibus *omnino modice*. Et Q. Cicero in Libello de Petitione Conſulatus numerat *Sodalitates* in parte Amicitiae: *Qui ſunt amici* (inquiens) *ex cauſa honeſtiore Cognationis*, *aut Affinitatis*, *aut* Sodalitatis, *aut alicuius Neceſſitudinis*.

(rr) Ex quo apparet, *Collegium* nihil aliud fuiſſe, quam *certorum hominum*, in ſpecie *Sacerdotum*, *Praetorum* et *Studioſorum Conuentus*.

(ss) etiamſi *Sodalitia* alias in *re leuiore* ſunt, non aliter, ac *Sodales*, qui eiusmodi Familiares *propriiſſime* denotant, quibuscum ſaepiſſime verſamur, ludimus, edimus ac bibimus. Tales a. Fratres ſerio vitandos eſſe praecipit *Martialis* Lib. XII. *Epigr.* 34. (*Raderus* facit 29.) v. 8. ſequ.

Si vitare velis acerba quaedam,
Et triſtes animi cauere morſus,
Nulli te facias nimis Sodalem.
Gaudebis minus, et minus dolebis.

Collis eſt monticulus, ſiue ſit per *ſe*, ſiue *pars Montis*. *Cliuius* eſt procliuitas illa et pronitas a vertice *Collis*. H.

Colloquium, cum conuenitur in vnum locum, loquendi cauſa, *Loquela* verbum, quod in loquendo afferimus. Varr. R.

Colonia et *Municipium* ita differunt, vt *Illa* ex *Ciuitate* alio traducatur; *Municipes* vero aliunde in

Ciui-

Digitized by Google

Ciuitatem veniunt, ſuumque ius proprium habent †. H.

† *Coloniae* fuerunt Ciuitates ex ciuitate Romana quodammodo propagatae. *Municipes* ſunt ciues Romani ex municipiis, legibus ſuis et ſuo iure vtentes. Praeſertim *Municipes* dicebantur, qui cum ſuffragio populi recepti erant; qui vero ſine ſuffragio, praecipue nominabantur *Caerites*. *Praefecturae* appellantur in Italia, in quibus ius dicebatur, et nundinae agebantur, et erat quaedam reſpublica, neque tamen magiſtratus habebant, in quas *legibus praefecti* mittebantur, qui ius dicerent. *Prouinciae* appellantur, quod populus Roman. eas *prouicit*, i. e. ante vicit. Feſt. R.

Coloniam deducere, fit auſpicato, *Adſcribere coloniam* in locum aliquem, fit eo, ſi quaedam modo familiae recipi debebant ab hac illaue colonia auſpicato facta. Cic. Philip. II. c. 40. *Coloniam* nouam *deduci* negaui, *adſcribi* poſſe, reſcripſi. R.

Colonus (tt) eſt, qui Praedium ruſticum colit, ſiue in *Ciuitate*, ſiue in *Villa* †. *Inquilinus* vero, qui conductis aedibus habitat in *Villa*, vel *Ciuitate*. Non n. *Locus* facit aliquem *Colonum*, aut *Inquilinum*, ſed *Materia*, quae conducitur. Marcianus ad Formulam Hypothecariam: *Conuenit, vt is, qui formulam hypothecariam dediſſet; pro* Colono *in Agro; in Aedibus autem pro* Inquilino *ſit*, L. 27. D. acq. Poſſ.

(tt) *Colonus* nouae *Coloniae*, h. e. Vrbis ab illo *coli* coeptae, *accolit* Fluuium, aut *circumcolit* Montem, aut *incolit* Vrbem, cuius fit *Incola*, vel *Accola*, recipitque *Inquilinos*, quos vult. Conf. quae ſupra p. 10. 11. breuiter annotata ſunt.

Digitized by Google

† *Ciues* ſunt, qui erant ante coloniam deductam, *Coloni* vero, qui deducti ſunt. R.

Columbae, quae manſuetae fieri poſſunt, et domibus aſſueſcere (uu): *Palumbes*, ferae, arboribusque et ſyluis, ſaxisque inhabitantes. *Agraetius*.

(uu) Ideoque dicuntur *Aues domeſticae, culmina tectorum incolentes*.

Comedo eſuriens, ſed *Commeſſatur* aſotus. R.

Comedus, di, qui bona ſua conſumit, antiqui dixerunt, *Comedo, donis*, recentiores. Feſt. R.

Comes eſt, quicunque aliquem ſequitur *ſtudii*, aut *officii* gratia, vt, qui *Magiſtratus* in Prouincias euntes *comitabantur*, ipſorum *Comites* erant (xx). *Socius* eſt, qui cum altero *ſocietatem* coiuit, et *generaliter*, qui aliquid cum alio *communiter* poſſidet, aut *pari opera* et *conſilio* curat (yy). Nam SOCIVS *agentem* adiuuat; COMES v. ſequitur *euntem*. Caeſar, Lib. 1. de Bello Ciu. *Cum ſe victoriae Pompeii* Comitem *eſſe mallet, quam* Socium *Caeſaris in rebus aduerſis*. Cicero Seruilio: *Et* Comes *meus fuit illo miſerrimo tempore, et omnium Itinerum, Nauigationum, Laborum, Periculorum meorum* Socius. Idem pro Flacco: Socii *conſiliorum, miniſtri,* comitesque *vocantur*. Et pro Fonteio: *Tum enim vitae ſocia, Virtus, inertis* comes *fuiſſet*. Fronto dicit, quod *Comes* ſit, qui iter facit; *Sodalis* vero nomen Adoleſcentiae. *Aſſecla* ſequatur Potentiorem. *Cliens* imploret opem ac fidem. Ita *Comes* tutus, *Aſſecla* officioſus, *Sodalis* amicus, *Cliens* ſubmiſſus.

(xx) *Comes*

(xx) *Comes Viae* in *comitatu* eſt; *Comes* autem *comitaturus Regem*, ne *incomitatus* ſit, venit e ſuo *comitatu*, *comitatus* quoque a ſuo famulitio. De cuius *Dignitate* vid. *Paſchal.* Lib. 8. *Coron.* c. 22. p. 643.

(yy) Itaque cum *Socium* quaeris, vide, vt tibi *ſociabilem aſſocies*, qui *Societatem* ſincere colat, et ſua bona et mala tecum habeat *ſocia*; nempe in *ſocialibus* illis rebus, in quibus *ſociati* eſtis. Requiritur autem ad *ſocialitatem* ſingularis paritas. Nam *inſociabiles*, ſi *ſociantur*, vel *conſociantur*, neceſſario iterum *diſſociantur*. NB.

Comicus eſt, qui condit *Comoedias*, vti *Terentius*, *Plautus* et alii. Sed *Comoedus* eſt *Hiſtrio*, qui agit geſtu et voce *Comoediam* conditam. Ita *Tragicus* autor eſt *Tragoediae*, vt *Seneca*; *Tragoedus* v. actor. H.

Cominus et *Eminus* Frontoni de *Iaculis* ita dicitur, vt *Illud* a manibus non recedat; *Hoc* vero e manibus emittatur (zz).

(zz) Quam *Differentiam* omnino vanam atque ridicularium eſſe, inde probamus; quoniam *Cominus* non idem eſt, ac *coram Manibus*, ſed potius *coram Minis*, quando *Minae* videlicet *Cuniculos*, vel *Foſſas ſubterraneas circa Vrbem* denotant. Sic *Eminus* qs. e *Minis* dicitur. *Hoc* notat *Locum* e *longinquo*; *Illud* v. e *propinquo*, ſiue *proximo*. *Eminus* vtimur armis quibusdam, vt *Bombardis*; *Cominus* quibusdam, vt *Gladiis*.

Comitia erant *Coetus vniuerſi Populi*, a *Magiſtratu* legitime conuocati, vt aliquid ſuffragio ſuo vel iuberet, vel vetaret (a). *Conuentus* erat, cum in vrbe a *Magiſtratibus* Iudicii cauſa per Praeconem *Populus* conuocabatur, vel in Prouinciis a *Praeſide* in aliquam Ciuitatem edicto *homines Pro-*

Digitized by Google

uinciales euocabantur, certa eius rei die ante praedicta; *Concilium* † vero erat, cum *Populi* (b) *pars* in certum aliquem locum contrahebatur, atque ex ea ſorte eligebantur *Viri* ad iudicandum, Romae *quinque* Senatores et *totidem Equites Romani*, in Prouincia *viginti Recuperatores*, qui *Ciues* quoque *Romani* erant, cum quibus *Praetor*, vel *Conſul*, dicebatur *Concilium exercere*, *praebere*que. Et *Comitia* quidem calabantur, *Conuentus* et *Concilium* (c) edicebantur, aut indicebantur. Liuius Lib. 44. *Nec* Comitia, *nec* Conuentum, *nec* Concilium vllum. Idem L. 49. *Siculorum ciuitatibus Syracuſas, aut Meſſanam, aut Lilybaeum indicitur* Concilium. *Praetor Romanus* Conuentus *agit*, *eo imperio euocati conueniunt*.

(a) Alias ita deſcribuntur, quod nimirum fuerint ipſa congregatio, in qua *Populus* de *Regni* negotiis praeclare conſultabat. De *iis* elegans extat *Pauli*, (G. F. P. N.) *Merulae Opuſculum poſthumum*, cum eiusd. *Merulae illo*, quod de *Praemiis*, *quae Militiam ſequebantur*, eſt inſcriptum, Ao. Seculi ſup. LXXV. et quidem *Iob. Poſtbii* cura, in *Batauia Gaaſequianis* literis in 12. exc.

† Haec differentia inter *concilia* et *comitia* non anxie ab autoribus obſeruata eſt, imo ſaepius reperitur alterum vocabulum pro altero poſitum. R.

(b) Ad *Concilium* enim *conciliantur* Populi, vt factioſis *conciliabulis* excitatae lites *concilientur*, animique *reconcilientur*.

(c) Horum *Synonyma* ſunt *Synodus*, *Conſiſtorium ac Primorum Seſſio*, vel *Senatus*.

Comitia, plurale tantum, conuentus populi, *comitium* eſt ipſe locus, der Reichs-Platz. Goclen. R.

Commen-

Commendare eſt (d) diligenter et honorifice (*) *aliquid* mandare (e). *Committere* (f) eſt alteri tradere, vt agat in re tradita, quicquid ipſi videatur †. Cicero pro Domo: *Vobis erga meam Dignitatem, Studium, et Iudicium non modo* commiſſum, *verum etiam* commendatum *eſſe arbitrantur.* Idem pro Quintio: *Tibi ſe, tibi ſuas omnes Opes Fortunasque* commendat, *tibi* committit *Exiſtimationem ac Spem reliquae vitae.* Terent. in Eunucho (g):

Ego me tuae commendo *et* committo *fidei.*

Vbi *Donatus*: *Commendamus* nos cognitis, *Committimus* ignotis. Quae *Differentia* nihili eſt (h). Sic ex Frontonis ſententia *Committimus* Conſilia, Pecuniam v. *Credimus.*

(d) alicuius fidei, h. e. (e) Sic, qui aliquem ante ſe *praemandat*, aut illi quid *commendat*, ſolet eum *commendare* litteris *commendatitiis*, ſi *commendabilis*, h. e. *commendatione* dignus eſt.

(f) cum *Particula* VT etiam ponitur in hunc modum: *Non committam*, vt *me negligentiae nomine iure poſtea accuſare poſſis.* Aliquando quoque in *malam partem* capitur, et idem eſt, quod *delinquere*, vel *ſcelus admittere.* Re ita comparata, diligenter videamus, ne quid *committamus*, ob quod oculos *demittere*, vultuque *demiſſo* incedere neceſſe habeamus. N B.

† *Committimus*, quae cum magno periculo volumus eſſe ſeruata. Donat. R.

(g) Act. V. Scen. 2, v. 46.

(h) Itaque *Hayneccius* praedicto *Terentiano* loco ſingularis explicationis inſtar *indocte* illam annexuit.

Commentarium libri, *Commentaria* voluntatis. R.

Comi-

Commiſceri proprie dicitur, quod non mutatur in aliam ſpeciem, ſed priorem retinet, vt ſi fuerint commiſtae *Maſſae Argenti*, aut *Vina*, *Frumenta*; *etc.* (i) *Confundi* (k), quod alii iunctum, ſiue adiectum, nouam generat ſpeciem, vt *Vinum* et *Mel* confuſa propriam pariunt ſpeciem, ſcilicet *Mulſum*. Plinius: *Et ſi* miſceantur, *facile* confundunt *colorem*. Vlpianus ad Edictum 16. Lib. 31. §. 2. D. de Rei Vend. *Si quid, quod eiusdem naturae eſt, ita* confuſum *eſt atque immixtum, vt deduci ac ſeparari non poſſit.*

(i) Nonnullae enim ſunt natura *miſtiles*, quae facile poſſunt *commiſceri*. Aliae ſibi aliquid *admiſceri*, aut *immiſceri*, vel *intermiſceri*, nedum *permiſceri*, minime patiuntur.

(k) *Confundi* de *Mineralibus* propriiſſime dicitur. Metallorum *Fuſor* enim *fundit* in *fuſorio*, et *confundit* mineras, e quibus *fuſis* caeteri *Fuſores* varia *fuſilia* in *fuſoriis refundunt* ac *transfundunt*. Nonnunquam etiam *Tropice* idem eſt, ac *pudefieri*, quod in *Pudore* ſanguis *confunditur* ſaepiſſime.

Commiſſus reſpicit voluntatem, *Permiſſus* poteſtatem. Cic. pro. Fontei. Frugi igitur hominem, iudices videtis poſitum in veſtra fide ac poteſtate, atque ita, vt *commiſſus* ſit fidei, *permiſſus* poteſtati. R.

Committimus conſilia, *Credimus* pecuniam, Corn. Front. R.

Commixtio proprie dicitur de rebus aridis, *Confuſio* vero eſt rerum liquidarum. R.

Commodatum et *Vtendum datum* hoc differre Antiſtius Labeo L. 1. D. Commodat. exiſtimauit, vt *Genus* et *Speciem*. *Commodari* enim rem mobilem, non etiam *ſoli*; *Vtendam dari* etiam *ſoli*. Contra Vlpia-

Vlpianus: *Proprie*, inquit, commodata Res *dicitur ea, quae* ſoli *eſt, idque* Caſſius *exiſtimat*. Viuianus amplius etiam *habitationem commodari poſſe* ait. Quam opinionem confirmat Cic. L. 4. Rhetoricor. *Cuidam* Aedes maximas *ad Nuptias* commodaſſe. Vnde apparet, haec nihil omnino differre, et idem eſſe *Commodare* (1), quod *rem Vtendam dare*, vt finito vſu, in quem data eſt, eadem ipſa reſtituatur, ſiue ſit *mobilis*, ſiue *immobilis*, ſiue *corpore carens*. Sed inter *Commodare* et *Mutuum dare* hoc intereſt, quod *Commodamus* ea, quae redduntur eodem *Numero* et *Specie*, vt *Vaſa*, *Veſtes*, *Libros*, *Iumenta*. *Mutuum damus* recepturi non *eandem Speciem*, quam dedimus, ſed *idem Genus*, i. e. tantundem *eiusdem Ponderis*, *Quantitatis*, *Qualitatis*, *Numeri*, vt *Pecuniam*, *Vinum*, *Frumentum*. Agraet. *Mutuidatio* enim conſiſtit in his rebus, quae *Numero*, *Menſura* et *Pondere* conſtant, vt ſcribunt Iurisconſulti L. 2. D. de Reb. cred. Quare Cicero abuſus eſt verbo *Commodandi*, cum in Verrina 6. dicit: *At publice* commodaſti, *non ſine magno quidem Prouinciae Siciliaeque detrimento*, Tritici *modios ſexaginta*.

(1) *Accommodare ſe tempori*, *commodum* eſt; ſed *Commodare alteri pecuniam* plerumque eſt *incommodum*. Multis enim ea res vere *incommodauit*. NB.

Commodus eſſe quis poteſt et alieno tempore ſuperuenire. *Opportunus* malum etiam aduentum habere poteſt. *Commodum* in homine, *Aduentus* in eius facto. Donat. R.

Commonemus praeterita, *Admonemus* praeſentia, *Praemonemus* futura. Agraet. R.

Com-

Commorari non eſſe *Habitare*, patet ex hoc loco Ciceronis de Senectute: *Ex hac vita ita diſcedo, tanquam ex hoſpitio, non tanquam e domo.* Commorandi *enim Natura diuerſorium nobis, non* habitandi, *dedit. Commorari igitur alicubi*, Germanis eſt verziehen, an einem Orte ſtille liegen. *Commoramur*, vt in *hoſpitio*, ad tempus; *Habitamus*, vt in *domo. Commorari* Graecis dicitur παροικεῖν, ſed *Habitare* κατοικεῖν. H.

Commune eſſe dicitur (m), cuius vſus *omnibus* eſt expoſitus, et proprietas occupanti cedit, vt *Aer, Aqua profluens, Mare, Littora Maris, Lapilli, et Gemmae, caeteraque, quae in Littore inueniuntur* (n). *Publicum* eſt, quod in communi *Populi*, aut *Ciuitatis alicuius* vſu et dominio eſt, nec occupanti conceditur, vt *Forum, Theatrum, Baſilicae, Via, Itinera publica* †. Sic *Commune Ius* (o) dicitur *Ius Gentium*, quo omnes Gentes vtuntur; *Publicum* vero, quod *Populus quiſque* ſibi conſtituit. Terent. in Phormione (p):

--- *Num iniquum poſtulo?*
Anne hoc quidem adipiſcar ego, quod Ius publicum *eſt?*

Sed interdum *Commune* ſumitur pro *Publico*, vt cum dicimus *Commune Ius*, quo *omnes eiusdem Ciuitatis Ciues* vtuntur, reſpectu *ſingularis et proprii Iuris*, quod non in *vniuerſos Ciues*, ſed in *ſingulos* conſtitutum eſt, et appellatur *Priuilegium*, vt *Commune Bonum, Malum. Communis Res* atque *Communis Salus* paſſim apud *Claſſicos*.

(m) quod

Digitized by Google

(m) quod ad plures aeque pertinet, ſeu

(n) Sic *communia Bona communiter* curari debent. De his quandoque *communicamus*, h. e. *communia facimus*, iis, qui extra *Communitatem* ſunt. Contra vero eos, qui illis indigne *communicant*, h. e. *communia habent*, a *Communione* remouendo *excommunicamus*.

† *Publicae* res ſunt, quarum quidem vſus omnibus et ſingulis ex populo patet, proprietas vero ad populum pertinet. R.

(o) De *Communi Romanorum Ciuium Iure* vid. *Manutii* Lib. 1. *Antiq. Romanar.* qui eſt de *Legibus*, p. 51.

(p) Act. II. Scen. 3. v. 64.

Communitas (q) eſt communicandi voluntas; *Communitio* vero vndique munitio. *Corn. Fronto.*

(q) An autem *haec Vox*, quae alias CICERONI *Iuſtitia ciuilis* eſt, apud *Claſſicos* quoque in *ſenſu hoc* ſumatur, hanc ob cauſam dubii ſumus, quoniam ne vllum quidem Exemplum, diu licet in illud inquiſitum, reperire potuimus.

Comparia vaſa Delphica ſemper ſunt, vnde ipſe Cicero dicebat: ſcyphorum *paria* complura. Agraet. R.

Compendium vtique ad pondus pertinet, *Diſpendium* detexitur in ponderibus, *Damnum* dat omnibus, *Detrimentum* vſum tritum: *Iactura*, quod iacitur ex onere nauis. *Corn. Front.* R.

Comperio eſt ab alio cognoſco (r), *Comperior*, ipſe colligo. *Illud* fit inueſtigatione (s), *Hoc* opinione et coniectura. Terentius in Andria (t):

Quaerebam, comperiebam *nihil ad Pamphilum*
Quidquam attinere. - - -

Salluſt.

Digitized by Google

Salluſt. in Iugurtha: *Metellum magnum et ſapientem Virum fuiſſe* comperior. Id. ibidem: *Sed ego* comperior *Bocchum magis Punica fide*. Tacitus Lib. 4. Annal. *Hunc ego Lepidum temporibus illis grauem et ſapientem Virum fuiſſe* comperior.

(r) ſ. certum reperio, ſiue deprehendo. (s) Ideoque idem eſt, ac *explorando* cognoſco, Quicquid igitur ſic *comperimus*, *expertique* ex voto ſumus, habemus pro *comperto* ſertique *experimentis* noſtris atque *experientia inexpertos* quoque doceamus.

(t) Act. I. Scen. I. v. 63. ſeq.

Complura non, niſi de *maiore Numero*; ſed *Plura*, de *duobus* ſaltem *commode* poſſunt dici. *Hoc*, (cuius *Superlatiuus* PLVRIMVS,) *Comparatiui Gradus* eſt; *Illud* vero, ſingulari Numero carens quippe, *minime*. Non dicitur a. *Complurimus* aeque, ac *commultus*, quod *Romanarum Venerum ſtudioſiſſimis* optume eſt notum. H.

Compluuium eſt locus, in quem Aqua pluuia de diuerſis tectis confluit. *Impluuium* eſt locus (u) ſub Dio, quo (x) Aqua deiecta accipitur. *Alterum* ſurſum eſt ad *Tectum*; *alterum* deorſum ad *Terram*. Varro Lib. 4. de Lingua Lat. *Si relictum erat in medio, vt lucem caperet deorſum, qua impluebat*, Impluuium *dictum*, *ſurſum*, *qua compluebat*, Compluuium. Terent. in Phorm. (y).

Anguis per impluuium *decidit de tegulis*.

(u) addamus *ſine Tecto* (x) imber impluit, ſeu

(y) Act. IV. Scen. 4. v. 27.

Comptum, genus libaminis, quod ex farina conſper-

ſperſa faciebant: *comptum* Afranius pro ornatu et cultu poſuit. Feſt. R.

Concertatio ipſe actus. Terent. in Andr.

Nunquam vidi iniquius concertationem *comparatam.*

Certamen res ipſa, de qua certatur, Virg. lib. 5.

Velocis iaculi certamina ponit in vlmo. Don. R.

Conciliabulum et *Forum* ſeparat Liuius Lib. 25. *Qui vltra quinquageſimum lapidem in Plateis* Foris*que, et* Conciliabulis *omnem copiam Ingenuorum inſpicerent.* Et alibi: *Decem-Viri ſupplicationem in biduum valetudinis cauſa in Vrbe, et per omnia* Fora *et* Conciliabula *edixerunt.* Hoc autem intereſt, quod *Conciliabulum* erat locus in *Agris*, aut *Vicis*, ad quem *Ruſtici* frequentes emendi, aut vendendi cauſa conueniebant certis Nundinarum diebus (z). *Forum* (aa) erat locus in prouinciis, ſiue *Oppidum*, ſiue *Vicus*, in quo *Magiſtratus* ius dicebat, et de priuatis Controuerſiis cognoſcebat. Vnde *Forum agere* dicebatur, qui Prouinciae praeerat, cum *Conuentum* Iuris dicendi cauſa habeat, et *Forum indicere*, cum *Tempus* et *Locum* Iuris dicendi deſignabat. Quanquam interdum etiam in *Conciliabulis* ius dicebatur, et quaeſtiones extraordinariae exercebantur. Vnde C. *Grachus* orationem habuit et inſcripſit, cum circum *Conciliabula* iret. Liuius L. 40. *Veneficii quaeſtio ex C. quod in Vrbe propiusue Vrbem decem millibus paſſuum eſſet, commiſſum* C. Claudio, *Praetori, qui in locum* T. Minutii *erat ſuffectus: vltra decimum*

mum lapidem per Fora, Conciliabula*que* C. Menio, *priusquam in Sardiniam Prouinciam traiiceret, decreta.* In Lege Manilia: MAGISTRATVS, QVI IN EA COLONIA MVNICIPIO, PRAEFECTVRA, FORO, CONCILIABVLO, IVRI DICVNDO PRAEERIT.

(z) Ideoque *Conuenticulum temerariorum hominum* (*Germanis* ein Gelach/ oder unrechtmäßige Zuſammenkunfft) nequaquam inepte dicitur.

(aa) In *genere* deſcribitur, quod ſit praecipua *Vrbis* Area, rebus vendendis et emendis deſtinata.

Concinnare eſt apte componere (bb), *Concinere* vero eſt conuenire (cc). Feſtus.

(bb) et quidem *Capillos* proprie. Nam qui *Cinnos concinnos* vult habere, diſcat *Capillos concinnos concinnare*, atque, ſi eorum *concinnitas* turbata eſt, *reconcinnare.*

(cc) Vnde *Concentus* eſt ſonorum in *cantu* congruentia.

Concubina eſt, quae cum *Coelibe* conſueuit, et *Vxoris* loco *ſine Nuptiis* domi viuit. *Pellex* eſt, quae corpus miſcet cum *eo*, *qui vxorem habet* (d). *Illa* extra Poenam *Legis Iuliae* et ſine *infamia* olim habebatur. *Huic* Poena erat a *Numa Pompilio* conſtituta *hac Lege* (ee): PELLEX ARAM IVNONIS NE TANGITO. SI TANGET, IVNONI CRINIBVS DEMISSIS, AGNVM FOEMINAM CAEDITO. Arnobius Lib. 4. (*) adu. Gentes p. 141. ſeq. Edition. Batauo-Lugdunenſis Thyſianae: *An vxore contentus* (ſc. IVPITER) *haud vna*, Concubinis, Pellicibus, *atque Amiculis* (*ff*) *delectatus* (*) *impatientiam ſuam ſpargebat paſſim*, *vt babecali Adoleſcentes ſolent*, *ſalax Deus et canus ex* *finitis*

Digitized by Google

ſinitis corporibus flacceſcentium voluptatum reſtituebat ardorem (gg)? Sed *Pellex* apud *Antiquos* ſignificauit *Concubinam*, quam *Graeci* vocant Παλλακὴν, vt Iuriſconſulti annotarunt L. 144. D. de Verb. Sign. Et ſic Iuſtinus dixit *Cyri Pellicem*, vt et Curtius de Alexandro *Regis Pellicem*. Quibus in locis Valla et Budaeus bene reponunt *Pallacam*, qua voce, vt *Latina*, vtuntur Plinius Lib. 35. (hh) et Suetonius in Veſpaſiano (*) c. 21.

(dd) *Pellex* autem *ſic* dicitur, quod *Maritum* ab *Vxore* fraudulenter *pellicit*. *Pellicere* n. eſt in *fraudem* aliquem *allicere*. Nonnullis dicitur a *pellendo*, quod *legitimam Vxorem ſuo a Marito* (proh dolor!) fere *pellit*.

(ee) Extat a. *haec Lex* apud *Manutium* Lib. I. *Antiqu. Romanar.* qui eſt de *Legibus*, p. 125. Apud *Gellium* vero Lib. 4. c. 3. (et quidem *Tornaeſianae Editionis*, quam *caeteris accuratiorem* multoties deprehendimus) his verbis conſignata eſt: PELEX. ASAM. IVNONIS. NE. TAGITO. SI. TAGET. IVNONI. CRINIBOVS. DEMISSIS. ARNVM. FEMINAM. CAIDITO.

(ff) Has *Graeci* ἐρωμένας vocant, easque ab *Vxore legitima* haud inique ſeparant. Vid. *Deſid. Heraldus* in *Animadu.* ad h. l. p. 170. praelaud. *Edition.*

(gg) Similem ferme locum habemus ap. *eund. Arnobium* eod. *Libr.* p. 150. vbi verba ita ſonant: *Ipſe ille* Iupiter, *cuius vos nomen effari non ſine metu decuit et totius corporis concuſſione, amaſio captus ab Vxore deſcribitur confiteri culpas ſuas, et veluti demens ac neſcius, quas Amiculas Coniugi, quas Vxori antepoſuerit* Pellices, *obduratus inuerecundia publicare.*

(hh) c. 10. Vbi *Editiones Veterum* pro *Pallaca*, PALLACIA *falſo* ſubſtituunt. Illa a. *Pallaca*, cuius h. l. fit mentio, *Campaſpe* nominabatur, deamabaturque ab *Alexandro M. Macedonum Rege*. Cum a. *Apelles* nudam illam

ob admirationem formae *Regis iuſſu* pingeret, eumque *Alexander* pari captum amore ſentiret, illi dono dedit eam. Quo de facto *Plinius* ſubtiliter atque magnifice (*loc. cit.*) differit: *Magnus*, (inquiens) ALEXANDER nempe, *animo maior imperio ſui: nec minor hoc facto, quam victoria aliqua. Quippe ſe vicit, nec torum tantum ſuum, ſed etiam affectum donauit Artifici, ne Dilectae quidem reſpectu motus, vt, quae modo* Regis *fuiſſet, modo* Pictoris *eſſet.*

Condonare eſt remittere, *Donare* eſt dono dare. R.

Conducere eſt inquilini, et ſignificat, entlehnen; *Locare* eſt poſſeſſoris et ſignificat, verlehnen. R.

Confertum ſignificat denſum et conſtipatum. *Refertum* idem eſt, quod plenum, ſicut *Conſarcire* eſt condenſare, *Refarcire* eſt opplere (ii). Caeſar de Bello Gallico: *Vt nunquam conferti, ſed rari magniſque interuallis praeliarentur.* Cicero Lib. 2. ad Q. Fratrem. *Litteris* refertis *omni officio*: Idem pro Seſtio: *Meminiſtis tum Iudices corporibus Ciuium Tiberim repleri, cloacas* refarciri. Varro Lib. 3. de Re Ruſtica: *Quo facto, non modo non deſiſtunt pugna, ſed etiam conſarciunt ſe lingentes.*

(ii) Sic *Fartor* facit *fartilem* Anſerem farraceis *farturis*, et poſtquam ſatis *fartus* eſt, mactat illum, *farcitque* denuo *farturis* pomorum, vel aliis, atque ſic *fartum* aſſatumque imponit menſae. Similiter facit *Fartor* ex *effartis* inteſtinis *farcimina*, quibus *ſuffarcinatus* prodit in forum hominibus *refertum*, vel *differtum*, exponitque venum *confertim*, quibus voraces, rurſum *effarciunt* et *offarciunt* viſcera.

Confidentia interdum in *bona* (kk), interdum quoque in *mala* ſignificatione (ll); *Fiducia* (mm) vero ſemper in *bona* accipitur. *Donat.*

(kk) et

Digitized by Google

(kk) et tunc eſt *Vera Fiducia*;

(ll) et tunc eſt vere noxia; praeprimis ſi eſt nimia.

(mm) Haec *Ciceroni* diuerſis in Locis *Pactum eſt cum conditione redimendi, redhibendique, quod venditum eſt.*

Confines ſunt, qui iisdem *Finibus* ſe inuicem attingunt (nn). *Vicini* (oo), qui ſunt loco proximi. Ita *Confines* dicuntur Agri; Praedia *Confinia*, *Vicini* Homines; *Vicinae* Aedes. Cicero Lib. 2. Officior. Vicinitatibus *et* Confiniis *aequum facilem.* Salluſt. in Iugurtha: *Vti quisque potentiori* confinis *erat, ſedibus pellebatur.* Paulus ad Edictum 23. L. 4. §. 10. de Fin. reg. *Hoc iudicium locum habet in* Confinio *Praediorum ruſticorum, vrbanorum diſplicuit; neque enim* Confines *hi, ſed magis* Vicini *dicuntur, et ea communibus parietibus plerumque diſterminantur.*

(nn) Ita *Confinium*, vbi *Limites Agrorum* concurrunt.

(oo) Qui in eodem *Vico* habitant, aut in *proxima Vicinia*, ſiue

Confiſcare eſt (pp) in *FISCVM Principis* cogere. *Publicare* eſt *venale* in *publicum* deducere, et ad *Aerarium Populi* referre. Salluſtius in Catilina: *Cenſeo* publicandas *eorum Pecunias.* Suetonius in Auguſto: *Deuictisque his et* confiſcatis *promiſſa Veteranis praemia ſoluerentur.* Confunduntur tamen *haec duo* interdum maxime apud *Autores poſterioris Aeui*, quo ad *Fiſcum principis* (qq) omnia redibant. Paulus ad Edictum 32. L. 22. §. 5. D. Mandat. publicatis *Bonis, quicquid poſtea adquiritur, non ſequitur Fiſcum.* Sext. Rufus in Epitom. Hiſtor. Rom. *Tanta fuit penuria Aerarii Romani, et tam ingens fa-*

Digitized by Google

ma opum Cypriarum, vt, Lege lata, Cyprus confiſcari *iuberetur.*

(pp) *Principis Fiſco* Bona adiudicare, ſeu
(qq) (Singulari cura *Fiſcarii*, qui diligenter, quae Bona *confiſcanda* erant, cognoſcebat.)

Co*nſitetur*, qui de ſe tantum et qui inuitus, *Indicat* is, qui de ſe volens aliquid, et de aliis etiam, prodit. Donat. R.

Co*nfiteri* eſt contra ſe fateri (rr). Vnde *Confeſſio* (proprie) definitur qualiscunque contra ſe Pronuntiatio. *Profiteri* pro ſe edere. *ILLVD* plerumque fit *coacte*; *HOC vltro et palam* (ss). Cicero pro Caecinna: Confiteatur *atque ita libenter* confitetur, *vt non ſolum* fateri, *ſed etiam* profiteri *videatur*. Id. pro M. Tullio: *Hoc ego non ſolum* confiteor, *verum etiam* profiteor †. Sic *Confitemur* Delicta, *Profitemur* Cenſum, Artem, Indicium. Salluſt. in Iugurtha: *Multis hortantibus, et inprimis*, Albino *Conſule, indicium* profitetur. Tacitus Lib. 5. Annal. *Et ſummum ſupplicium parabatur, ni* profeſſus *indicium foret.*

(rr) In *ſpecie* Sacerdoti peccata ſua *aperte* fateri.
(ss) Ideoque *proprie* idem eſt, ac *publice* fateri. Interdum quoque eſt *publice* et *apud Acta* aliquid enunciare, vt cum *Magiſtratui deferimus, quantum rei alicuius a nobis poſſidetur*, hoc eſt, vt *vulgo* dicitur, *deſignamus poſſeſſiones* et *Redituum noſtrum* vel *Bonorum noſtrorum magnitudinem.* Sic ex prouinciis decedentes quondam Imperatores *profitebantur* inter certos dies. Antiqui quoque *Liberos natos* ſibi *profitebantur* apud *Acta*. Sic enim *Iuuenalis* Satyr. IX. v. 84. ſeqq.

Tollis enim, et libris Actorum *ſpargere gaudes*,
Argumenta Viri, foribus ſuſpende coronas.
Iam PATER *es.*

Immo

Immo *Profiteri* etiam idem eſt, ac quod *Diſciplinam*, *Artemue aliquam tenere ſe ſignificare.*

† honeſtius *profiteri*, quam *confiteri*. *R.*

Confutare (tt) eſt redarguere verbis. *Refutare* eſt reprimere aut facto, aut verbis. *Repudiare* (uu) non admittere, quod *plus* eſt, quam *Confutare* (xx). Terent. in Phorm. (yy)

- - - Confutauit (zz) *verbis admodum iratum Patrem.*

Cicero pro lege Manilia: *Obſoleuit iam iſta ratio, re multo magis, quam verbis* refutata.

(tt) *Proprie* de *Olla feruente* dicitur, et idem eſt, ac illam affuſa aqua frigida, compeſcere; *Tropice* vero Argumenta ſoluere atque refellere denotat.

(uu) eſt *repellere*, vel *reiicere*, et conſequenter

(xx) Sic SPONSVS aliquando repudiat SPONSAM, aut ipſe accipit *Repudium*, fiuntque *repudioſae* Nuptiae.

(yy) Act. III. Sc. I. v. 13. Sic *Confutari Dictis* dicitur *in Heautontim.* Act. V. Sc. I. v. 76.

(zz) Sc. *Phormio Paraſitus*, et quidem *ſeruili contemtu.*

Congeries lapidum eſt, *Strues* proprie lignorum. R.

Congiarium eſt dictum a *congio*. Eſt a. *Congius* menſurae nomen, ſex capax ſextariorum, vt Priſcianus autor eſt. *Congiarium* ponitur pro munere imperatorio ſ. imperatoris, quod populo datur. *Donatiuum* pro eo, quod militibus erogatur. *Donaria* ſunt munera ſ. dona, quae Deo offeruntur, ſ. templorum aerariis conſecrantur, *ἀναθήματα*. R.

Digitized by Google

Coniectura eſt rei latentis indicium, quae per *rationes* et *ſigna* veritatem exquirit (a): *Suſpicio* eſt de re incognita tenuis dubitatio (b), quae *ſubito* incidit: *Haec* leuis eſt, et vt plurimum falſa; *Illa* firmior et veriſimilior. Cicero de Lege Agraria: *Haec a me* ſuſpicionibus *et* coniectura *coarguuntur.*

(a) Vnde et pro ipſa *Opinione*, *Diuinatione*, *Auguratione* atque *Argumento probabili* accipitur.

(b) ſeu *Scrupulus*, vel ſcientia incerta

Coniurare malorum, *Conſpirare* interdum bonorum eſt. Acron ad Horat. R.

Coniuratio eſt, quae Iureiurando firmatur, vt *Coniuratio Catilinae in Rempublicam*, de qua Salluſtius: *Fuere ea tempeſtate, qui dicerent*, Catilinam, *oratione habita, cum ad Iuſiurandum Popularis ſceleris ſui adigeret, humani corporis ſanguinem vino permixtum in pateris circumtuliſſe. Conſpiratio* fit ſolo conſenſu (c), vt *Conſpiratio* in *Caeſaris Necem*, de qua loquens Suetonius haec duo confundit, vt *Quae cauſa* Coniuratis *maturandi fuit deſtinata negotia, ne aſſentiri neceſſe eſſet.* Rurſus: Conſpiratum *eſt in eum a ſexaginta amplius*, C. Caſſio *et* D. Bruto, *Principibus* Conſpirationis.

(c) Vnde et *Conſpiratio* nonnunquam quoque *Conſenſionem*, ſeu ipſum *Conſenſum* denotat. Immo et, ſi inprimis in *malam partem* ſumitur, pro ipſa *Coniuratione* a *Cicerone* et *Liuio* paſſim vſurpatur.

Conlucare Arbores, eſt decidere ramos (d) officientes lumini, et locum luce implere, *Sublucare* eſt

eſt ramos ſupputare, et veluti ſubtus lucem mittere, vt interpretatur *Feſtus* (e). Columella Lib. 2. *Neque terram aperire, neque* Arborem conluçare. Paulus Lib. 5 *Sententiar*. Arbor, *quae in alienas Aedes, vel in Vicini Agrum, imminet, niſi a Domino* ſublucari *non poteſt, iſque conueniendus eſt, vt eum* ſublucet. Vtrumque in *profano loco* olim licebat, in *ſacro* non, niſi facto piaculo, vt tradit Cato de Re Ruſt.

(d) nempe *profanae Syluae*

(e) Lib. III. et Lib. XVI. Conf. *Simonis Schardii* Lexicon Iuridicum p. 240. col. b.

Conſcius et *Scius* hoc differunt, quod *ſcius* ſecum, *conſcius* cum alio *ſcius* eſt, licet *conſcium* indifferenter poſitum legerimus. Non. R.

Conſcribere eſt multa *ſimul* ſcribere. *Exſcribere*, quod ab *aliis* ſcriptum ſit, transferre. *Transſcribere*, cum Ius noſtrum in *alium* tranſit (f). *Inſcribere* Accuſationis eſt, vel Occaſionis. *Adſcribere* Significationis. *Deſcribere* Dictionis, vel Ordinationis. *Agraetius*.

(f) Sic *fundum alicui transſcribere*, eſt Iure ceſſo tradere. Ponitur et *Transſcribere* pro eo, quod *vulgo ſuper alium onerare*, dicunt. Nonnunquam quoque idem eſt, ac in *aliud Exemplum* aliquid ſcribere, quod *ICtis* vulgo et communiter dicunt *Copiare*.

Conſecrare eſt e profano ſacrum facere, non *verbis* modo *ſolemnibus*, ſed etiam *manu*. *Dedicare* eſt DEO *dicendo* dare, atque dicare. Itaque *Conſecratio* prior et religioſior eſt, quam *Dedicatio*

tio † (g). Cicero pro Domo: *An* Conſecratio *nullum habet ius*, Dedicatio *eſt religioſa. Quid ergo illa tum obteſtatio tibicinis? quid foculus? quid preces? quid priſca verba voluerunt?* Sic olim *Conſecrabantur* REGES et IMPERATORES MORTVI, cum in *Deorum* numerum referebantur magnificentiſſimo apparatu, quem deſcribit *Herodianus;* item LOCA PROFANA et BONA DAMNATORVM, quae *religione* obſtringebantur; rurſus AEDES SACRAE, ARAE a Magiſtratu, *Pontifice* praeeunte, dicendo: *Dedicabantur* (h). Cicero in Conſolatione de Morte Filiae: *Teque omnium optimam doctiſſimamque, approbantibus Diis immortalibus ipſis, in eorum coetu locatam ad opinionem omnium Mortalium* conſecrabo. Idem de Lege Agraria: *Tum ipſum veterem* Carthaginem *vendunt, quam*, P. Africanus *nudatam teſtis ac moenibus ſuis, ad notandam* Carthaginenſium *calamitatem, ſiue ad teſtificandam noſtram victoriam ſiue ad oblatam aliquam religionem ad aeternam hominum memoriam* conſecrauit. Et pro Domo: *Cum ſuis ſe dicat manibus* conſecraſſe, *quae tua fuit* conſecratio?

† *Dedicatio* plus habet religionis, et a Pontifice tantum, *conſecratio* etiam a Tribuno plebis alioque ritu fiebat. *Dedicatio* magnam habet religionem. Cicero pro domo ſua. R.

(g) Alii *hanc Differentiam* hunc in modum exprimunt dicendo: *Conſecrare* idem eſſe, ac *Mancipare*, et ad *Rem* referri; *Dedicare* vero, ſeu *dicare*, denotare *proprie* aliquid dicendo deferre, atque obſequio dare praeſtanti cuidam NVMINI inque *perpetuum* aliquid conſtituere.

(h) Vid.

Digitized by Google

(h) Vid. *Schardius* loc. cit. p. 240. col. b.

Conſequimur ſtudio (i); *Obſequimur* officio; *Perſequimur* iniuria; *Proſequimur* ordine; *Aſſequimur* voto. *Agraet.*

(i) Ideoque *Conſequi* idem eſt ac *adipiſci* atque obtinere. Nonnunquam quoque pro *aſſequi* eleganter ponitur. Sic *ex Reipublicae cauſa glorioſam Victoriam conſequi* apud *Ciceronem* pro *Coelio* inuenies.

Conſerere manum dicimus cum hoſte, *Aſſerere manu*, enim libertatem comprehendimus. *Conſerere manum* in Iure ſignificat, de qua re diſceptatur in re praeſenti, ſiue ager, ſiue quid aliud eſt, cum aduerſario ſimul *manu prendere*, et in ea re ſolemnibus verbis vindicare. Priori tempore fiebat praetore inſimul abeunte et praeſente, ſed ſequentibus temporibus alter alterum ex litigantibus ad conſerendum manum in rem vocabant, atque terrae aliquid ex eo, de quo litigabant, ad praetorem deferebant, atque in ea gleba, tanquam in toto agro, vindicabant. Gell. Noct. Attic. XX. 10. R.

Conſeruamus parta, *Quaerimus* noua, *Parcimus* omnibus. Donat. R.

Conſideratius eſt prouerbium ex *Cognomine*; *Conſiderantius* ex *Participio*. Corn. Fronto.

Conſignare eſt Signo impreſſo occludere: *Obſignare* eſt teſtificandi gratia Signum imprimere (k); Vnde *Conſignari* dicuntur Litterae, *Conſignari* Pecunia, quod in ſacculo lineo traiecto ſignisque cerae impreſſis olim deponebatur, et *Obſignari* item Litte-

Litterae, Teſtamenta, cum Teſtium ſubſcriptione et annulis ſignatoriis firmantur: *Obſignari* Bona, Praedia, Aedesque, Tabulis ſignatis obligantur, vel in publicas Tabulas referuntur, vt ab Apparitoribus fieri ſolet. *Plautus in Bacchidibus* (l):

- - *Has Tabellas* obſignatas, conſignatas, *quas fero.*

Confundunt tamen haec Autores, vt *Conſigno* pro *Obſigno*. Cicero pro Quinto: *Tabulae maxime Signis hominum nobilium* conſignantur, *a quo* Conſignationes *appellantur teſtationes*, *in Tabulis* obſignationes *perſcriptae*. Quintilianus Lib. 13. *Promittit enim Litigator omnia, Teſtem Populum, paratiſſimas* Conſignationes. Rurſus *Obſigno* pro *Conſigno*. Cicero pro Flacco: *Laudatio* obſignata *erat creta illa Aſiatica, quae fere eſt omnibus nota nobis*. Idem pro Cluentio: *Pecuniaque* obſignata, *quae ad eam rem dabatur, in manibus* Scamandri *deprehendit*.

(k) Seu impreſſione Signi ſui teſtari et confirmare. Alias *Obſignare* Verbum eſt *antiqui Iuris*, quod ad iniurias propulſandas, dum alicuius Bona publice poſſidentur, pertinet.

(l) Act. IV. Sc. IX. v. 11. Conf. Sc. VII. eiusd. Act. v. 4. et Sc. IIX. v. 83.

Conſilium in bonis animi, *Res* in poteſtate fortunae. Donat. R.

Conſilium videtur coetus prudentum et paucorum, *Concilium* multitudo τῶν τυχόντων. R.

Conſtans innuit ſoliditatem, *Perpetuus* durationem temporis. R.

Conſternere et *Conſterni* corpore, *Conſternari* animo dicitur. R.

Con-

Conſueſcimus Bona; *Inſueſcimus* Mala; *Aſſueſcimus* vtraque. *Agraetius*.

Conſuetudo eſt Ius quoddam non ſcriptum, tacito conſenſu Populi, et voluntate vtentium introductum (m). *Mos* autem (n) eſt ipſe actus et vſus inueteratus, ex quo Conſuetudo induci ſolet (o); Cicero pro Cluentio: *Non* Mos Conſuetudoque *ſeruata*. Idem Lib. I. Offic. *Ad eorum* Conſuetudinem Moremque *deduci*. Ibidem: *Contra* Morem Conſuetudinemque *ciuilem fecerint*. Arnobius Lib. 2. *Fiet enim familiaris e* More Conſuetudo *in naturam verſa*. Etſi haec frequenter confunduntur, maxime ab *Autoribus Iuris*, apud quos *Conſuetudo* factum nudum denotat, et *Mos* Ius non ſcriptum: cuius rei exempla ex ipſorum Libris plurima depromi facile poſſunt.

(m) Apud *Ciceronem* ponitur quoque ſaepiſſime pro *intima quadam Familiaritate*, ſiue *Amicitia*. *Plautus* autem *Conſuetionem* pro *Conſuetudine*, ſiue *Aſſuetudine*, h. e. *aſſueſcentis Habitu* haud infrequenter vſurpat.

(n) quod a *Modus* per *Syncopen* deducitur,

(o) *Iulio Feſto* de *Verbor. Signif.* Mos eſt Inſtitutum patrium pertinens ad *Maiorum Religiones* atque *Ceremonias*.

Conſul eſt Tutor annuus Reipublicae, ſeu Senatus Praeſes publicorumque Conſiliorum Director. Dicebatur quoque olim is *Conſul*, qui *Exercitui* ſolus imperabat. *Conſularis* autem eſt, vel qui ipſe *Conſul* fuit, vel cuius Maiores etiam *Conſulatum* geſſerant. Vnde *Conſularis Dignitas*, et *Conſulare Officium*. H.

Con-

Digitized by Google

Conſulatus eſt dignitas et poteſtas conſulum ordinariorum, aut ſuffectorum etiam, *Conſularitas* vero eſt conſulum honorariorum dignitas, qui nudam dignitatem, non adminiſtrationem a Iulio Caeſare conſequebantur. Caſſiod. VI. Epiſt. 21. adde L. 4. C. de Conſul. R.

Conſulta appellantur, quaecunque de *Conſilii ſententia* ſtatuuntur, *Decreta* ſunt, quae *Praefectus* aut *Magiſtratus* ſine *Conſilio* ſingulis de rebus pro *ſuo iudicio* decernit et pronunciat (p). Salluſt. in Iugurtha: *Oportere quinquennii* Conſulta *et* Decreta *omnia reſcindi.* Liuius Lib. 3. *Leuius enim vaniusque profecto eſt ſua* Decreta *et* Conſulta *tollere, quam aliorum.* Sed *Senatus conſultum* et *Senatus decretum* aliter differunt, vt ſuo loco dicemus.

(p) Ideoque DECRETA ſunt vel *Interdicta*, vel *ipſa Conſulta*, vel *Scita.* Vnde *Ciceronianae* Formulae: *Decretum facere*, atque *Decretum interponere.*

Conſultor eſt, qui conſulit; *Conſultus*, qui conſulitur (q), *Conſultum* vero res ipſa, de qua conſulitur. *Seru.*

(q) Seu a quo Conſilium eſt petitum. Quando autem eſt *Nomen*, et non *Participium*, (vti h. l.) ponitur pro *IVRIS Prudente.*

Contemnere eſt parui ducere, *Deſpicere* infra ſe exiſtimare, *Spernere* cum faſtidio reiicere et ſegregare (r). Ita *Contemnere* plus eſt, quam † *Deſpicere*, *Spernere* plus, quam vtrumque iſtorum. Cicero pro Muraena: *Rempublicam* deſpexit *atque* contempſit. Idem Lib. 2. Offic. Deſpiciunt *autem eos et* contemnunt. Terent. in Andria (s):

Quot

Quot modis contemtus, ſpretus?

(r) Ideoque ſunt nonnulli, qui Verbum SPERNERE a *ſeparando* deductum eſſe exiſtimant, quoniam ea, quae faſtidimus, reiicere ac quaſi a nobis ſeparare ſolemus.

† *Deſpicere* grauius eſt, quam *contemnere*. Cic. de Senect. *Contemni* ſe putant, *deſpici*, illudi. Non. R.

(s) Act. I. Sc. V. verſ. 13.

Contentio, illa pars orationis in accuſatione coram iudice, non crimen illud ſolum, quod intendebatur, ſed totius praeteritae vitae criminationem complexa eſt, teſtibus et argumentis quibuslibet adhibitis; *Peroratio* vero erat pronunciatio grauis et vehemens, *contentioni* ſubiecta, ad commouendam miſericordiam, aut quemcunque cauſa poſtulabat motum. R.

Continentia ab effectibus, *Abſtinentia* ab alienis, *Temperantia* ab omnibus. R.

Contingunt bona, *Accidunt* mala, *Eueniunt* vtraque. Agraet. R.

Continue fit, quod aſſidue, i. e. ſemper: *Continuate*, quod ſine intermiſſione, continuato, ſtatim fit; *Corn. Fronto.*

Contra Particula Anthitheſeos eſt; *Viciſſim* alternationis. Attamen nonnunquam ab optimis Latinis, *Paulo* inprimis *Manutio*, CONTRA pro *Viciſſim* poni conſtat. Goclen. H.

Contrarium eſt negotium: *Aduerſarius* eſt homo, *Corn. Fronto.*

Contumelia grauior eſt quam *Iniuria* (t). Nam *Contumelia* Dignitatem alterius atterit et minuit: *Iniu-*

Digitized by Google

Iniuria laedit Famam, vel damnum infert, aut iniuſte agit. Haec enim tria *ſpecialiter Iniuria* ſignificat. *Conuicium*, vt in actione Iniuriarum; *Damnum* culpa datum; vt in *Lege Aquilia*; *Iniquitatem* et *Iniuſtitiam*: vt tradit Vlpianus L. 5. § 1. D. ad *Leg. Aquil.* Salluſt. in Catilina: Iniuriis Contumeliisque *concitatus*. Cicero Lib. 3. in Verrem: *Cum maximis* iniuriis contumeliisque. Idem: *Quibus tu priuatim* iniurias *plurimas*, contumeliasque *impoſuiſti*. *Contumeliam* inferunt, *Iniuriam* patiuntur homines. *Corn. Fronto*. Pacuuius in Periboea (u);

Patior facile iniuriam, *ſi eſt vacua a* contumelia.

(t) HAEC *generaliter*; ILLA autem *ſpecialiter* conſideratur. Ex quo apparet *Contumeliam* plus eſſe, quam *Iniuriam*.

(u) p. 251. Edition. *Stephanianae*, vbi *Nonius* hunc Locum ſic illuſtrat; Iniuria *leuior quaedam res eſt* Contumelia.

Conuicium, quaſi Conuocium, a conuentu ſc. multarum vocum ſ. a multitudine vocum confuſarum conueniente. *Conuitium* notat labem vitiumue aedificiorum. Lib. Ortograph. p. 50. R.

Conuenit in vnum, *coit* in multos *Corn. Fronto*.

Copiae de exercitu Num. plurali dicimus; *Copia* vero aliarum rerum eſt (x). *Seruius*.

(x) Alias *Copia* a *Varietate* ſic diſtinguitur, quod poteſt eſſe *Copia* aliquarum rerum ſine *Varietate*: vt ſi quis *Virgilios*, vt ita dicam, mille habeat, et praeterea nullos Poëtas alios, magnam hic quidem *copiam* librorum habet *Virgilii*, ſed non Poëtarum *Varietatem* †.

† Sic in oratione, qui vno modo dicunt, iisdemque perpetuo verbis vtuntur, *copioſi* quidem eſſe et dici poſſunt, ſed

Digitized by Google

ſed nulla dicendi *Varietate* delectant. *Varietas* vero non ſine *copia* eſt. R.

Coram indiget adiectione. *Palam* non indiget. *Coram* ad certas Perſonas refertur (y), vt: Coram *quem quaeritis, adſum*: Palam *ad omnes. Donatus.*

(y) Lege *Iohannis Strauchii*, ICti ſummi, Lexicon *Particularum Iuris* p. 36. col. b. vbi videndum, *Particulam* CORAM non ſolum *Proximitatem* ſignificare, ſed et *Praeſentiam intellectualem* atque *operatiuam* aeque, ac *Perſonalem* importare.

Corinthium ſeu *Corinthienſem* Ciuem dicimus, *Corinthiacum* Vas, inquit *Fronto*. Contra Suetonius in Auguſto Vaſa *Corinthia*: et *Corinthia* Supellex, *Cicero*.

Corium eſt duris, et maiorum Animalium, vt *Boum, Equorum* (z), *Pellis* eſt tenuior, et minorum Animalium, vt *Hominis, Leonis, Ouis, Canis etc*. At hoc Corium eſt crudum. *Pellis* eſt Corium maceratum atque emollitum (aa), Varro Lib. 6. de Lingua Lat. *Etiam nunc dicimus Scortea ea, quae ex* Corio *et* Pellibus *ſunt facta*. Idem Lib. 2. de Vita Populi Rom. *Etiam* Pelles *bubulas oleo perfuſas percurrebant*. Salluſt. Lib. 4. Hiſtor. *De Pecore* Coria *recens detracta*.

(z) Alii dicunt, CORIVM *proprie* eſſe eorum Animalium, quae craſſiorem ac duriorem pellem habent, quod et Scortum dicitur.

(aa) Seu Cutis a carne detracta (aut etiam elaborata) mollior.

Cornus ipſa Arbor dicitur (b): Pomum vero *Cornum* et *Corna*: Virgil. Lib. III. *Aeneid.* * v. 647.

. . . *Lapidoſaque* Corna.

M (b) Haec

(b) Haec Arbor habet ramos duritie et rigiditate *Cornibus* (vnde et iſti nomen) non abſimiles, et reddit fructum circa Solſtitia primo *candidum*, poſtea *ſanguineum*. Ex eo genere foemina poſt *Autumnum* fert Baccas acerbas et cunctis animantibus inguſtabiles; Ligno quoque fungoſo eſt atque inutili. Vid. *Perotti* CORNV COPIAE *Epigr.* 1. *col.* 24. *lin.* 44. *ſeqq.*

Corollaria ſunt ea, quae praeter debitum addita ſunt, tanquam actuaria et ſuperpondia. *Spieg.* *Corollariae* autem Corollae erant, e lamina aerea vel argentea tenui inaurata (cc), *Turneb. Lib.* 18. *Aduerſ. c.* 29.

(cc) aut ſubtiliter inargentata, quae ob gracilitatem COROLLAE eleganter appellatae ſunt.

Coronae † ſunt, quae cingunt et ambiunt *Caput*, aut *Collum*, aut *Pocula* (dd), *Serta*, quae demiſſa pendent, quod genus Cicero Lib. 2. de Legibus vocat *Longas Coronas*, Ouidius *porrectas*. Ita enim canit:

Tegula porrectis *ſatis eſt vallata* Coronis. Plautus Aſinaria (e):

Tum ſi Coronas, Serta, *vnguenta iuſſerit*,

Lucret. Lib. 4. de Rer. Nat. *) v. 1124.

Pocula crebra, Vnguenta, Coronae, Serta *parantur*.

Arnobius Lib. 7.

Etiam Dii Sertis, Coronis *afficiuntur et floribus*.

† Virginis eſt *ſertum*, clerici *corona*, poetae *laurea*, quod geſtat rex, *diadema* vocatur. R.

(d) Eius *Originationem* atque *Synonymiam* vide in *Libello* noſtro de *Poetarum* CORONA Hiſtorico-Philologico Cap. I. §. VII. ſeqq. p. 8. ſeqq. Edition. *Cygn.* Vt autem

CORO-

CORONA non ſolum *Magiſtratuum*, et ſic *Regni* atque *Victoriae* quoque, ſed et *Ciuium priuatorum* eſt Inſigne: Ita DIADEMA tantum Inſigne Regum eſt.

(ee) Act. IV. Sc. I. v. 58.

C*orporeus* ex corpore, C*orporalis* in corpore. R.

Corrigere eſt rectum facere, et in locum ſuum reſtituere; *Emendare* vero eſt ab omni macula et labe purgare, quod plus eſt. Liuius Lib. 52. *Si quid fecerim imprudentia lapſus*, corrigi *me ac* emendari *hac caſtigatione poſſe*. Gellius Lib. 6. *Spes contra nulla eſt*, emendari *eum poſſe*, et corrigi. Tacitus Hiſtoriar. Lib. I. *Aut ipſe praedicat* emendata et correcta. Plinius in Panegyrico: *Corrupta eſt diſciplina caſtrorum, vt tu* corrector emendatorque *contingeres*.

Sic C*orrigimus* quoque *praua*; *Inflectimus* autem, quae fuerunt recta. H.

C*orruptela* ipſa res eſt (ff), C*orruptio* corrumpentis adminiſtratio. *Corn. Front.*

(ff) quae vim rumpendi habet, ac propterea corrumpit.

Corruptum eſt, quod aliquo modo vitiatum, aut violatum (gg), *Deprauatum*, quod diſtortum (hh), peruerſum eſt. Cic. Lib. 2. Officior. Corrupti *mores ſunt* deprauatique *admiratione diuitiarum*. Idem pro Muraena: *Iuriſconſultorum ingeniis pleraque* corrupta *ac* deprauata *ſunt*, et pro Fonteio: *Quid pretio* corruptum? *quid ſpe aut metu* deprauatum? et Lib. I. de Finibus: *De quibus neque* deprauate *iudicant*, *neque* corrupte.

(gg) aut ruptum, aut prorſus eſt deſtructum,
(hh) contaminatum, prauum factum et

Corrupta iudicia ſunt in iis, qui acceperunt pecuniam, *Contaminata* in iis, qui offenſione ordinis infamantur. Paedian. R.

Coryli, proprie dicuntur. *Auellanae* ab *Auella*, oppido Campaniae, vbi abundant, nominantur. *Seru.* R

Craſſari in corporeis eſt et ſanguineis: *Graſſari* aut animi aut crudelitatis. Agraet. R.

Creare eſt ex nihilo aliquid producere; ſed *Facere* praeter *productionem Operis cuiusdam* etiam *faciendi* h e. *dandi*, *ſoluendi*, *numerandi*, *iudicandi*, *ambulandi*, *reddendi*, *aliarumque rerum* et *actionum* CAVSAM complectitur. Leg. *Martini Chemnitii* Pars I. *Locor. Theologic.* p. 279. H.

Credimus, quod plerumque falſum eſt, *Intelligimus*, quod verum eſt et certum. Donatus. R.

Creditum et *Mutuum* L. 1. et 2. D. de Reb. cred. ita differunt, vt *Genus* et *Species*. Nam Creditum etiam conſiſtit extra res eas, quae *pondere*, *numero*, *menſura* continentur: ſicuti ſi eandem rem recepturi ſumus, *Creditum* eſt (ii). Ad *Mutuum*, ſi non eandem rem, ſed aliud tantundem, id eſt, eiusdem naturae et qualitatis cum eo, quod dedimus (kk). Item *Mutuum* non poteſt eſſe, niſi proficiſcatur res aliqua, et de meo tuum fiat: *Creditum* autem fit interdum, etiamſi nihil proficiſcatur, veluti ſi poſt nuptias dos promittatur, aut ſtipulatio

latio ad obligationem comparandam interponatur, vt eſt in libris *Iuriſconſultorum.*

(ii) *Creditum* ſignificat vſuras quoque, de quibus fidem habere dicebatur *Creditor*, quod eas ſuo tempore non exegiſſet, ſors ipſa non tam *credita*, quam vſuris occupata et locata erat. Conf. *Schardii* Lexicon Iurisd. p 257 col. b.

(kk) Ideoque *pariter* atque *aequaliter reſpondens* haud inconcinne dicitur.

Crimen † (ll) eſt fraus capitalis, qua *Respubl.* laeditur, veluti *Caedes*, *Falſitas*, *Adulterium* (mm); *Delictum* vero priuata noxia, qua priuatim quisque laeditur (nn), veluti *Furtum*, *Iniuria.* Lib. 17. §. 16. *ff. de Aedil. Edict.*

† *Crimen* perſaepe quamque notat accuſationem, et ſic etiam in priuatis adhibetur. Plin. Ep. I. 20.

(ll) *generaliter* notat Factum, quod malum iudicatur;

(mm) vel quando quis contra *Principem*, vel *Vrbem* aliquid molitur, aut qui profugit ad *Hoſtes*, vel illos iuuat qualicunque cauſa, ſcilicet *armis*, *conſiliis vel pecunia.*

(nn) Vnde et *Delictum*, et quidem ex *Ciceronis* mente, *domeſticum atque vernaculum crimen* optime appellatur.

Crimen Maieſtatis eſt, quod aduerſus populum Romanum, aut ſecuritatem eius committitur. *Crimen Perduellionis* ſub illo tanquam ſpecies ſub ſuo genere comprehenditur, eſt vero illius, qui hoſtili animo aduerſus Rempubl. vel principem animatus eſt. Vlpian. R.

Cruſtae ſunt Laminae inauratae, quae *Poculis*, aut *Vaſis* inferuntur, vt vix refelli poſſint (oo). *Emblemata* (pp) ſunt Ornamenta pretioſa, quae

 Scy-

Scyphis, Speculis, Abſidibus, Vaſisque affinguntur, ita tamen, vt ſint exemrilia. Cicero Lib. 6. in Verrem : Cruſtae, *aut* Emblemata *detrahebantur* : *Sic* Haluntini, *excuſſis delicijs, cum argento puro domum reuertuntur.* Paulus ad Vitellium Lib. 2. L. 32. §. 1. *ff. de Auro argen. Cymbia argentea* cruſtis *aureis illigata.* Idem: *Aurea* Emblemata, *quae in abſidibus argenteis eſſent.*

(oo) *Proprie* vero denotant tegumenta duriuſcula, quae carni aſſatae plerumque obducuntur.

(pp) Alias *Emblemata*, quae *Graeci* ἀπὸ τῦ ἐμβάλλειν, hoc eſt, ab *interſerendo* deriuant, *trifariam* diſtinguuntur, vt quae in *Parietibus* fiunt *Vermiculata*, MVSEACA; quae in *Lignis*, SEGMENTATA ; et quae in *Pauimentis*, TESSELLATA plerumque appellentur.

Cruſtam cum dicimus foeminino genere, lapidis aut ligni aut gelu partem ſignificamus: cum vero *Cruſtum*, edulium aliquod ſignificamus, partem panis vel placentae. Virgil. 7.

- - *Orbem fatalis* cruſti.

Horat.

- - *Dant* cruſtula *blandi*
Doctores etc. Seru. R.

Cubicularius eſt, qui cubiculum cuſtodit (qq): quod nomen ſummae Dignitatis fuit apud *Romanos*, maxime temporibus *Imperatorum*, vt teſtatur *Suetonius*, qui nominat AVGVSTI et NERONIS *Cubicularios*, et DOMITIANI Decurionem *Cubiculariorum*, qui ſcilicet ad ſimilitudinem Militiae *Cubiculariorum* Ordinem ducebat : *Cubicularis* eſt aptus Cubiculo, vt Lectus Cubicularis, in quo Veteres

Digitized by Google

teres dormiebant, ſicuti in Tricliniari accubantes cibum ſumebant. Cicero Lib. 6. in Verrem: *Hunc veſtri ianitores, hunc* Cubicularii *diligunt.* Idem Lib. 2. de Diuinatione: *Quidam ſomniauit ouum pendere e faſcia lecti ſui* Cubicularis.

(qq) hoc eſt, Miniſter Cubiculi, ſeu qui nobis adminiſtrat in Cubiculo.

Culmus eſt ipſe calamus (rr), *Stipulae* vero folia, quae ambiunt *culmum* (ss). Seruius.

(rr) *Frugum*, ſeu *Frumenti* imprimis, a radice nempe ad ſpicam vsque, quem Veteres, a *colendo* COLVMVM dixerunt. Vnde et *Columen* primo, poſtea *Colmen*, ſeu *Culmen*, quod non ſolum Tectum e culmo ſtramineum, ſed et Tecti cuiusdam, ſeu cuiuslibet rei Cacumen denotat.

(ss) In *ſpecie* autem *Stipula* id denotat, quod poſt meſſem in campo remanet.

Cuius ad PERSONAM refertur; *Cuiatis* VNDE ſignificat. Attius in Telepho: *) p. 39. Fragm. *Vett. Poetar.*

> *Qui, neque* Cuiatis *eſſet unquam, potuimus multi*
> Rogitantes reſciſcere.

Cultus eſt in Veſtibus, gemmis, auro et argento; *Ornatus* eſt in cura comendi Capitis, poliendaeque et ornandae Cutis, vt oſtendit Tertullianus in Libro de Habitu muliebri: *Habitus*, inquit, *Foeminae duplicem ſpeciem circumfert*, Cultum *et* Ornatum. Cultum *dicimus, quem Mundum muliebrem vocant.* Ornatum, *quem Immundum muliebrem conuenit dici. Ille in Auro, et Argento, Gemmis, et Veſtibus deputatur, iſte in Capillorum, et Cutis et earum partium Corporis, quae oculos trahunt.* Alteri *ambitionis crimen*

crimen intenditur, alteri *proſtitutionis*. Cicero in Curionem et Clodium: *Tu vero feſtiuus, tu elegans, tu ſolus vrbanus, quem decet muliebris* Ornatus, *quem inceſſus Pſaltriae*. Liuius Lib. 14. *Munditiae et* Ornatus *et* Cultus *haec Foeminarum inſignia ſunt, his gaudent et gloriantur; hunc Mundum* muliebrem *appellarunt Maiores noſtri*. Cyprianus de Diſciplina et Habitu Virginum: *Ad* Cultum *atque* Ornatum *tuum iuſto fine moderandum*. Sed interdum vtriusque Vocabuli notio latiſſime patet, et *Ornatus* ſignificat omne, quod Ornamenti gratia adhibetur; *Cultus* vero omnia continet; excepto victu, quibus vtuntur homines, vel *Ornamenti*, vel *Commodi*, vel *Delectationis* etiam cauſa (tt). Suetonius in Caligula; *Triumfalem quidem* Ornatum *etiam ante expeditionem aſſidue geſtauit*. Cicero in Oeconomico: *Quid ſi Veſtum et caeterum* Ornatum *muliebrem pretii maioris habeat, quam tu habes*. Idem ad Varronem; *Eundem* Cultum, *eundemque victum eſſe*. Et Lib. 1. Officior. *Student parare ea, quae ſuppeditant et ad* Cultum, *et ad victum*.

(tt) Alii aliam inter CVLTVM et ORNATVM conſtituunt *Differentiam*, dicendo: CVLTVM proprie ad *Rem ruſticam* pertinere; nonnunquam etiam extra *Rem eſſe ruſticam*. Cum vero ſit extra *Rem ruſticam*, vel *actiuam*, vel *paſſiuam* ſignificationem in ſe habeat. ORNATVS autem dicitur cultus ipſe, quo quis ornatur: vt cum dicimus aliquem Tragico, vel Comico ORNATV prodire. Et haec propria videtur eſſe *Ornatus* ſignificatio; extra quam tamen ſaepiſſime egreditur referturque ad alia: vt cum appellamus *Ornatum Orationis*, et intelligimus vel *Verborum ſplendorem*, vel *Sententiarum grauitatem atque lumina*.

Digitized by Google

mina. Vid. Doleti Phraſes et Formulae elegantiores L. L. fol. b. col. 1.

Cupes et *Cupedia* antiqui lautiores cibos nominabant, inde et macellum et forum *Cupedinis* Romae appellabant. *Cupedia* autem a cupiditate ſunt dicta. Feſt. R.

Cupido (uu) inconſideratae neceſſitatis; *Amor* vero iudicii (xx). Plaut. in Bacchid.

Cupido *te conficit*, *anne* Amor?

Cupiditas † leuior eſt, quam *Cupido.* Lucilius Lib. 23. Cupiditas *ex homine*, Cupido †† *ex ſtulto nunquam tollitur.*

(uu) Poëtice CVPIDO, eſt ardens Cupiditas, et propterea

(xx) AMORES autem in *Plurali Numero* ſemper pro *turpibus* atque *Venereis*, immo et pro *Deliciis* ſumuntur. Alias AMOR *Pietatem*, *Gratiam*, *Beneuolentiam* ac *Studium* etiam deſignat.

† quod *cupiditas* pars quaedam ſit temperatior, deſluens ex *cupidine.* Non. R.

†† Plaut. Curculione diſcreuit et vim eiusdem diuerſitatis expreſſit, dicens: Quod *Venus Cupidoque* imperat, ſuadetque *amor.* *Cupidinem* cum genere foemineo dicimus, *cupiditatem* ſignificamus. Virg. Lib. 6. Aen. Quae lucis miſeris tam dira *cupido*? Cum maſculino, deum ipſum. Plaut. Mercat. *Cupido* quantus es? Non. Marcell. R.

Cupio eſt cum vehementi affectione appeto (yy): *Volo* modeſte (zz) deſidero, adeoque *Hoc* ſimplicem animi motum; *Illud* ingens deſiderium notat. Cicero Lib. 2. de Republica: *Non grauarer*, Laeli, *niſi et hos velle putarem*, *et ipſe cuperem*,

rem, *te quoque aliquam partem huius noſtri ſermonis attingere.* Idem in Catone: *Speramus*, Volumus *quidem certe*, *Senes fieri.* Ibidem: Volumus *ſane*, *niſi moleſtum eſt.* Item: Cupimus *mala et turpia.* Volumus *bona et honeſta.* Afranius: Amabit *ſapiens*, cupient *caeteri.* Quae tamen differentia non ſemper obſeruatur, vt ex *Cicerone* et *Terentio* oſtendit Auguſtinus Lib. 14. de Ciuitate DEI his verbis: Apud Autores ſecularium Litterarum *talis iſtorum verborum indifferentia reperitur. Ait enim* Cicero, *Orator ampliſſimus*, CVPIO Patres conſcripti, *me eſſe clementem. Quia hoc verbum* in bono *poſuit*, *quis tam peruerſus doctus exiſtat*, *qui non eum* CVPIO ſed VOLO *potius dicere debuiſſe contendat. Porro apud* Terentium *flagitioſus Adoleſcens*, *inſana flagrans cupidine*: *Nihil* VOLO *aliud*, inquit, *niſi* Philumenam. *Quam* Voluntatem *fuiſſe libidinem*, *reſponſio*, *quae ibi ſerui eius ſenioris inducitur*, *ſatis indicat.*

(yy) Vnde apud *Ciceronem* pro Sext. Roſcio Amerino *ſumme aliquid cupere*, et apud *Terentium* in Adelph. Act. V. Sc. IX. v. 36. *impenſe cupere*, (h. e. quaecunque lubent) legitur.

(zz) ſeu *rationabiliter* aliquid appeto, vel

Cur ſimpliciter percontatur: *Quare*, cauſam rationemque deſiderat. Cornel. Front. R.

Cura eſt in conſeruatione et ſpe Bonorum (a): *Sollicitudo* in metu Malorum (b). Terent. in Phormione: *Quanta me* cura *et* ſollicitudine *afficit gnatus!* Cicero de Lege Agraria: *Ad* curam ſollicitu-

licitudinemque *multo magis.* Plinius Lib. 5. Epiſtolar. *Amaui* curam *et* ſollicitudinem *tuam.* Suetonius in Caligula: *In teſtificanda* ſollicitudine *et* cura *de incolumitate eius.* *Curatio* † proprie Medicorum eſt; *Cura* reliquorum. *Curatio* et Medicinae et Mentis; *Curatura* Diligentiae. Donat.

(a) Ideoque *Cura* de re quapiam recte expedienda dicitur attenta cogitatio. *Rodolphus Goclenius* in *Obſeruationibus* L. L. p. 229. CVRAM adiungit OPERAE, dicendo: ILLAM eſſe *animi*; HANC vero ad *corpus* et ad *animum* ſimul, ſicut et *Diligentiam*, pertinere.

(b) Vnde et pro ipſo *metu* atque *angore* ponitur, et dicitur alias CVRA *Mentisque inquietudo.*

† *Procuratio* eſt ſacrificium, quod ad depulſionem et expiationem monſtrorum aut portentorum ſit, et ea gratia *rem diuinam procurare* eſt monſtra *procurare*. Gocl. ad Liu. V. 15. R.

Curatores ſunt (c), ad quos ſpectat cura *Puberum*, et eorum, qui negotiis ſupereſſe non poſſunt, quales ſunt *prodigi*, *furioſi*, *dementes* ac *perpetuo aliquo morbo impediti* (d): *Tutores* dantur *Impuberibus*, qui ſe per aetatem defendere non poſſunt. Illorum munus *Curatio* (e) appellatur: Horum *Tutela*, de quibus prolixe tractant *Iuriſconſulti Tit. Inſtit. de Tutel. et Cur.* et alias horum Verborum Differentias tradunt ad Ius pertinentes, quas nihil eſt neceſſe heic referre. Sed alii *Auctores*, et maxime *Poetae*, hanc *Differentiam* confundunt, apud quos *Tutelae* Nomen *generale* eſt. Horat. Lib. 2. *Serm.* (f).

Digitized by Google

- - *Interdicto huic omne adimat Ius*
Praetor, et ad ſanos abeat Tutela *propinquos.*

(c) quibus mandatur rei alicuius Curatio, ſeu

(d) Hinc CICERONIANVM illud *Curatorem* conſtituere.

(e) *Curatio* quoque munus eſt a nobis ſuſceptum, ad quod exequendum Curae noſtrae feruntur. Competit et *Medicis*, quoniam in ea diligens verſatur cura.

(f) Satyr. III. v. 218.

Curia locus eſt, vbi publicas curas gerebant. *Colabra* curia dicebatur, vbi tantum ratio ſacrorum gerebatur. *Curiae* etiam nominantur, in quibus vniuscuiusque partis populi Romani quid geritur † *Curiata* comitia, a curiis appellata. Feſt. R.

Curiales eiusdem curiae, vt tribules et municipes. *Curules* equi, quadrigales. *Curules* magiſtratus appellati ſunt, qui curru vehebantur. Feſt. R.

Cuſtodiae appellatione ſola publica intelligitur, qua Rei continentur (g): *L. 224. D. de Verb Sign. Vincula* tam priuata ſunt, quam publica. Itaque in *Cuſtodia* eſſe dicitur, qui in carcerem detruſus eſt, vel aliqua publica cuſtodia coercetur: In *Vinculis* autem, quicunque vinctus eſt, ſiue publice a Magiſtratu, ſiue priuatim (h), vt *Captiuus* a Latronibus, aut Praedonibus, *Seruus* a Domino. Quae *Differentia* a *Iuriſconſultis* tradita ab aliis quoque *Autoribus* obſeruatur. *Plautus in Captiuis*: Ita vinculis cuſtodiisque *circummoeniti ſumus.* Cicero Orat. I. in Catilinam: „*Sed quam longe videtur a*

car-

carcere *atque a* vinculis *abeſſe debere, qui ſeipſum iam dignum cuſtodia iudicauerit.* Salluſt. in Catilina: *Publicandas eorum pecunias, ipſos in* Vinculis *habendos per Municipia.* Ibidem: *Pecunias eorum publicandas, ipſos per Municipia in* Cuſtodiis *habendos.*

(g) Veteres minime incommode dixerunt *Cuſtodelam.* Et quoniam hoc Vocabulum non eſt *Actionis* ſolum, ſed et *Perſonae,* fit, vt (1) pro *fide eius, qui rem* CVSTODIT: (2) *pro eo, cui rem damus in* CVSTODIAM, accipiatur.

(h) Ideoque VINCVLA ponuntur quoque pro *Carcere,* in quo noxii vincti ſeruantur. VINCVLVM autem in ſingulari Numero *Ligamen* deſignat.

Cutis eſt in carne, detracto corpore *Pellis.* R.

Cymbalum et *Crotalum* differunt. *Crotalum erat* calamus fiſſus, vt ſonet, ſi quis eum verſet manibus. *Cymbala* ergo tinniebant, *Crotala* crepabant. Die Cymbeln klungen, die Crotala klapperten. *Cymbala* bina et maiora ambabus manibus. *Crotala* vero quaterna atque adeo ſingulis manibus bina percutebantur. Lampe de Cymbalis 1. 5. R.

AVSO-

AVSONII POPMAE
DE DIFFERENTIIS VERBORVM
LIBER SECVNDVS.

D*amnati ad* GLADIVM (1) erant, qui in LVDVM dabantur, vt confeſtim, aut certe intra annum a *Gladiatoribus* ferro conſumerentur. *Damnati ad* GLADII LVDVM, ſiue ad LVDVM GLADIATORIVM, qui Poenae cauſa in LVDO depugnabant, et expleto tempore legitimo, veniam atque miſſionem a *Magiſtratibus* conſequebantur. *Illud* inter ſupplicia, quae vitam adimunt; *Hoc* in mediocrium poenarum numerum referebatur. Vlpian. L.8. de Officio Pro-Conſulis: *Eſt Differentia inter eos, qui ad* GLADIVM, *et eos, qui ad* LVDVM damnantur. *Nam ad* GLADIVM damnati *confeſtim conſumuntur*, *vel certe intra annum debent conſumi. Hoc enim mandatis continetur. Enim vero, qui in* LVDVM damnantur, *non vtique conſumuntur*, *ſed etiam Pileare et Rudem accipere poſſunt poſt interuallum*, *ſiquidem poſt quinquennium Pileare; poſt trienninm autem Rudem induere eis permittitur*. Paulus Lib. 5. Sententiar. *Summa ſupplicia ſunt* Crux, Crematio, Decollatio; *mediocrium autem Delictorum poenae ſunt* Metallum, LVDVS, Deportatio: *Minimae* Relegatio, Exilium, Opus publicum, Vincula. *Sane qui ad* GLADIVM *dantur*, intra *annum conſumendi*

Digitized by Google

di ſunt. Capitolinus in Macrino: *Seruos, qui a Dominis fugiſſent, repertos ad* GLADII LVDVM deputabat.

(i) Alias vocantur *Damnati ad Ferrum*, ſicuti tradit *Alciatus* Lib. 1. *Pareg.* Cap. 32. Conf. *Barnabae Briſſonii* Lib. V. de *Formulis* et *ſolennibus P. R. Verbis* p. 486.

Damnati in Metallum dicebantur, qui arctioribus vinculis alligati in *ipſis Metallorum Fodinis* tenebantur, nec ſe inde poterant mouere (k): *Damnati in Opus Metalli*, qui duntaxat *Operi Metallico* addicti et mancipati leuibus vinculis coercebantur. Nam inter hos Differentia in *Vinculis* tantum eſt, vt ſcribit *Vlpianus L. 28. §. 6. D. de Poen.*

(k) Vid *Schardii* Lexicon Iuridicum p. 268. col. a. vbi legendum, quod *Vlpianus* hanc Differentiam quam fuſiſſime explicet.

Damnum † ſignificat amiſſionem et ademtionem quarumcunque rerum, quas habuimus (l); *Detrimentum* autem diminutionem, vel attenuationem (m) quod quidem minus eſt, quam *Damnum.* Cicero L. 3. in Verrem: *Etiamne habet haec tot* Detrimenta *atque* Damna *cum maximis iniuriis contumeliisque perferetis?* Hinc *Damnum* etiam ſignificat *ſumtum* et *expenſas*, quod Patrimonia abſumunt et minuunt; et *Damnoſus* ſumtuoſum, profuſum. Iuuenalis (n):

Nulla viri cura interea, nec mentio fiet
Damnatorum. - - - - - -

Horatius (o):

Nos niſi damnoſe *bibimus.* - - -

Plau-

Plautus in Truculento (p):

Et minus damnoſorum *hominum, quam nunc ſunt,*
Fiet.

Suetonius in Nerone: *Non in alia re* damnoſior, *quam in aedificando.* *Detrimentum*, quod vſu detritum eſt; *Diſpendium* detexitur in ponderibus; *Iactura*, quod iacitur ex onere nauis *Corn. Fronto.*

† *Damnum* rei eſt, *malum* ipſius hominis. R.

(l) Ideoque videtur nomen habere a *demtione*, cum minus re factum, quam quanti conſtitit. Varro.

(m) et eſt quaſi *detritu* factum *damnum*. Leg. *Varronis* Lib. IV. de L. L. col. 1074.

(n) Satyr. 6. verſ. 509. 510.

(o) Lib. II. *Sermon.* Sat. IIX. v. 34.

(p) Act. I. Scen. I. v. 44.

Dapes Regum ſunt; *Epulae* Priuatorum; vel: *Dapes* Deorum ſunt (q); *Epulae* Hominum. *Seru.*

(q) Heic notandum, quod DAPES non *Deorum* duntaxat ſint *Epulae* aut *noſtrae* in DEORVM ſacrificiis adhibitae, ſed *largiores et opipari apparatus* quoque Conf. *Virgilii* Lib. IV. *Georg.* v. 133. DAPS autem *Singulari Numero*, quod et nonnunquam pro *Epulo* ponitur *opiparo*, apud *Antiquos* dicebatur *Res diuina*, quae fiebat, aut hyberna ſemente, aut verna. Quod Vocabulum ex *Graeco* deducitur, apud quos id genus *Epularum* Δαὶς vocatur. Conf. *Feſti* Lib. IV. *Antiqu. Romanar.* col. 1145.

Dare, Dicere, Addicere, tribus hiſce verbis totum praetoris munus continetur. *Dabat* n. praetor actionem et exceptionem, bonorum poſſeſſionem, *dabat* m. iudices, arbitros, recuperatores, tutores,

tores. *Dicebat* vero viam in vindiciis, *dicebat* interdicendo, quoties de poſſeſſione agebatur, indicebat, aduocata concione, ferias, ſi quando terra in Vrbe tremuiſſet. *Addicebat* denique, veluti facta in iure ceſſione, mancipatione, caeteris. R.

Dare eſt transfundere in alium Dominium rei. *Tradere* eſt nudam rei Poſſeſſionem alteri cedere, non Proprietatem. Itaque ſi quis ſtipuletur rem ſuam ſibi *dari*, erit *inutilis Stipulatio*; at contra *vtilis*, ſi *tradi* ſtipuletur. Interdum tamen haec duo confunduntur, vt in *Contractu Emtionis*, in quo cum iuncta et nexa ſint *Poſſeſſio* et *Proprietas*, *illa DARI*; *haec TRADI principaliter* et *facto ipſo* dicitur, vt ſcribunt *Iuriſconſulti*. Sed *Donatus* dicit; *Dare* eſſe, quod repetas, *Dedere*, ad perpetuum (r): *Dare* nos enim Amicis, *Dedere* tantum Hoſtibus.

(r) Itaque *Deditum eſſe alicui* ſignificat non tantum a *mandato* alicuius, ſed velut etiam *nutu* pendere, quod eſt *Imperii prorſus abſoluti*, et conſequenter *ſeruitutis extremae*.

Decem Numerum ſimplicem, hoc eſt, *decem* Vnitates ſignificat (s); *Dena* vero cuilibet *Decem* (t), vt ſi quis *Titio* et *Seio* legauit DECEM, ſimpliciter *Decem*, hoc eſt, cuilibet quinque; ac ſi *Titio* et *Seio* DENA dari iuſſerit, cuilibet *Decem* legauit. Sed interdum *Dena* ſunt *Decem*, vt *Trina*, vel *Terna*, vna tria, et ſimiliter *Septena*, *Octona*, *Centena*. Plinius Lib. 8. *Viuunt octonis annis, et partum vndenis menſibus ferunt*. *Paulus Lib. 3. Quaeſtionum L. 126. p. D. de Verb. Oblig. In annos ſingulos* Dena *dari ſpondes, poſt triennium conditione exiſtente triginta peti poterunt.*

 (s) ſeu

Digitized by Google

(s) ſeu DECEM conſtituit vnam *Decadem*, hoc eſt, Vnitatem *decies* repetitam; ſiue Numerum *denarium*, in quo qui decimum occurrit, *decimus* eſt.

(t) Vnde *Denarius* Numerus, *decem* in ſe continens.

Decens in geſtu eſt et motu corporis, *Formoſus* ab excellenti ſpecie dicitur. *Corn. Front.* R.

Decerno, *Iubeo*, *Volo*, fuerunt Verba ſolennia in *Rogationibus*, quae hoc differunt, quod *Decernere* † eſt, cauſa cognita, certam proferre ſententiam (u), *Iubere*, *Velle*, pro imperio aliquid ſtatuere: ILLVD eſt *autoritatis*, HAEC ſunt *poteſtatis*. AVTORITAS autem erat in *Senatu*, POTESTAS in *Populo*, vt loquitur Cicero Lib. 2. de Legibus: *Ita* DECERNEBAT Senatus, IVBEBAT et VOLEBAT populus, id eſt *ſuffragiis ſuis comprobabat*. Salluſt. in Iugurtha: *Quantaque vi rogationem* iuſſerit, decreuerit, voluerit. Liuius Lib. 30. *Tribuni plebis ad Populum tulerunt*, vellent, iuberentne *Senatum* decernere. Arnobius Lib. 7. *Tantum eſto mactus*, *quantum* volo, *tantum amplificatus*, *quantum* iubeo, *tantum honoris aſſumito*, *quantum te habere* decerno, *et verborum circumſcriptione* definio.

† *Decernere* eſt de magnis rebus certam proferre ſententiam, vnde etiam *Senatus Decretum*, Donat. *Decernere* Iuris Conſulti proprie dicebantur, cum de iure dubio propriam et communi conſenſu probatam proferrent definitionem. Hinc *Decreta* Iuris Conſultorum. R.

(u) ſeu *certo tandem*, quid aliquid ſit, *determinare*.

Decipere eſt dolo malo circumuenire (x): *Fallere* eſt a vero abducere, fruſtrari: fitque *proprie* verbis,

bis, cum nimirum contra facimus, quam diximus (y). Cicero pro Muraena: *In eo quidem fallis, et decipis.* Vlpianus ad Edictum XI. Leg. 1. D. de Dolo malo. *Dolum malum eſſe omnem calliditatem, fallaciam, machinationem ad circumueniendum*, fallendum, decipiendum *alterum adhibitam*. Cyprianus de *Idolorum* Vanitate: *Horum autem omnium ratio eſt illa, quae* fallit, *et* decipit, *et, praeſtigiis celantibus, veritatem, ſtultum et prodigum* vulgus inducit.

(x) ſeu *verbo factione* aliquem *capere*, et propterea *deludere* atque *defraudare*. Vnde *Terentius* in *Phormione* Act. V. Sc. VIII. v. 34.

-- *Non eſt aequum, me propter vos* decipi.

(y) Ideoque et a *fando*, hoc eſt, *veri fuco aliquem in errorem inducendo*, a nonnullis *Criticis* non prorſus inepte deducitur. Sic FALLAX appellatur, qui *mentiendo* decipit. *Fallit* enim multos *fallaciter* conficta *fallacia*, qui ab illo FALSI *falſa* quoque ſpargere *et, falſitatem* ad alios propagare ſolent.

Decreta Senatus (z) a *Conſultis* diſtinguuntur, quod *Decretum* ſit Particula quaedam *SCti*, vt cum Prouincia alicui decernitur, ita, vt *Decreta* ſint ſpecialia, *Conſulta* generalia (aa). Feſt. ex *Ael. Gallo*. *Decretum* a *Sententia definita* differt, quod HAEC ſine litis conteſtatione eſſe nequeat, *tt.* C. *vt lit. non conteſt.* ſed bene DECRETVM. *Gl. in L.* Sancimus, *ibi per contumaciam* C. *ad SC. Trebell.* SENTENTIA in abſentem ferri nequit *L. de vno ff. de Re Iud.* ſed DECRETVM *l. recuſare pr. ff. ad SC. Treb.* SENTENTIA neceſſario habet annexam *Abſolutionem*, vel *Condemnationem*, *L. 1. de Re Iud.* non DECRETVM.

(z) hoc eſt, Ea DECRETA, quae a SENATV ſunt *conſtituta*, *definita* atque *iudicata*.

(aa) Fiebant autem SENATVS CONSVLTVM aut per *Rogationem*, cum rogabatur unusquisque ſententiam, quam verbis efferebat: aut per *Diſceſſionem*, quandoque plerique idem ſentientes in vnam partem pedibus ibant.

Decus eſt inſtrumentum cuiusque, *Glòria* quaſi honoris merces. Corn. Front. R.

Decus honoris (bb), *Decor* formae, *Decorum* actionis. *Corn. Front Decor* communis eſt omnium, et is facit decentiam ſpeciei: *Species* propria eſt cuiusque. Itaque *Decor* in Habitu eſt (cc): *Species* in Membris: *Corn. Front. Decus* in Geſtu eſt, et Motu corporis: *Formoſus* ab excellenti *Specie* dicitur.

(bb) Ideoque ſignificat illam, (*Ut ita loquar*,) Honorificentiam, quam ex bene geſtis rebus aſſequimur.

(cc) et deſcribitur, quod ſit quaſi pulchritudo quaedam ex decentia *Rerum*, *Perſonarumque* in *Locis* et *Temporibus*, ſiue in *agendo*, ſiue in *loquendo*.

Dedecoratur, quod honeſtum eſt in *animo*: Horat.

Dedecorant *bene nota culpae*:

Turpatur, quod honeſtum eſt in *corpore*. *Donat*.

Dedere plus eſt quam *Conſentire*, quemadmodum in hoſtium poteſtatem hoſtes ſe dedunt. Donat. *Dedimus* tantum hoſtibus, *Damus* amicis. *Dedere* eſt ad perpetuum, *Dare* eſt, quod repetas. *Dedere* ſe pertinacibus, *Obſequi* ſuperioribus. Donat. R.

Dedicatur Deo, *Conſecratur*, quaſi ſanctum conſtitui-

ſtituitur. Hoc eſt, *Dedicatur* Deo, quod illi debetur, *Conſecratur*, quod profanum eſt. Corn. Front. *Dedicatio* enim maius eſt, quam *Conſecratio*. Illa enim bona conſecrata etiam alicui nomini dedicat, haec facit ex profano loco aut re ſacrum. R.

Deduco eſt perſequor (dd); D*iduco*, diuido (ee), *Seru*.

(dd) Proprie autem idem eſt, ac ex *loco ſuperiori deorſum* duco; *Ciceroni* vero idem eſt, ac quod ARITHMETICIS *abſtraho* eſt ac *detraho*.

(ee) ſeu *ſeparo*, hoc eſt, *in diuerſas Partes duco*.

Deficit Socius (ff), *Prodit* Parens, De*ſerit* (gg) Patronus. Salluſt. *Poſt* defectionem *Sociorum et Latii*. Terent.

Prodidiſti *et te, et illam miſeram, et gnatum,*
Quod quidem in te fuit.

Plaut.

Quid libertos habent, eos deſerunt. *Donat.*

(ff) hoc eſt, *deeſt mihi ſocius*, ſeu potius *diſcedit a me Socius* in calamitate. Eſt autem turpis *Defectio*, quum defector a Domino ſuo *deficit*.

(gg) hoc eſt, *derelinquit, et non amplius quaſi in* Patronorum ſerie haeret.

Defungi eſt liberari moleſtiis et periculis (hh): *Perfungi* eſt peruenire ad exitum, ſiue honorum, ſiue laborum. ILLVD ſemper denotat *Finem aduerſarum rerum*; HOC et *bonarum* et *malarum*. Virgil. Lib. 6. Aeneid. *) v. 38.

O tandem magnis pelagî defunĉte *periclis.*

Liuius: Defunĉta *morbis corpora ſalubriora eſſe coepere.* Cic. in Lentulo: *Cum et honoribus ampliſſimis, et Laboribus maximis* perfunĉti *eſſemus.* Idem in Lucceio: *Nulla* perfunĉti *propria moleſtia.*

(hh) *Liuius* in ſenſu contrario *Defungi poena*, pro *Subire poenam*, dicit his verbis: *Ante omnia libera corpora placere ſine mora* Locrenſibus *reſtitui, non leui* defunĉtorum *poena.*

Degredi eſt ex ſuperiore loco deſcendere; *Digredi* ex aliquo loco diſcedere. Salluſt. in Iugurtha: *Monte* degrediens *cum exercitu.* Ibidem: *Propter multitudinem a parentibus* digreſſi.

Dereĉtum in reĉtum vadens. *Direĉtum* in latera aptatum. Agraet. R.

Digredi eſt *generale*, dum de *Perſona*, et de *Via* dicitur. *Degredi* autem *ſpeciale*, dum *Locum* ſaltem deſignat.

Delator eſt, qui crimina defert (ii); *Mandator* (kk) vero, qui mandat *Delatori* accuſationem, ſuggeritque probationes et indicia. Suetonius in Tito: *Inter aduerſa temporum, et* Delatores Mandatoresque *erant ex licentia veteri.* Marcianus de *Delatoribus* L. 24. D. de Iure Fiſci: *Non tantum* Delator *punitur, ſi non probauerit, ſed et* Mandator, *quem exhibere debet* Delator.

(ii) ac idem eſt, atque *occultus accuſator.*

(kk) *generaliter* vocatur, qui aliquid *agendum* committit; *ſpecialiter* vero, qui alicui eſt *autor* et omnino *mandat*, vt pecuniam det mutuo, aut tempus ſolutionis prologet.

Sed

Sed *Mandatarius* eſt, qui *mandatum* ſuſcipit ad *implendum*, Vid. *Schardii* Lexicon Iuridicum p. 561. col. 1.

Deleo ſcripturam, cum flamma *Extinguo* lucernam, lucem, *Eluo* vitrum, *Detergo* lutum. R.

Deligere eſt è multis *idoneis* aliquem *eximium* adſumere; *Diligere* eſt *ſeorſum* et *diſtincte* legere, (ll) vt fit in delectu Militum, cum *nominatim* et *ſigillatim* citantur, et ad *Nomina* reſpondent. Cui contrarium *Negligere*, id eſt, nullum *dilectum* habere, nec curare, quid deceat facere (mm); *Eligere* vero eſt e quauis multitudine *vnum* ſecernere, vel ad eligentis emolumentum, vel ad illius, qui eligitur, dignitatem. Itaque plus eſt *Deligere*, quam *Diligere*, et *Eligere*. Cicero in Laelio: *Amare autem nihil eſt aliud, quam eum ipſum* deligere, *quem ames.* Idem de Lege Agraria: *Vniuerſi* deligant, *quem Populo Rom. maxime conſulturum putant.* Ibidem: *Si vobis ex omni populo* diligendi *poteſtas eſſet data.*

(ll) quaſi dicas, in *Vtramque partem* legere, hoc eſt, *ſtudioſe* curare.

(mm) ſiue non *ſtudioſe* legere, ſed *per incuriam* optima relinquere.

Delictum committitur *negligentia*, cum non fit, quod fieri debet (nn). *Peccatum opere*, cum fit, quod non debet fieri, ſicut: Qui *deliquit*, non fecit, quod facere debuit. Qui *peccauit*, hoc fecit, ſed parum recte. Gellius (oo): Peccata *quoque hominum, et* Delicta *non ſuſtentanda.* Interdum tamen contra *Delictum* graue Crimen ſignificat. *Peccatum*

 leue

Digitized by Google

leue Erratum, vt Peccatum *Memoriae*, *Scripturae*. Alias *Delicti*, *Maleficii et Noxae* Vocabula propria facta ſunt admiſſis minoribus ſiue priuatis Delictis; *Criminis* publicis et maioribus *L. 17. §. 18. de Aedil. ed. l. 131. fin. ff. de V. S.*

(nn) *Maſſeus* dicit *Delicta* fieri aut *propoſito*, aut *impetu*, aut *caſu*. *Propoſito* delinquunt Latrones, qui *factionem* habent. *Impetu* autem, cum per Ebrietatem ad *manus*, vel ad *ferrum* venitur. Sed *caſu*, cum in venando *telum in feram immiſſum* hominem interficit.

(oo) Lib. VI. *Noct. Atticar.* Cap. XIV. p. 224.

Delictum, peccatum aliquando dicimus; delictum militiae: at alicuius rei examinatae *delectionem* appellamus, nam *diligi* affectionis, *deligi* iudicii eſt. Agraet. R.

Deliratio ſenectuti conuenit, *Timor* conſcientiae. Donat. R.

Delubrum proprie eſt Aedicula, in qua deliberatum (* h. e. *dedicatum*) DEI Simulacrum (pp); *Templum* vero eſt Aedificium DEO ſacratum. Ita *Delubrum* eſt paruum Templum, vel pars Templi; ſicut *Capitolium* fuit Templum, in quo tria *Delubra* communi pariete claudebantur, IOVIS, IVNONIS, MINERVAE. Cicero pro Domo: Templorum *et* Delubrorum *religiones*. Idem Orat. 3. in Catilinam: *Deorum* Delubris, *atque* Templis, et alibi; *Omnia* Templa *Deorum atque* Delubra. Arnobius Lib. 6. *Quorum* Delubra *et* Templa *mortuorum ſuperlata ſunt buſtis*. Idem Lib. 7. *Cur* Templa *poſt condita*, *ſibique exaedificata* Delubra etc. Sed haec fere confunduntur, maxime apud

Poetas.

Poetas. *Delubrum*, in quo homines pericula ſua diluunt. Ponunt enim vel *Pileum*, vel *Scutum*, vel alia ſuſcepta votis. *Sacellum* paruulum aedificium Diis conſecratum; *Templum* in loco inaugurato; *Lucus* locus fulmine ictus, et arborum ſpiſſitate tectus; *Fanum* (qq) FAVNO conſecratum; vnde FAVNI appellabantur prius illi, qui vagabantur, Fanatici: *Bidental* locus fulmine tactus et oue expiatus. *Bidentes* enim oues appellantur. *Corn. Front.*

(pp) Sicut enim locum, in quo figerentur candelae, Latini *Candelabrum* dixerunt: ita, in quo Deum ponerent, *Delubrum*. Leg. *Perotti* Lib. I. *Cornu Copiae* Epigramm I. col. 17. lin. 37.

(qq) Hanc Vocem nonnulli a *fando* deductam putant, quoniam *Pontifex* in *Dedicatione Templi* certa verba praefari olim erat ſolitus. Alii ἀπὸ τȣ̃ Φανερȣ̃, quod manifeſtum ſignificat, quoniam e *Fano* reſponſa quondam data conſtat. Vnde Veteribus *Prophetae* dicti ſunt FANORVM ANTISTITES atque ORACVLORVM INTERPRETES.

Deludere dicuntur *Gladiatores*, cum ob aliquod membrum laeſum, aut luxatum deſinunt ludere; *Diludere*, cum inter commiſſiones interquieſcunt. Vnde *Diludia* ſunt interualla et intermiſſiones ludendi. Cicero *pro* Roſcio Amerino; *Deinde aliquanto lentius nihil agere*, *atque* deludere. *Plinius lib.* 36. *Licet videre Gladiatores*, *cum* deluſerint, *hac iuuari potione*. Horat. (rr)

Diſplicet iſte locus, *clamo*, *et* diludia *poſco*,

(rr) Lib. I. Epiſtol. XIX. ad *Maecenatem* v. 47.

Deluit, qui purgat (ss), *Diluit*, qui temperat: Liuius *de* Morte Mithrid. *Quod cum* diluiſſet, etc. *Agraet*.

(ss) *Gellius* vtitur verbo *Diluere* in ſenſu *Metaphorico*, et quidem *Lib. XV. N. A. c. II. p. 476.* vbi ſic inſit: *Et calefacto ſimul refotoque animo, ſi quid in eo vel frigidae triſtitiae, vel torpentis verecundiae fuerit*, diluamus Conf. *Oberti Giphanii* Obſeruationes ſingulares in *L. L.* p. 63. ſeq.

D*emere* eſt de toto auferre, *Adimere* eſt ipſum totum auferre. Plaut. Bacch. 4. 4. v. 14. R.

D*eos* perpetuos dicimus; D*iuos* ex hominibus factos, quaſi diem obierint (tt). Vnde D*iuos* IMPERATORES vocamus. Iuuenal. (uu).

Reſpice riuales Diuorum - - -

Sed *Varro* et *Attius* contra ſentiunt, dicentes *Diuos* perpetuos; *Deos*, qui propter ſui conſecranem timentur, vt ſunt Dii Manes; quod attingit Virgilius (xx) ſic canens:

- - Turni *ſic eſt affata ſororem*
Diua D*eam*, *ſtagnis quae fluminibusque ſonoris*
Praeſidet. Seruius.

(tt) *Ioh. Ludou. de La Cerda* Tom. III. Commentar. ad *Virgil.* verſ. CXXXIX. Lib. XII *Aeneid.* p. 684. col. a. DEOS, ſeu DIOS, *aeternos*; DIVOS autem ex *hominibus aſſumptos* eſſe dicit.

(uu) *Satyr.* VI. v. 115.

(xx) Lib. XII. *Aeneid.* v. 138. ſqq.

Deponere eſt rem alicui cuſtodiendam (yy) dare, ſiue cuſtodiae tantum cauſa, ſiue ad euitandum curſum vſurarum; *Sequeſtrare L. pen.* D. *Depoſ.* quod

Digitized by Google

quod elegantius dicitur *Sequeſtro dare*, vel *deponere apud Sequeſtrem*, eſt rem controuerſam alteri tradere, donec, finita lite, conſtet, cui debeatur. *Hoc* ſemper fit a *pluribus*, et poſſeſſionem rei depoſitae transfert in Sequeſtrem; *Illud* etiam ab *vno* poteſt fieri, nec mutat poſſeſſionem, aut proprietatem, quam *deponens* retinet. Itaque Verbum DEPONENDI generalius eſt, ita vt omnis, qui *Sequeſtro* dat, etiam deponat; at non contra. *Florentinus Inſtit.* 7. *L.* 17. D. *Depoſiti*. *Licet* deponere *tam plures, quam vnus poſſunt; attamen ad* Sequeſtrem *non niſi plures* deponere *poſſunt. Nam tum id fit, cum aliqua res in controuerſiam deducitur.*

(yy) Vnde *Depoſitum* eſt alicui commendatum, vel creditum, ſiue fidei datum. Sic *Pecuniam depoſitam* vocamus, quae apud *Sequeſtrum* tuto eſt collocata.

Deponitur in ſequeſtri: *Accipitur* ab eo, qui corrumpitur, *Recipitur*, id eſt, promittitur ab eo, qui pro iudicaturo reſpondet, *Pollicetur*, qui apud ſe dicit aut praemium aut ſententiae poteſtatem eſſe. Paedian. R.

Deportare eſt deponere (zz); *Apportare* aliquid afferre (a); *Comportare* in vnum locum conferre; *Exportare* de loco tollere. *Agraetius.*

(zz) *Deportare* PROPRIE videtur eſſe *nauticum* Verbum, de iis dictum, quae *nauibus* aliquo eportantur, hoc eſt, *Merces, Homines, Animantes*, et quaelibet alia Onera.

(a) *a loco nempe ad locum.* Vid. Terent. *Phorm.* Act. III. Sc. III. v. 18.

Deportatus eſt, qui poenae cauſa fuſtibus caeditur

tur et in *perpetuum* ablegatur in *Inſulam*, quam Princeps adſignauit, et omnia ſua Iura et Bona, praeter *Libertatem* amittit (b). *Relegatus* eſt, qui aut certo loco concluditur, aut *Vrbe*, *Prouincia*, *alioue*, quo *loco* prohibetur ad *tempus*, vel in *perpetuum*; et tamen omnia Iura ſua et Bona, praeterquam, ſi quae *Bonorum pars* adempta erat, integra ſeruat (c). De quibus multa *Iurisconſulti L.* 17. *l.* 2. *de* publ. Iud. D. *de* Interd. *et* Releg.

(b) *Leg. Cornelii Nepotis* ALCIBIADES Cap. IV. §. 3.
(c) Conf. Feſti Lib. XVI. de *Verborum Vett. Significatione*. col. 1301. lin. 29. ſeqq.

Deputare plus eſt quam *Putare*. Plaut. Pſeud. Prolog. v. 19. R.

Deripere eſt *deorſum* rapere, et detrahere: *Diripere* eſt diuerſe et in *varias partes* rapere, vt fit in expurgationibus Vrbium. Plautus in *Menaechm.* (d)

Sed quis hic eſt, qui capillo me huc de curru deripit?

Idem in Rudente (e):

De ara Capillo iam deripiam.

Varro in Eumenid. *Vbi vident ſe cantando, ex ara excantare non poſſe*, deripere *incipiunt*.

(d) Act. V. Scen. II. v. 117.
(e) Act. III. Scen. V. v. 5.

Deſpicere eſt *deorſum* aſpicere: *Diſpicere* eſt *diuerſe diligenterue* inquirere, prouidere; et tanquam in omnem partem animum oculosque intendere (f), Terent. in Andria (g):

Iam

Iam aliquid diſpiciam.

Cicero Lib. I. Tuſculan. Quaeſt. *Tamen acie mentis* diſpicere cupiebant †.

(f) h. e. vt breuiter dicam, *in Varias partes Videre.* Sic qui Amicum expectat, *diſpicit* tanto attentiori *diſpicientia*, quanto auidior eſt expectatio.

(g) Act. III. Scen. V. v. 16. vbi *Diſpicere* (per *Metonym.* nempe *Anteced.* pro *Conſequ.*) idem eſſe videtur, ac *Inuenire.*

† *Diſpicere*, eſt diſquirere conſilium, Donat. *Suſpicere* vero eſt ſurſum aſpicere. Seru. R.

Deſtrictus poteſt eſſe ſine vinculis in diuerſum manu ducentium ferri, *Obligatus* etiam nodis vinculorum in Collo intelligitur, plus eſt ergo *obligatum* eſſe, quam *deſtrictum.* Paed. R.

Deterior comparat bonum cum malo. *Peior* malum cum malo. R.

Detrimentum eſt quaſi deminutio rerum, quam aliquis patitur †, (h) *Intertrimentum* eſt commune damnum facientis, accipientisque. Varro Lib. 4. de Lingua Lat. Detrimentum *a detritu*, *quod ea, quae trita, minoris pretii.* *Ab eadem mente* Intertrimentum *ab eo*, *quod duo*, *quae inter ſe trita et deminuta.* Terent. in Heautontimor. (i)

- - - *Sine magno* intertrimento *non poteſt*
Haberi. - - - - - -

Cicero in Verrem: *Cum eo ſine vllo* intertrimento *conuenerat iam, quemadmodum traderetur.* In quem Locum Paedianus: Detrimentum, *inquit*, *vnius partis eſt;* Intertrimentum vero *dantis et accipientis.*

† *Detri-*

† *Detrimentum* vel vnius partis dici poteſt. Paedian. R.

(hh) ſeu de *tritu* factum damnum, (et quidem *propriiſſime*) Ein Abgang durch das Reiben.

(i) Act. III. Scen. I. v. 39. ſequ.

Deturbamus proprie de loco, multitudine et vi maiore. *Repellimus* eum vi minore, qui vim adfert, idque ſoli etiam. Goclen. R.

Deuncem, decem vncias: *Diuncem*, vndecim. Agraet. R.

Dicere ſententiam et *Ferre* differunt: nam iudex *fert*, ſenator *dicit* ſententiam. Goclen. R.

Dicimus, quod volumus, *Loquimur* inuicem (k), *Narramus*, quod ignoratur. Corn. Front.

(k) *Varro* autem Lib. 5. L. L col. 1080 lin. 52. ſeqq. inter *Loqui* et *Fari* hanc Differentiam intereſſe ſcribit, quod *fatur* is, qui primus ſignificabilem vocem ore emittit, *nullo verborum ordine ſeruato*. Vnde *Pueri*, antequam id faciant, *Infantes* dicuntur. *Loquitur* autem is, qui ſuo loco vnumquodque verbum *ſciens* ponit.

Dictio oratorum, *Sermo* omnium in vſu quotidiano. Cicero Lib. 2. de Orat. Genus eſt perelegans et cum grauitate ſalſum, cumque oratoriis *dictionibus*, tum vrbanis *ſermonibus* accommodatum. R.

Dictum et *Promiſſum* in Venditione diſcernuntur; vt in Edicto Aedilitio; *Aduerſus quod* dictum promiſſumue *fuerit*. Nam *Dictum* eſt, quod verbotenus pronunciatum eſt, nudoque ſermone finitur. *Promiſſum* autem et ad nudam promiſſionem, ſiue pollicitationem, et ad ſolennem ſtipulationem

tionem refertur. Itaque plus eſt *Promiſſum* quam *Dictum* (l), autore *Vlpiano*.

(l) *Dictum* licet de *omni ſermone* ſit intelligendum; *ſpecialiter* tamen *facetias* ſignificare, *Perottus* Lib. I. *Cornucop.* Epigr. III. col. 434. lin. 32. ſeq. eſt autor.

Dies genere virili vnius Diei curſum ſignificat, vt *hic* vel *ille* Dies, *primus* Dies; *meus natalis* Dies; *muliebri* autem temporis ſpatium, vti *ſumma*, *infanda* Dies, apud Virgilium † (m): *Annua*, *bima*, *trima* Dies, id eſt, tempus *Anni*, *Biennii*, *Triennii* apud *Iuriſconſultos*. *L.3.* *§.14.ff.* de Stat. Quae Differentia ab optimis *Autoribus* fere ſeruatur; licet vetuſtiſſimi *Poëtae*, quorum teſtimoniis *Nonius* contra nititur, dixerint *Hanc Diem*.

† *Dies* foeminino genere tempus, et ideo diminutiue, *Diecula*, dicitur breue tempus et mora. *Dies* horarum duodecim generis maſculini eſt, vnde *hodie* dicimus, quaſi hoc die. R.

(m) Lib. II. *Aeneid.* v. 324 et 132. Sic *Toxilus* Seruus apud *Plautum* in *Perſa* Act. I. Sc. I. v. 34. ſeq. etiam infit ſic dubius:

- - *Haec* Dies ſumma *hodie eſt*, *mea Amica ſitne libera*,
An ſempiternam ſeruitutem ſeruiat. - -

Vid. in hunc Locum *Taubmanni* Comment. p. 1119. col. 1. et 2. Edition. poſter. et in *Pſeudoli* Act. I. Sc. III. v. 140. p. 978.

Die quarto (n) *praeterito* tempore, Di*e quarta*, aut *quarti*, de *futuro* vſurpari ſolitum tradit Gellius Lib. 10. N. A. Cap. 24. (*) p. 334. Plautus in *Menaechm.* (o) Die ſeptimo *auctio fiet*. Idem in Perſa (p): *Ibi mercatum eſſe dixit* die ſeptimi. Ego arbitror, haec nihil omnino differre, et Veteres propter affinitatem Litterarum E, I, et O, ſine diſcrimi-

ne

Digitized by Google

ne dixiſſe: *Die quarto*, et *Die quarta*, vel *quarti*, tam de *praeterito*, quam de *futuro*, et *praeſenti*.

(n) (quod *Graeci* εἰς τετάρτην dicunt.)

(o) Act. V. Sc. IX. v. 95. vbi nonnullae Editiones pro *Die* non prorſus incommode *Mane* legunt.

(p) Act. II. Sc. III. v. 8.

Differre eſt rem in aliud tempus conferre, nulla cum dies ante praefinita fuiſſet: *Proferre* eſt diem conſtitutam prorogare (q). Itaque Qui *profert*, idem *differt*, non contra. Paulus *Lib*. 5. *Sententiarum L* 18. D. *de Qu. Adeo vt propterea* et differantur *et* proferantur cuſtodiae. Terent. in Andria (r):

- - - *Saltem aliquot dies*
Profer, *dum proficiſcor aliquo*. - - -

Cicero in Mario: *Si quod conſtitutum cum Podagra habet, fac in alium diem* differas.

(q) Proprie autem eſt in *diuerſas partes* ferre. Denotat quoque idem, ac rei alicui *Diſſimilem* eſſe. Sic *differre* rumorem *differas*, donec reſciſcas, annon *differat* a veritate.

(r) Act. II. Sc. I. v. 29. ſeq.

Dignitas plus eſt, quam *Exiſtimatio*. Nam *Dignitas* Honoribus comparatur, *Exiſtimatio* Virtutibus, aut praeclare Factis (s). In *illa* ineſt ſplendor; in *hac* laus, Virtutis nota. Cicero in Bruto: *Quod ſentiebam et* Dignitati *et* Exiſtimationi *tuae maxime conducere*. Et in Sulpitio: *Nec reliquo tempore vllo aut rei, aut* Exiſtimationi, *aut* Dignitati *tuae deero*. Praeterea *Exiſtimatio* ſine *Dignitate* eſſe poteſt. *Dignitas* ſine *Exiſtimatione* eſſe non poteſt. Vnde Iuriſconſulti *Exiſtimationem* quaſi partem

tem et effectum *Dignitatis* accipiunt. Calliſtratus de *Cognitionibus* 1. L. 5. D. de var. et extra. Exiſtimatio *eſt* Dignitatis *illaeſae ſtatus, legibus ac moribus comprobatus, qui ex delicto noſtro autoritate legum aut minuitur, aut conſumitur.* Minuitur *Exiſtimatio*, quoties, manente Libertate, circa ſtatum *Dignitatis* poena plectimur. Dignitas, quatenus contradiſtinguitur *Venuſtati*, competit Viris †; *Venuſtas* Foeminis. Cic. Lib. I. Offic. Venuſtatem *muliebrem dicere debemus*, Dignitatem *virilem*.

(s) Ideoque *haec* pro ipſa *autoritate*, *commendatione* ac *fama* paſſim vſurpatur. *Illa* autem deſcribitur, quod ſit ſingularis *honoris* gradus, ex quo *ſplendor* ac *amplitudo* naſcitur. Leg. *Doletus* loc. cit. p. 57.

† Pulchritudo formae in iuuene *dignitas*, in foeminis autem *honeſtas* dicitur. Agraetius. R.

Diligentia eſt in diligendo et diſcernendo (t); *Induſtria* verſatur in agendo (u); alterum eſt *ingenii* et *iudicii*, alterum *laboris* atque *operae*. *Studium* eſt attentio animi. Cicero in Verrem. 3. *In quo meam* induſtriam *et* diligentiam *ſpectari volo.* Idem in Torquato: *Omnia* ſtudioſe diligenterque *curabo*, Suetonius in Domitiano: *Ius* diligenter *et* induſtrie *dixit*. *Diligentia* a diligendo ſingula; Huic *Negligentia* opponitur, nec recipit errorem. *Cura* animi eſt, quae anxium facit hominem, et tam honeſtae, quam inhoneſtae rei eſt. *Corn. Fronto.*

(t) et idem eſt, ac *dilecti rei* cura, ſicuti *diligere* idem, ac in *vtrumque partem* legere, hoc eſt, *probe* ac *ſtudioſe* curare.

(u) Ideoque et pro *ſtudio* atque *vigilantia ipſa* nequaquam inique ponitur.

Digitized by Google

Dimidium dicitur de rebus, quae ſeparatae ſunt; (x); *Dimidiatum* † autem de rebus, quae *continuae* ſunt, et *non ſeparantur*, quaſi *diſmediatum*, et in *partes duas pares* Diuiſum; cuius Differentiae exempla ſuppeditat Gellius Lib. III. *) N. A. C. XIV. p. 130. ſeq.

(x) ſeu eſt portio *Dimidiati* alterutra;

† *Dimidiatum* calicem bibi, non *dimidium* dicere debes: non enim ipſe vas bibis, *ſed quod intra eas eſt. Agraetius.* Varro haec ita differre, inquit, vt *dimidium* de rebus, quae pondere, numero ac menſura conſtant, vt de pecunia, cado, vel ſextario vini, olei. etc. *Dimidiatum* de ſpecie vel corpore, vt de agro, poculo, libro, fabula. Sed tamen et de hora et anno dicitur Gell. l. 3. c. 14. Plaut Aul. 2. 4. v. 14. R.

Directum eſt in latera aptatum; *Derectum* in rectum vadens. Agraetius.

Diſcidium ſignificat Diſtractionem, interdum etiam Diuortium, a *diſcindendo*, id eſt, *dirimendo*, vt Excidium ab *exſcindendo*; *Diſſidium* vero Diſſentionem, a *diſſidendo*. Illud *corporis* eſt; Hoc *animi*. Terent. in Andria (y):

- - - - - - - *Valeant,*
Qui inter nos diſcidium *volunt.* - -

Idem in Haecyra (z):

Neque mea culpa (aa) *hoc* diſcidium
Eueniſſe - -

Cicero pro Domo: *Defleui coniugis miſerae* diſcidium.

(y) Act. IV. Scen. II. v. 13. ſeq.
(z) Act. III. Scen. V. v. 26.

(aa) Ita enim pro *cauſa*, quae vox in multis huius *Autoris* Editionibus pro CVLPA eſt reperienda, legunt Editiones

nes *Aldino-Veneta*, *Bonhommeano*- et *Gryphiano-Lugdunenſes*, *Haymecciana*, *Pareiana*, *Victoriano-Heidelbergenſis* atque plures aliae. Sed *Plantiniano-Antuerpienſis*: Neque *Culpa* hoc mea: legit.

Diſcordia priuatorum eſt, *Bellum* multitudinis et (frequenter) publicum. Goclen. in Obſeru. L. L. p. 230. H.

Diſcrimen et ad periculum pertinet et ad experimentum, Agraet. R.

Diſertus et *Eloquens* quid differant, oſtendit *Cicero* de Oratore, his verbis: Diſertus *eſt, qui poteſt ſatis acute atque dilucide apud mediocres homines ex communi quadam hominum opinione dicere*; Eloquens *vero, qui mirabilius et magnificentius augere poteſt atque ornare, quae vult, omnesque omnium rerum, quae ad dicendum pertinent, fontes animo ac memoria continet.*

(a) *Exercitus* autem ab *Eloquente* ſic differt, vt, *Iſidoro* Lib. X. *Origin.* col. 235. teſte, *hic* profuſus *eloquio*; *iſte* autem in *loquendo* expeditus ſit.

Diſpungere et *Expungere* verba vſitata in *Rationibus* hoc differunt, quod *Diſpungere* eſt conferre accepta et data, ſiue excutere et examinare Rationes. Vnde *Diſpunctio* (cc). *Expungere* (dd) eſt Rationes peractas abſolutasque tollere, debitum inducere. *Hoc* eſt poſterius, et *illius* quaſi effectum. Seneca Lib. 2. de Beneficiis: *Apud me iſtae acceptorum expenſarumque Rationes* diſpunguntur. Tertullianus Lib. 4. aduerſus Marcionem: *DEus meritorum iudex et* diſpunctor. Plautus in Ciſtellaria (ee):

Nunc, quod reliquum reſtat, volo perſoluere,
Vt expungatur *nomen, ne quid debeam.*

(cc) *Hanc* ipſam *Rationis Cancellaturam* vulgo a *Iuriſconſultis* dici conſtat.

(dd) *Budaeus* dicit, quod *Expungere* ſit punctis circumducere et tollere, et quaſi rem confectam eximere e codice. Vnde *expunctus Miles* dictus, qui e ſuorum numero eſt exemtus atque aere dirutus.

(ee) Act. I. Scen. III. v. 40. ſq.

Diſtrahere a trahendo, *Deducere* a ducendo, *Diuellere* a vellendo. Corn. Front. R.

Diu tempus continuum, *Dudum* tranſiens, *Pridem* longius tempus, *Iamdudum* perſiſtens, *Iam olim* factum, praeteritum et adhuc durans. R.

Diuellere eſt dilacerare, diſcerpere, διασπᾶν, *Deuellere* eſt vellere et depilare, ἀποτίλλειν, vt eſt in Gloſſis. Plaut. Poen. 4. 2. v. 50. R.

Diuerſorium, Hoſpitium, Tabernam, vulgus putat eſſe *eadem*, cum ſint *diuerſa*. Nam *Diuerſorium* et *Hoſpitium* ſunt *gratuita*, et ſine pretio *Amicis* tantum et *Hoſpitibus* praebentur. Sed ILLVD plerumque *breuioris* commorationis eſt, HOC *diuturnioris* (ff). *Taberna* (gg) autem eſt *mercenaria* et *ignotos* etiam atque *peregrinos* quaeſtus gratia accipit, vti *Caupona*. Vnde *Tabernam diuerſoriam* dixit Plautus in Milite, et Suetonius in Nerone: *Diſpoſitae per littora et ripas* diuerſoriae Tabernae parabantur. Praeterea *Diuerſorium* nobismet quoque ipſis alibi paramus, quod in alieno loco ad *Hoſpitem* aut ad *Cauponam* nolumus diuertere: *Ho-*

Hoſpitium (hh) et *Taberna* aliis ſemper parantur. Cicero Fabio Gallo: *Multo libentius emerim* Diuerſorium TARACINAE, *ne ſemper hoſpiti moleſtus ſim.*

(ff) *Diuerſorium* proprie eſt, quo aduenae diuertunt. Nam cum in itinere locum aliquem quis declinat, *diuertit* a via; cum autem ſe reficere vult, *diuertit* in *diuerſorium*, et eſt acceptus *diuerſor*, ſi ante quoque ibi *diuerſari* eſt ſolitus. *Lex. Ian.*

(gg) quam *proprie* Aedificium ex *Tabulis*; in *ſpecie* autem, vbi res variae venduntur, *Philologi* nequaquam ine[illegible]uncupant.

(hh) Hoc *Antiquis* Domus erat, quae *gratis liberaliterque* venienti Hoſpiti patebat. Vnde et pro *Amicitia* quam frequentiſſime, teſtante *Budaeo*, ponitur.

Diues a diuo, qui, vt Deus, nullo videtur indigere, *Opulentus* ab ope, cui ea opime. *Pecunioſus* a pecunia magna. Varro. R.

Diuiduum a diuiſione, *Dimidium* a dimenſione dicimus. Donat. R.

Diuinitus (ii) cum dicimus, ex DEI mente factum ſignificamus; *Diuine* vero, cum laudamus. *Fl. Soſip.*

(ii) Vtitur hac voce *Plautus* quoque in *Curculione* Act. II. Sc. I. v. 33.

- - - - *qui ſciat* diuinitus.

In quem locum ex *Lambino* videndus *Taubmanni* Commentarius p. 276. Edition. prioris, vbi extant verba ſequentia: *Quaſi dicat:* Ego ſcio coniecturam facere de ſomniis, non ex *diſciplina hominum*, ſed *afflatu diuino*, vt Vates.

Diuitiae ſubſtantiam, *Opes* fere potentiam ſignificant. R.

Digitized by Google

Diuortium L. 2. D. *de* DIVORT. eſt diſtractio Matrimonii, vel a *diuerſitate* mentium ita dictum; vel quod *diuerſas* partes eunt, qui dirimunt Matrimonium: *Repudium* non modo *Nuptiarum* diremtionem, ſed et *Sponſaliorum* renunciationem ſignificat. *Illud* inter *Virum et Vxorem* tantum fieri dicitur, *Hoc* etiam *Sponſos* concernit, vt autor eſt *Modeſtinus* Differentiar. 20. l. 101. et 192. D. de Verb Sign. (kk). Sed et *Diuortium facere* dicimus, *Repudium mittere*, *renunciare*, vel *dicere*. Cato de Dote: *Vir cum* diuortium *fecit*, Terent. in Phormione (ll):

. . . *Illis* repudium *renunciet*,
Hanc ducat. . . . .

Paulus ad Edictum 31. l. 3. ff. de Diuort. *Per calorem miſſo* Repudio. Tacitus Lib. 3. Annal. *Poſt dictum* Repudium *adhuc infenſus*.

(kk) Conf. *Ioannis Seldeni* Vxor Ebraica Lib. III. Cap. XIIX. p. 310 ſeqq. *Schardii* Lexicon Iuridicum p. 305. col. a. et *Schildii* Commentarius ad *Suetonii* AVGVSTI Cap. LXII. p. 250. col. b. et ad NERONIS Cap. XI. p. 341. col. b. vbi *Repudium* et *Diuortium* etiam inter *abſentes* non modo *ciuili*, verum etiam *diuino* Iure fieri dicit.

(ll) Act. IV. Scen. III. v. 172. 173.

Diurnum fit diu et quotidie, *Diuturnum* moratur, *Diutinum* longi temporis eſt. R.

Doctus eſt, qui optimarum Artium ſcientia excellit (mm), *Eruditus*, qui aliqua eſt humanitate imbutus, quaſi minime rudis; *Litteratus*, qui eſt ſciens et peritus litterarum (nn). Itaque *Doctus* plus eſt, quam *Eruditus*, aut *Litteratus* (oo), ſic-

ut

Digitized by Google

ut *Doctrina* plus eſt, quam *Eruditio*, et *Doceo* plus eſt, quam *Erudio.* Cicero Lib. 2. Officior. *Occurritur autem nobis, et quidem a* Doctis *et* Eruditis. Idem Lib. I. *Aut praeclara* eruditione *atque* doctrina, *aut vtraque re ornati.* Ibidem: Studioſos *diſcendi* erudiunt *atque* docent. Idem in Bruto: *Balbi* docti *et* eruditi *hominis in vtroque.* Gellius Lib. 3. *Sed* eruditiori doctiorique. In Poemate veteri Romano:

Docta, erudita *poenae Muſarum manu.*

(mm) Ideoque *Doctus* poteſt facile *docilem docere*, vt *docilitatis* ſuae *documentum* edat firma comprehenſione doctrinae.

(nn) hoc eſt, *Litterarum Doctor*, (ein Buchſtaben-Lehrer / oder Schulmeiſter /) antique *Litteroſus* dictus. Quapropter Tu ſi euadere vis non *Litterator*, hoc eſt, vix *litterulas* exarare gnarus, ſed vere *Litteratus*, diſce omnes bonas *Litteras*; licet has quidem *illitterati* fatui *oblitterare*, aut etiam *oblitteratas* eſſe optarent. *Lex. Ian.*

(oo) Hodierni politiori atque ſolidiori eruditione imbuti Viri hanc *differentiam* prorſus inuertunt merito, dicentes, *Litteratum* atque *Eruditum* longe plus eſſe Docto, quoniam non omnes *Docti* ſunt *Litterati* atque *Eruditi*, ſed quilibet *Litteratus* atque *Eruditus* eſt, (et quidem meo iudicio) *proprie* ac *ſolide DOCTVS.*

Doctum et *Peritum* a M. Tull. Cicerone diſcretum eſt, vt ſit *peritum* plus quam quod *doctum*, de Offic. lib. III itaque cum ſint *docti* a *peritis* facile deſiſtunt ſententia. Nonius. R.

Dolor eſt aegritudo animi afflicti, vel ex *Mali* alicuius praeſentia, vel abſentia *Boni*; *Moeror* (pp) eſt demiſſio et contractio animi. *Ille* et interi-

Digitized by Google

terior et grauior aſperiorque, *Hic* leuior eſt, et extrinſecus apparet. Cicero Lib. 12. ad Atticum: Moerorem *minui*, Dolorem *nec potui, nec, ſi poſſem, vellem.* Idem pro Muraena; *Qui huius* Dolor? *qui illius* Moeror *erit?* Tacitus lib. 3. Annal. *Conueniſſe recenti* dolore *luctum, et ex* moerore *ſolatia.*

(pp) Hoc Vocabulo maxime vtimur, cum *perditum et afflictum rerum ſtatum* expreſſius deſignare volumus. Leg. *Terentii* Andr. Act. IV. Scen. II. v. 10.

Dolorem et *Laborem* diuerſa eſſe putat Cicero L. 2. Tuſculanar. Quaeſt. in eoque *Graecos* reprehendit, quod haec ſua lingua non diſtinguant. Cui videtur accedere Terent. in Andria (qq):

Eius labore *atque eius* dolore *gnato vt medicarer tuo.*

Similiter ſeparat alibi D*olere* et *Laborare*: quae tamen reipſa nihil differunt omnino. Nam *Labor* eſt e D*olore*, quo afficitur, qui laborat.

(qq) Act. V. Scen. I. v. 12.

Dolus L. 1. §. 2. D. de Dol. eſt omnis callida machinatio ad circumueniendum et laedendum alterum adhibita (r): *Fraus* eſt leuior captiuncula, ex qua aliquis ſibi adquirit, ſiue alterum fraudando, ſiue ſe ipſum, vt ille apud Plautum in Aulularia (ss):

- - - *Egomet me* fraudaui,
Animumque meum, Geniumque meum. -

Ergo *Dolus* grauior eſt, quoniam in eo *Fraus* contine-

tinetur. Cicero *pro* Domo: *Ne qua fraus, ne quis dolus adhibeatur.* Tacitus Lib. 4. Hiſtor. Fraudem *et* dolum *obſcura*, *eoque ineuitabilia.* Paulus ad Edictum 32. l. 3. D. pro Socio. *Societas, ſi dolo malo, aut* fraudandi *cauſa coita ſit, ipſo iure nullius momenti eſt, quia fides bona contraria eſt fraudi et* dolo. Iulianus ad Edictum I. l. 1. D. de his, qui not. infam. *De* dolo malo *et* fraude *ſuo nomine damnatus* (tt). Sunt, qui putant, DOLVM *opere* fieri, FRAVDEM *verbis*: quos ſatis refellit, vt alia omittam, elegans locutio *Dolo dicere*, id eſt, *ficte* et *ſimulate*, *non ex animi ſententia*, qua vſus Plautus in Trinummo (uu): *Non tibi dicam* dolo. Cui contrarium bona fide *dicere.* Idem in Aulularia (xx): D*ic* bona fide, et in Pſeudolo (yy): Bonane fide *iſtuc dicis?*

(rr) Et *hoc vocabulo* nunc tantum *in* malis vtimur; etiamſi *Antiqui* etiam in *bonis rebus* eo ſint vſi. Vnde adhuc dicimus: *Sine dolo malo*, quoniam et *bonus* quoque dici ſolebat *dolus.*

(ss) Act. IV. Sc. IX. v. 14. ſeq. Vid. idem *Plautus* in *Rud.* Act. V. Sc. II v. 31. et 60. et in Trinumm. Act. II. Sc. IV. v. 11. *Cicero* pro *Sext. Roſcio Amer.* Cap. LII. §. 3.

(tt) Sed *Fraudi eſſe* apud *Antiquos* idem ſignificabat, quam *vitio dari*, vnde *aliqua poena* proueniret. Quapropter etiam *Fraus* antique *Poena* eſt vocata. Conf. *Doleti* Formul. L. L. p. 65.

(uu) Act. II. Scen. IV. v. 79.

(xx) Act. II. Scen. II. v. 35. ſeq.

(yy) AT. IV. Scen. VI. v. 33.

Domicilium eſt habitatio *certa* et *fixa*, in qua Larem, rerumque ac fortunarum ſuarum ſummam

 Pater-

Paterfamilias conſtituit (zz): *Domus* interdum eſt *temporaria*, *propria*, vel *aliena* (a); *Sedes* eſt poſſeſſio *antiqua*. Itaque vbi *Domicilium*, ibi *Domus*. At non vbi *Domus*, ibi *Domicilium* quoque eſt ſemper. Et *Domus* et *Sedes* alterum ſine altero eſſe poteſt. Cicero *Memmio:* Sedem, Domicilium, *veſtigia ſummorum hominum*, et *Valerio*: *Eorum ego* Domicilia, Sedes, *Rem*, *Fortunas* etc.

(zz) Vnde ex *ICtorum* mente *mutare domicilium* dicuntur illi, qui *migrant*, vt aliam Vrbem habitent, tanquam illius *Ciues* futuri. Nam qui *ad tempus* habitat, mox inde diſceſſurus, *Domum* quidem poteſt habere, quam conduxit; *Domicilium* autem non habet.

(a) Quomodo autem *Domus* differat ab *Aedibus*, ſupra Lib. I. p. 35. ſeq. prolixe eſt expoſitum.

Donamus modice, et noſtra (b): *Largimur* profuſe, et aliena (c). Salluſt. Lib. I. Hiſtoriar. *Igitur venditis proſcriptorum Bonis, aut* dilargitis. Tacitus Lib. I. Hiſtoriar. *Quod ſine modo, ſine iudicio* donarat *ſua*, largiretur *aliena*.

(b) et quidem *Perotto* loc. cit. col. 303. lin. 38. ſeq. iudicante, plerumque *praemii* gratia,

(c) Sic *Large* eſt *profuſe* liberaliter. *Largitio* autem *expenſa* eſt, quae fit ad *aucupandum fauorem* in petitione *Magiſtratuum*.

Donare generalius eſt, *Condonare* ſpecialius. *Condonare* enim ſignificat donare *remittendo*, *concedendo*. *Donamus* et *illud*, quod damus, et *illum*, cui damus. Agraet. R.

Donum et *Munus* ſaepe coniunguntur. Plautus in Milite Glorioſo (d):

- - *Cer-*

- - - *Certatim* dona *mittunt et* munera.

Cicero in Catone: *Huic diuino* muneri *ac* dono. Idem *pro* Archia: *Deorum aliquo* dono *atque* munere *commendati*. Haec *Grammatici* ita ſeparant, vt D*onum* dantis ſit, *Munus* accipientis. *Illud* a dando; *Hoc* a muniendo, vel mouendo dicimus. *Agraetius*. Vel, vt D*onum* ſit, quod *Deorum* placandorum cauſa *Aris* infertur; *Munus*, quod *Hominibus* datur. Quam tamen Differentiam fere ſemper confundunt *Hiſtorici* atque *Poëtae*, qui DONA Hominum dicunt, vt D*ona militaria*, *Coronae*, *Haſtae purae*, et *alia*; MVNERA Deorum. *Corn. Front.* Varro Lib 2 de *Vita* Pop. Roman. *Delphos* APOLLINI munera *miſſa*. *Virgil. Aeneid.* 1.

Munera *laetitiamque* DEI.

Ouidius (e):

Munera (*crede mihi placant hominesque Deosque*:
Placatur donis IVPPITER *ipſe datis*.

Liuius Lib. 31. Dona *ampla data, quae ferrent Regi, Vaſa aurea argenteaque*, et idem alibi ſaepe. Iurisconſulti *L.* 194. *L.* 214. eod. D. de *Verb. Sign.* volunt, D*onum* eſſe omne, quod datur *quacunque* ex *cauſa*. *Munus*, quod *officii* gratia exhibetur. Ita *illud* Genus, *hoc* Speciem eſſe, vel, D*onum* ſignificare id, quod, nullo iure officioue cogente, *ſponte* praeſtatur: *Munus* eſſe, quod *neceſſitatis*, aut *officii* cauſa † exhibetur, vt ſunt MVNERA *natalitia*, *ſponſalitia*, *nuptialia*. Quae poſterior Differentia vera eſt, et perpetua (f). Plin. in Epiſt ††. *In cauſis agendis*

gendis non modo pactione, dono, munere, *verum etiam* Xeniis *ſemper abſtinui*. Vlpianus de *Officio* Proconſulis 1. l. 6. D. de *Offic.* Proc. *Mandatis continetur, ne* Donum, *vel* Munus *ipſe Proconſul, vel qui in alio officio erit, accipiat*. Idem *ad* Sabinum 28. l. 7. D. de Oper. Libert. *Iure autem debet operas*, donum, munus *ſe praeſtaturum*.

(d) Act. III. Scen. I. v. 120.

(e) Lib. III. de *Arte amandi*, v. 653. ſequ.

† lege ſcilicet, more, imperioue eius, qui iubendi habet poteſtatem. R.

(f Leg. *Petri Victorii* Lib. XI. *Var. Lect.* Cap. 22. p. 170. *Wolffg. Lazii* Lib. X. *Commentar. de R. R.* Cap. 13. p. 1012. Edition. *Oporiniano: Baſil.* atque *Balduini Walaei* Commentar. perpetuus in *Matthaei* Cap. V. v. XXIII. p. 47. col. b. Heic notes velim, quod *Donum* donetur ab Amico; *Donatiuum* a Principe; *Donarium* a quocunque deuoto. *Lex. Ian.*

†† *Donum* et rerum maiorum et immobilium recte dicitur, *munus* vero mouentium et minorum. Nam regna, vrbes, praedia *dono* dari paſſim legimus. *Donationes*, quae ob cauſſam fiebant, *munera*, reliquae generatim *dona* adpellatae ſunt. *Praemium* vero virorum fortium eſt. Et *donum munuſque* tam ante factum, quam poſt factum datur *Praemium* non niſi poſt factum eſt. *Donum* voluntarium, *praemium* debetur. *Donum* vt a largo homine, *praemium* vt a praeclaro facinore. Donat. R.

Duco Verbum honeſtum eſt (g). *Adducitur* quis ad rem *inhoneſtam*, *Perducitur* † ad *ſtudia*; *Deducitur* ad *honorem*. Agraetius. *Ducitur* quis ad *ſupplicium*, *Deducitur* ad *laetitiam*. *Ducimus* volentes: *Abducimus* inuitos; *Ducimus* apud *alios* et palam; *Subducimus* apud *noſmetipſos* et *ſecreto*. Donat. *Ducto*

ſto nequitiam et diſſolutionem denotat. Itaque *Ducitur* Vxor; Meretrix *ductatur*. Plaut. in Aſinaria (h):

Nunc quia nihil habes, maledictis deductare *meam*(i) *poſtulas.*

Idem in Manaechm. (k)

Niſi feres argentum, fruſtra me ductare *non potes.*

Terentius in Phormione (l):

Vt phaleratis dictis ducas *me, meam* ductes *gratis.*

Similiter *Ducere Exercitum* eſt militari more et ordine mouere; *Ductare Exercitum* diſſolute et raptim trahere, quod genus locutionis familiare *Salluſtio*, vt *in* Catilina: *Quod* L. Sulla Exercitum, *quem in Aſia* ductauerat, *quo ſibi fidum faceret, contra morem maiorum luxorioſe nimisque liberaliter habuerat*, et in Iugurtha: *Ipſe quaſi vitabundus per ſaltuoſa loca et tramites* Exercitum ductare. *Quintilianus* notat, hoc non ſine rubore legi in *Salluſtio.* in quo illi non adſentior. Cum enim verbum *Ductare* ſignificet *Diſſolutionem*, apte et proprie *Salluſtius* dixit, *Ductare Exercitum*: pro *ſine Ordine ducere*: ſicut *idem* dixit *Agitare aetatem, vitam*, cum tamen *Agitare* ſit *voluptarium, autore* Donato.

(g) Differt autem a *Traho* hunc in modum, quod *trahimus* eum, qui non ſequuturus, *Ducimus* autem ſponte ſequentem. Sumitur et *ducere* aliquando *Metaphorice* pro *auocare* et *delectatione quadam* quaſi *demulcere.*

† *Perducuntur* neceſſitate coacti. *Produci* res venales dicuntur. Donat. R.

(h) Act. I. Sc. III. v. 37. Sic *ductare labiis* extat apud eundem *Plautum* in *Milit.Glorioſ.* Act. II. Sc. I. v. 15. quod pro-

proprie MERETRICVM eſt, quando *Amatores ſuos* contumelioſius ſolen ſubſannare. *Graecis* dicitur διαμωκᾶσθαι καὶ τὰ χείλη διαςρέφειν, Vid. *Philippi Parei* Lexicon Criticum p. 391. col. a.

(i) *Lambinus* et ex eo *Douſa* atque *Taubmannus* in vtraque Editione pro MEAM h. l. nequaquam inepte TV EAM legunt.

(k) Act. IV Sc. III. v. 37.

(l) Act. III Sc. II. v. 15.

Ductus, *Imperium* et *Auſpicium*, iungit Plautus in Amphitr. (m)

Vt geſſerit Rempublicam ductu, imperio, auſpicio *ſuo*,

Vbi eſt DVCTV per *ſe*; IMPERIO *militari poteſtate*, AVSPICIO per *alios*, vt Legatos, Praefectos. Suetonius in Auguſto: *Domuit autem partim* ductu, *partim* auſpiciis *ſuis* Cantabriam. Vetus inſcriptio apud *Plinium L. 3. Quod eius* ductu auſpiciisque *Gentes* Alpinae *omnes, quae a Mari ſupero ad inferum pertinebant, ſub imperium P. R. ſunt redactae.* *Ducit* vir, *Nubit* Mulier, quia pallio obnubit caput ſuum, genasque. *Clarus.*

(m) Act. I. Scen. I. v. 41. et ibid. Act. II. Scen. II. v. 13. et v. 25. Vid. *Taubmann.* ad h. l. Sic *Dux* Militum *ducit ducendos* Milites per viam, quam rectam eſſe *ducit.* Operarii vero *ductant* (licet *ductim*) *ductario* fune molem aliquam *ductilem.* Lexic. Ian.

Duo numerantur, *Ambo* congregantur. R.

Duplicatum eſt res vna bis poſita, *Geminum* duae res ſimiles. R.

Dure ſignificat crudeliter; *Duriter* ſine ſenſu laboris, et *Dure* in alterum, *Duriter* in nos aliquid faci-

facimus †, vt tradit *Donatus* (n). Sed meo iudicio non bene. Nam haec Aduerbia ſola terminatioue differunt, ex antiqua conſuetudine, qua Nomina in *vs* bina fere Aduerbia habebant: vt HVMANVS, *Humane*, *Humaniter*; LARGVS *Large*, *Largiter*, DVRVS, *Dure*, *Duriter*, et alia multa, de quibus infra monuimus. Terent. in Andria (o):

Primum hæc pudice vitam, parce ac duriter
Agebat. - - - - - -

Quod cum quadam licentia dici, et vſitatius eſſe *Dure* et *Humane*, notauit *Auguſtinus in Libro de* Grammatica.

† *Illud* ad laborem, *Hoc* ad ſaeuitiam relatum eſt. Donatus. R.

(n) Conf. Perotti Cornucopiae Epigr. LXXII. col. 945. lin. 7. ſeqq. et Nonii Marcelli Propr. Serm. col. 1418. lin. 37. ſeqq.

(o) Act. I. Scen. I. v. 47. ſeq.

Dux eſt is, cui praelium vel res, *Imperator*, cui ſumma rei commiſſa eſt. Cic. lib. 3. Offic. M. Attilius Regulus cum Conſul iterum in Africa ex inſidiis captus eſſet, *duce* Xantippo Lacedaemonio, *Imperatore* a patre Hannibalis Amilcare. Corn. Nep. in Pelopida. Namque Leuctrica pugna Imperatore Epaminonda hic fuit *Dux* dilectae manus. Pareus. R.

E.

Eboreum et *Eboratum* et *Eburnum* (p) *Fl. Soſipp.* diſtingui placet; vt *Eboreum* ſit ex ſolido

lido *Ebore* confectum; *Eboratum* extrinſecus *Ebore* ornatum; *Eburnum* a ſimilitudine *Eboris* aptatum.

(p) ſeu *Eburneum*, quod eſt ex *Ebore*, ſiue inſtar *Eboris* album. Vagina *eburna* legitur apud *Virgilium* Lib. IX. *Aeneid.* v. 305. et Enſis *eburnus* ap. *eundem* Lib. XI. Aeneid. v. 11.

Ebrius et *Ebrioſus* quid inter ſe diſtent, oſtendit *Seneca* ad *Lucilium* his verbis: *Plurimum enim intereſſe concedes inter* Ebrium *et* Ebrioſum. *Poteſt, et qui* ebrius *eſt, tunc primum eſſe, nec habere hoc vitium, et qui* ebrioſus *eſt, ſaepe extra* ebrietatem *eſſe* (qq): Similiter differunt *Ebrietas* et *Ebrioſitas.* Cicero Lib. 4. Tuſculanor. Quaeſt. *Et inter* Ebrietatem *et* Ebrioſitatem *intereſt, aliudque eſt* amatorem *eſſe, aliud* amantem.

(q) *Ebrius* eſt tremulentus, vinolentus, et qui ſe nimio potu onerauit, et propterea mente eſt alienatus; *Ebrioſus* vero ſaepiſſime fit *ebrius. Hic* gaudet *ebriari; Ille* ſe *inebriauit.* Sic *Ebrietas* eſt accidens; *Ebrioſitas* vitium, quia eſt *inebriandi* conſuetudo. *Haec* eſt *e moribus*; *Illa* ex *cauſa. Haec* in *procliuitate; Illa* in *actione* conſiſtit.

Ecce, cum oſtendis, *En* cum increpas. Cic. *En* cui tu quoque liberos tuto committas. *Hem*, cum dolor iam mouerit, aut cum admiratio cogitatioque ſtuporem. Agraet. R.

Eccleſia aliud eſt, quam *Templum*; ſiquidem *illa* Contentum, i. e. *Concionem* ipſam populi, *hoc* continentem Locum i e. *Aedes*, in quibus colligitur *Eccleſia*, denotat (r).

(r) Sic

Digitized by Google

(r) Sic *Curia Hoſtilia* etiam erat *Templum*, licet *ſacra* non eſſet. Deinde Aedes ſacrae *Templa* quoque ſunt appellata, Vnde et in coelo *Templa* dicuntur, quaſi *DEORVM Aedes*.

Ecquando, increpando l. inquirendo, interrogantis eſt aduerbium, *Quando* ſimpliciter loquentis. Agraet. R.

Edicta L. 2. §. 10. D. de Origin. Iur. dicuntur Formulae Iurisdictionis, quas *Praetores*, *Proconſules*, et alii *Magiſtratus* proponebant et edicebant ſe in Iure dicendo obſeruaturos. Interdum ſignificant *Mandata*, quae, prout res inciderat, arbitrio ſuo promulgabant; *Interdicta* autem vocantur Denunciationes, aut Effata *Praetoris*, quae inter *Litigatores* interponebat, maixme in controuerſiis *Poſſeſſionum*, donec pleniore iudicio de proprietate cognoſceret. Veluti cum ita interloquebatur: *Vti nunc poſſidetis eum fundum, quo minus ita poſſideatis, vim fieri veto*: Vel: *Vnde tu illum deieciſti, eo reſtituas*. Itaque nomen *Edictorum* generale eſt, et in eo, velut *Species*, continentur *Interdicta*, de quibus pleni ſunt Libri Iurisconſultorum D. *Libr*. 43. et aliorum veterum Autorum (s). *Donatus* in *Hecyram* Terentii inter *Edico* et *Interdico* hoc intereſſe dicit, quod *Edicimus*, quod fieri iubemus; *Interdicimus*, quod fieri vetamus. *Edicimus* vni generi Hominum; *Interdicimus* diuerſis †. Itaque PRAETORIS *Edicta* et *Interdicta* dicuntur. *Edictum* eſt, quod Princeps proprio motu conſtituit, *L. 3. C. de LL.* *Decretum*, quod, cauſa cognita, inter partes litigantes decidit, *L. 1.*

Digitized by Google

§. 1. *ff.* de Conſt. Princ. *Interlocutio*, quod de plano abſque ſententia definitiua interlocutus eſt, *d. L. 1. §. 1. ff. Oratio*, quam ex eiusdem iuſſu recitauit *Quaeſtor* in *Senatu*. *Mandata* ſunt eiusdem Praecepta et Monita data *Praeſidibus*, aut *Procuratoribus*. *Iuſſiones* datae *Comitibus Conſiſtorianis*, vel *Tribunis*, vel *Referendariis Palatii* perferendae ad *Praeſides Prouinciarum L. 1. C. de Mandat.* Princ. *Reſcripta* ſunt Reſponſa ad preces, facta vel *Annotatione*, i. e. Subſcriptione *Principis* in Libello negotii; vel E*piſtola* ſcripta ad *Praeſidem* de relatione Dubii alicuius; vel *pragmatica Sanctione* de publico aliquo negotio iuxta preces alicuius vniuerſitatis, *L. vlt. C. de diuerſ. Reſcr.*

(s) Leg. *Iuſtiniani Imp.* Inſtitut. Lib. IV. Tit. XV. d. *Interd.* §. 4. et in eund. *VVilhelmi Ludovelli* Comment. p. *643.* num. *6.* ſeqq. et *Georgii Franzkii* Commentar. in *eund. loc.* p. *677.* n. 8. ſeqq. Alias de *Edictorum* variis *Argumentis* et *Generibus*, eorundemque *Verbis* ac *Formulis ſolennibus*, immo et de *Edictorum*, quae ad *interdicta* pertinent, *ſpeciebus*, vid. *Barnabae Briſſonii* Lib. III. de *Formul.* p. *274.* ſeqq.

† *Edicunt* reges, *indicit* feſta ſacerdos. R.

Educere (t) eſt extra trahere (u); *Educare*, enutrire et prouehere † (x). Varro in Cat. vel de Lib. Educ. *Educit* enim Obſtetrix; *Educat* Nutrix; *Inſtituit* Paedagogus; *Docet* Magiſter. *Marcell.*

(t) Huius Verbi *Oppoſita* ſtudioſe collegit ex claſſicis Autoribus *Auguſtinus Gambarella* in ita dicta ANTITHETORVM *amica ſimultate*, eaque *Mediolani* A. CHR. M. DC. XIX. in 4t. f. mai. impr. p. 229.

(u) Sic

(u) Sic *Plautus* in *Epidico* Act. III. Scen. IV. v. 36. ſeq. hunc in modum infit:

- - - - *Heus foras* educito,
Quam introduxiſti, fidicinam!

† *Educere* ad ingenium, *educare* ad corpus pertinet. Non. Marc R.

(x) Vbi notandum, quod *Educator* non ſit decernendus is, qui loquente *Frantzkio* Commentar. in Lib. I. *Iuſtin.* Inſtit. Tit. XX. d. *Attill. Tut.* §. 7. p. 106. n. 21. et 23. *ſucceſſionem* ſperat, vel qui *Pudicitiae impuberis* deſidiatur.

Efferri proprie dicuntur cadauera; et *Ire* proprie ad exequias. *Donat.* R.

Effertur, qui portatur, et *Efferunt*, qui laudando extollunt. Cic. *Nimium illi haec fortaſſe efferunt. Agraet.* R.

Effigies ab *Imagine* ita differt, vt Species a Genere. Nam *Imago* omnem Similitudinem comprehendit, tam *pictam*, quam *fictam*; *Effigies* autem eſt, quae *fingitur*, non quae *pingitur*, ab effingendo (y) dicta. Itaque *Effigies* (z) omnes ſunt *Imagines* (aa), non contra. Afranius in Vopiſco (bb):

- - - *Cuius te ſuſcitat*
Imago? *cuius* Effigia? *Hoc natus Patre.*

Cicero Lib. I. de *Natura* Deorum: Effigies *hominis et* imago *Deus*. Liuius Lib I. *En nobis*, inquit, *Iuuenem filium tenens*, Effigiem *atque* Imaginem *eius*. Tacitus Lib. 15. Annal. *Gymnaſium ictu fulminis conflagrauit.* Effigiesque Neronis *ad*

 infor-

informe aes liqueſacta. Idem Lib. 16. *Quod inter* Imagines *Maiorum etiam* C. Caſſi Effigiem *coluiſſet, cum inſcriptione duci partium.*

(y) h. e. *ad ſimilitudinem alterius fingendo,*

(z) h. e. *apte affectae rei facies,*

(aa) Differt autem *Imago* (1) ab *Exemplo* hunc in modum, quod *Exemplum* ponitur, vt aliquid tale fiat; *Imago* autem nullum talem finem habet, ſed (loquente *Iul. Caeſ. Scaligero* Lib. III. *Poet.* c. XLIX. p. 292.) vt duae res ſub vna aequali intellectione comprehendantur propter *aſſimilationem*, quae dicitur ὁμοίωσις. (2) ab *Idolo* vt *Genus a Specie.* Nam omne pene *Idolum* eſt IMAGO, ſed non IMAGO eſt *Idolum.* Longe alterius Definitionis eſt *Idolum;* alterius *Imago.* HAEC fit ad ornamentum, vel ad res geſtas demonſtrandas; ILLVD autem ad miſerorum animas ſacrilego ritu et vana ſuperſtitione illiciendas, vel iniiciendas, quemadmodum teſtatur *B. Dn. D. Henricus Hoepffnerus* Sect. III. ita appellatae *Saxoniae Euangelicae* c. VII. p. 441.

(bb) Hic locus habetur in *Poetar. Vett. Latinor.* Fragmentis Edition. *Stephaniae* p. 60. vbi pro *hoc natus Patre* e Nonio *Cognatus Patre* legitur.

Egeſtas eſt indigentia *omnium rerum*, etiam *earum*, quae ad *victum cultumque corporis* ſunt neceſſariae; *Inopia* eſt defectus cum *rerum neceſſariarum*, tum etiam *conſilii* et *Amicorum*; *Paupertas* † eſt tenuitas *rei familiaris* vitam *arcte* ſuſtinens. Ita *Egeſtas* plus eſt, quam *Paupertas. Inopia* (cc) plus, quam *vtrumque* iſtorum. Cicero in Paradoxis: *Iſtam* Paupertatem, *vel potius* Egeſtatem *ac* Mendicitatem *tuam nunquam obſcure tuliſti.* Idem *in* Catilinam 2. *Praeſidia noſtra cum illius latronis* inopia *atque* egeſtate *debeo conferre.* Seneca *ad* Lucilium: *Non*

eſt,

Digitized by Google

eſt, *quod* Paupertas *nos a* Philoſophia *reuocet*, *ne* Egeſtas *quidem*. Ibidem: *Quanta verborum nobis* Paupertas, *immo* Egeſtas *ſit*. Similiter *Egens* eſt, cui neceſſaria deſunt. *Inops* dicitur, qui eſt ſine opibus et ope, atque auxilio. *Pauper* eſt, qui parum poſſidet, quaſi parui Laris, vt *Ingenuus*; Si rem minorem habeat Seſtertiorum quinquaginta millium, id eſt, Aureorum quinquaginta; *Libertinus*, ſi minus habeat, quam triginta Seſtertiorum millia, ſiue triginta Aureos (dd). Plautus *in* Rudente (ee):

Sed hae pauperes (*res) *ſunt* inopesque, *puellae*,

Ouidius (ff):

Nempe quod alter egens, *altera* pauper *erat*.

Suetonius *in* Nerone. Inops *atque* egens *apud amitam* Lepidam *nutritus eſt*. Arnobius Lib. 2. *Cum ſit* inops, pauper *Lare*, *et tugurii* pauperis.

† *Paupertas* plus eſt *Egeſtate*. R.

(cc) cui addendae *Penuria* atque *Indigentia*; quae *Egeſtate* atque *Paupertate* vere ſunt *generaliores*, et ad *omnes res* commode referri poſſunt.

(dd) Leg. *Ioann. Rudingeri* Centur. I. *Singular. Obſeruation. diuerſor. Iurium* Obſeru. XXXIII. num. 1. p. 60. *Hugo Cardinalis* tria haec Vocabula *Inopis* nempe, *Egeni* atque *Pauperis* ſic diſtinguit, vt *primus* ſit ſine ope gratiae; *alter*, qui tribuit autori DEO gratiam, quam habet quaſi *mendicato* acceptam; *tertius*, qui adhuc eſt imperfectus, nec ei ſufficit, quod habet. *Gloſſa* ex *Caſſiodoro* tradit, conditionem generis humani calamitatibus preſſi his tribus indicari, *Inopem* hominem eſſe, quia *mortalis* effectus eſt; *Egenum*, quia in *labore* et *ſudore* panem quaerit; *Pauperem*, quoniam de *Sapientia* et *Puritate* deiectus ſolam tenuem et vmbratilem ratiunculam poſſidet.

(ee) Act. I. Sc. V. v. 24.

(ff) Lib II. de *Remedio Amoris*, v. 352.

Egere eſt carere aliqua (gg) re, ita vt *impotenter* deſideretur; *Opus habere* eſt carere aliqua re, *facili* et *aequo* animo. *Illud* eſt cupiditatis et neceſſitatis; *Hoc* moderationis et vtilitatis. Itaque dicebant *Stoici*, Sapientem nulla re *egere*, ſed *opus habere* interdum quibusdam rebus, vt Victu, Veſtitu, et ſimilibus. Contra *egere* Stultum, qui angitur cupiditate et indigentia earum rerum, quas ſi habeat, neſciat vti. Quam *illorum* ſententiam luculenter explicat Seneca *ad* Lucilium: *Volo tibi, inquit, Chryſippi quoque diſtinctionem indicare. Ait*, Sapientem *nulla re indigere; et tamen multis illi rebus opus eſſe; Contra* Stulto *nulla re opus eſt. Nulla enim re ſcit vti, ſed omnibus* eget. Sapienti *et manibus, et oculis, et multis ad quotidianum vſum neceſſariis* opus eſt; *Sed* eget *nulla re* Egere *enim* neceſſitatis *eſt; nihil autem* neceſſe Sapienti. Similiter Cicero loquitur de Sapiente, *Illum nihil requirere, nulla* egere, *ſuoque contentum eſſe*.

(gg) (*neceſſaria* nempe ac *maxime Stili*)

Eleuamus et quae in altum extollimus, et quae *alleuiamus*, id eſt, leuiora facimus. Agraet. R.

Eligo ad commodum, *Deligo* ad agendum. R.

Elinguis habet linguam, ſed vſu eius caret (hh); *Elinguatus* eam amiſit (ii). *Corn Front.*

(hh) quoniam *fari non capax*, ſiue *potens* eſt.

(ii) Ideoque idem eſt, ac *Lingua* prorſus priuatus.

Eloquen-

Eloquentia eſt perfecta vis Orationis: *Eloquium* pars ſuppoſita commode eloquenti (kk). *Corn. Front.*

(kk) Ponitur enim nonnunquam pro *Sermone commodo* ac *grato*, nonnunquam quoque pro *Facundia* atque *Elogio*, hoc eſt, *bonoris de aliquo teſtificatione.*

Eludere (ll) et *Praeludere* ſunt verba *Artis gladiatoriae*, quae hoc differunt, quod *Eludere* dicuntur *Gladiatores*, cum petitiones Aduerſariorum corpore declinant et effugiunt; *Praeludere*, cum ventilant luſoria arma ante pugnam (mm). Cicero Lib. 2. de Oratore: *Atque eiusmodi illa* praeluſio *eſſe debet, non vt Samnitium, qui vibrant haſtas ante pugnam, quibus in pugna nihil vtantur, ſed vt ipſis ſententiis, quibus* praeluſerunt, *vel pugnare poſſint.* Ouidius Lib. III. de *Arte amandi* *) v. 515. ſeq.

Sic vbi praeluſit *rudibus puer ille ſagittis,*
Spicula de pharetra promit acuta ſua.

Manilius Lib. 5. *Aſtronomici* *) v. 163. ſeq.

Ille cito motu rigidos eludere *ceſtus,*
Nunc exire leuis miſſos. - - -

Sed interdum *Eludere* ſignificat idem, quod *Praeludere.* Cicero de optimo genere *Oratorum*; *Non enim in acie verſatur, et ferro quaſi rudibus eius* eludit *oratio.*

(ll) *proprie*, et quidem ex *Donati* mente, non ſolum eſt finem *ludo* imponere, ſed et *ludendo* decipere. Conf. *Schardii* Lexicon Iuridicum p. 328. col. 1.

(mm) Ideoque idem eſt, ac actionis ſeriae *tentamen* quaſi *ludicrum* praemittere. *Lex. Ian.*

Digitized by Google

Eluxit, qui luctum deponit (nn), *Illuxit*, cum lumen apparuit. *Agraetius.*

(nn) ſeu finem lugendi fecit, der die Klag oder Trauer-Kleider hinweggeleget.

Em (oo), cum oſtendit; E*n* (pp), cum increpas. Cicero: En *cui tamen quoque libros tuto committas!* Sed *Hem* cum dolor iram mouerit, aut cum admiratio cogitatioque ſtuporem. *Agraet.*

(oo) EM pro *Eam*, et EVM, pro *Eorum* Veteres quoque dixiſſe, *Feſtus* Lib. V. *Antiquit. Rom.* col. 1148. lin. 18. haud incertus autor eſt. Vid. *Perotti* Cornucopiae Epigr. II. col. 106. lin. 53.

(pp) (quod et pro *Eum*, a Nominatiuo Is, Veteres eod. *Feſto* loc. cit. teſtante, dixerunt.)

E*mendate* loquitur, qui recte et pure loquitur, qui non infligit vulnus Priſciano. *Congrue* loquitur, qui apposite ad rem et conuenienter dicit. Goclen. R.

E*mere* eſt pretio acquirere (qq); *Parare* vero eſt pecuniis, vel gratia, vel alia quauis ratione vſui ſuo adiungere. Salluſt. in Iugurtha: *Serui aere parati iniuſta imperia Dominorum non perferunt.* Terent. in Eunucho (rr):

Cupio aliquos parare *amicos beneficio meo.*

Iurisconſulti haec paulo aliter diſtinguunt, et E*mtum paratum*, quae in Legatis Vxoris adiiciebantur, ita volunt differre, quod in EMTO *Paratum* ſit; in PARATO E*mtum* non contineatur. Vlpianus ad Sabinum 22. l. 49 ff. de leg. 11. *Item intereſt ipſius cauſa parata ſint et Legata, an ipſius cauſa* emta. Paratis

ratis *enim omnia continentur, quae ipſius vſibus fuerunt deſtinata*; Emta *vero ea ſola, quae propter eam* emta *facit Maritus.* Liuius L. 34. *Inde ſi quid* emtum paratumque *pupillis ac viduis foret*, *a* Quaeſtore *proſcribebatur.*

(qq) Vnde et antiquis ICtis pro Accipere frequenter ponebatur. Ejus oppoſita leg. apud *Gambarellam* in ANTITHEOTORVM *amica Simultate*, p. 238.

(rr) Act. I. Scen. II. v. 69.

Emerita ſunt Stipendia, quae Militibus emeritis atque ſolutis labore militiae ſoluuntur (ss); *Praemia* ſunt Donatiua vltra emerita Veteranis dari ſolita. *Illa* debentur ex Formula militari; *Haec* gratuito dantur ex liberalitate Principis. Arrius Menander de Re militari 2. *l.* 5. D. de Re mil. *Vt Veteranus erit reſtituendus, et* Praemia, *et* Emeritum *capit.* Suetonius in Auguſto: *Item alios immodeſte miſſionem poſtulantes circa commoda* Emeritorum Praemiorumque *exautorauit.* Ibidem. *Deuictisque his et confiſcatis promiſſa Veteranis* Praemia ſoluerentur.

(ss) ſeu, quae peracta ſunt, cum jam Milites *miſſionem*, vt *Veterani* impetrauerunt.

Eminere habet ſignificationem praeſtantiae et excellentiae; *Enitere* claritatis. *Goclenius*. H.

Emolumentum pro quolibet momento et commodo, et honeſtius quid, quam *Vtilitas* accipitur. Cic. lib. 1. de Orat. in id ſtudium incumbite, vt et vobis honori, et *amicis* vtilitati et Reipubl. *emolumento* eſſe poſſitis. R.

Digitized by Google

Emplaſtra l.18. §.10. D. de Fund. *inſtr.* ſunt Medicamēnta, quae liquati aliquid accipiunt, tum vulneribus imponuntur: *Malagmata* ſunt Fomenta, quae contuſa et ſuper cutem iniecta vlcera dura mollificant, et matura faciunt: *Paſtilli* arida ſunt Medicamenta, quae aliquo humore delinuntur, deinde vulneribus imponuntur, vt prolixe tradit Celſus Lib. 5. Plinius Lib. 21. *Imponuntur* Emplaſtra *vulneribus;* Malagmata *ſuper integram cutem iniiciuntur;* Paſtilli *autem illinuntur, aut alicui molliori ceratoue* miſcentur.

Enicare plus eſt, quam *Opprimere.* Plaut. Bacch. 4 8. v. 26. R.

Eniti, *Inniti*, *Obniti*, cum ex vno ſint intellectu, acceptis tamen praepoſitionibus fiunt diuerſa. *Eniti* enim poteſt videri aut aliquam gratiam, aut honorem, aut vtilitatem aerumnoſo tendere ſine labore; quanquam in aliquibus grauius audiatur, vt ſunt *enixae*, pariendi labore defunctae. *Inniti* autem incumbere, manifeſtum eſt. Virg. lib 6 Aeneid.

Ille vides pura iuuenis, qui innititur *haſta.*

Obniti vero eſt, contra aduerſarium luctari. Virg. Georg. 4.

Vſque adeo obnixi *non cedere.*

Non. R.

Ἔπαινος et Ἐγκώμιον hunc in modum differunt, vt *hoc* ſit puſilla quaedam Panegyris, *ἐν ταῖς Κώμαις*, hoc eſt, in Vicis, *Tribulibus* audientibus, in laudem alicuius prolata; *Illud* autem

tum

tum *vera*, tum *falſa* Oratio de cuiuspiam perfe-ctione, modo ſit ſine *ornatu*, *ſimplex* ac *breuis*. Conf. *Scaligeri* Lib. III. *Poetic.* Cap. 109. p. 370.

Epicedium eſt, quod dicitur, cadauere nondum ſepulto (tt): *Epitaphium* poſt completam Sepulturam dicitur. Seruius.

(tt) Leg. *Virgilii* Ecl. V. v. 20. &. 43.

Epulum † eſt publicum Conuiuium, vt *triumfalis*, *pontificalis* (uu), *auguralis*, vel *funebris* Coena: *Epulae* ſunt Conuiuia priuata, item Cibi affluentiores. Cicero in Varinium: *Ita enim illud* Epulum *eſt funebre, vt minus ſit funeris*, Epulae *quidem ipſae dignitatis.*

† *Epulum* publicum et ſolemne ſenatui, *prandium* item, ſed populo dabatur. *Epulae* priuatae, *Dapes* in ſacris. R.

(uu) Hujus Deſcriptionem vid. ap *Stuckium* Lib. I. *Antiqu. Conuiual.* Cap. 18 p. 45. b. Quomodo autem *Epulae* olim fuerint diuiſae, tradit *Fuluius Vrſinus* in *Appendice* ad *Petri Ciacconii* Librum de TRICLINIO p. 74.

Ergaſtulum et *Ergaſtulus*, vt *genere*, ita et *intellectibus* differunt. Nam *neutro*, Carceris locus eſt (xx): *Maſculino* Cuſtos loci poenalis. Lucilius Lib. 15. *Satyr.* p. 170. *Non* Ergaſtulus *vnus et alius Iudicem appoſuit, vt nemo ſententiam libere quaſi* Ergaſtulus *poſſit dicere.*

(xx) Proprie autem eſt Locus, vbi Lapides, Metallaue fodiuntur. Sed quoniam ad haec opera damnati ad Ergaſtula mitti ſolebant, ut illic Metalla eruerent, factum eſt, ut Ergaſtulum pro Carcere ſit poſitum.

Eripere eſt de manibus auferre per raptum et vim; *Eximere* eſt, quoquo modo auferre, vtputa

ſi

ſi quis non rapuerit quem, ſed moram fecerit, quo minus in ius veniret, vt ſcribunt *Iuriſconſulti.* Terent. in Adelphis (yy): *Domo me* eripuit, *verberauit.* Quintilianus in Declamat. *Tu illum* exemiſti, *cum ad Magiſtratus eductus eſt.*

(yy) Act. II. Scen. I. v. 44.

Erg*a* ad *affectum* refertur, vt; Erga *Illum ſum* benignus: *In* ad *ſimultatem* (zz), vt: In *illum ſum* ſaeuus. *Fl. Soſip.*

(zz) HOC plerumque in *malam*; ILLVD autem in *bonam* partem ſumitur, quoniam *motum officioſum* denotat.

E*rgaſterium* erat officina opificum et mercatorum, E*rgaſtulum* erat ſecundum Gloſſam Philoxeni τόπος ἐν ᾧ οἱ δεσπῶται ἐργάζονται. Lipſ. Elect. II. 15. part. I. p. 796. R.

E*rratio* eſt pecudum, E*rror* animi eſt et loci, in quo erratur. Donat. R.

E*rro* eſt (a), qui frequenter ſine cauſa vagatur; et, tempore in res nugatorias conſumto, ſerius domum redit. *Fugitiuus* autem eſt, qui eo animo diſcedit, vt non redeat, autore Vlpiano *l. 4. D. de Re mil.* Seneca lib. 2. *de Beneficiis: Dum vagus atque* erro *vernaculis congregatur et ludit.* Arrius Menander Lib. 1. de Re militari: *Leuius itaque delictum emanſionis habetur, vt* Erronis *in ſeruis: defectionis grauius, vt* Fugitiui.

(a) incertis vagans ſedibus, ſeu

E*rrare* eſt per loca ſola et ignota diſcurrere; *Vagari* per diuerſa. *Illud* ſolitudinem; *Hoc* diſper-

ſperſionem exprimit. Cicero Lib. 1. de Oratore: *Ne* vagari *et* errare *cogatur Oratio.* Pacuuius in Periboea (b): *Incerte* errant, vagant. Horat. Lib. 1. *) Epiſt. XII. v. 17.

Stellae ſponte ſua, iuſſaene vagentur *et* errent.

(b) p. 251. vbi commodius ex *Nonio* legitur: *Incerte errans vagat*, pro *vagatur.*

Errare et *Decipi* hunc in modum differunt, vt poſterius turpius ſit priore. Nam erramus ipſi opinione lapſi; decipimur autem ab alio prudentia victi. Crudelitas ſaepe nos inducit in errorem; ſed infidi, fallaces atque callidi noſtram ſpem fallunt. *Goclen.* p. 231. H.

Errare dictum eſt ἀπὸ τοῦ ἐῤῥεῖν, *hallucinari* ex eo, quod Graece dicitur ἀλύειν. Agell. R.

Erra*ticus* (c) et poteſt errare, et ſolet; Erra*ticus animus* eſt, qui ſolet errare et deſinit. Er*ratio animi* eſt repentina commotio. *Corn. Fronto.*

(c) qui et *Errabundus* atque *Erroneus*, hoc eſt, *Errore errans*, dicitur,

Erratrix, per ſe rapta eſt, vt *venatrix*: Erra*tica*, vt hedera, vitis. *Corn. Fronto.* R.

Error † (d) eſt rei vitium, vt *Amor, Dolor*; Erra*tio* incertae viae. *Corn. Fronto.* Er*ratio* eſt pecudum, Err*or* animi et loci, in quo errauit. *Donat.*

† *Error* idem eſt, quod inſcientia, vel ignorantia, ἄγνοια, animi habitus. *Erratum* eſt ipſum factum, vel dictum, σφάλμα, vel peccatum. Cic. lib. 1. de fin. Democriti *Errata* ab Epicuro reprehenſa et correcta per multa. R.

(d) Poni-

(d) Ponitur et haec Vox pro ipſa *Erratione*, *Errato*, *Peccato*, *Laeſione*, *Prolapſione*, *Fraude*, *falſa opinione*, *Culpa* atque *Flagitio* paſſim apud *Plautum*, *Terentium* atque *Ciceronem*.

Eſſe et *Exſtare*, vt diuerſa, poſuit Paulus *ad* Edictum 2. *l.* 4. *D. de Vſufr. Vſusfructus in multis caſibus pars Dominii* eſt *et* exſtat, *vbi minus valet* eſſe, *quam* exſtare, *quod eſt* (e) perſeuerare *et* permanere, *vt* conſtare. Vetus Poëta apud *Ciceronem* Lib. 2. Tuſculanar. Quaeſtion.

Vbi rigida conſtat *caligo inferum.*

Vlpianus ad *Edictum 64. l. 29. D. de Oper. Liber. Etſi haeres non* exſtat, *id eſt, non perſeuerat haeres eſſe. Sed* Eſt *etiam id, quod in obſcuro latet;* Exſtat *id, quod in apertum lucemque profertur, et in vulgus manat.*

(e) proprie *actu eſſe, et vere exiſtere.*

Euentus eſt ſucceſſus rerum nondum ad finem deductarum (f), *Exitus* (g) eſt finis rei, qui ſequitur Euentum et abſoluit. *Cicero* Torquato: *Si mihi alterutrum, de* Euentu *atque* Exitu *rerum promittendum eſſet.*

(f) et non *ratione*, ſed plerumque *caſu* fit. EVENTVM autem in Neutro *Genus* eſſe, et de *quacunque re*, quae *acta* erit, dici poſſe, *Nonius Marcellus* de *Propriet. Serm.* col. 1301. nequaquam vanus autor eſt.

(g) Quam vocem ICti praeter *vulgatam ſignificationem* etiam pro *Effectu* atque *Morte* ponunt.

Eunuchus eſt, qui neceſſaria ad generandum parte deminutus eſt, ſiue *naturaliter* ita progenitus ſit, ſiue *ante pubertatem* exciſus, isque Latino vocabulo dici-

Digitized by Google

dicitur CASTRATVS (h). *Spado* proprie eſt, qui valetudine aliqua, vitioue corporis praepeditus generare non poteſt (i). Caius Inſtitut. 1. L. 3. D. de Adopt. *Qui generare non poſſunt, quales ſunt* Spadones, *adoptare poſſunt*, Caſtrati *non poſſunt*. Vlpianus ad Sabinum 3. L. 6. D. de Lib. et Poſt. Spadonem *quoque poſſe poſthumum haeredem ſcribere et* Labeo et Caſſius *ſcribunt, quoniam nec aetas, nec ſterilitas ei rei impedimento eſt.* Sed ſi caſtratus ſit, *Iulianus*, *Proculi* opinionem ſecutus, non putat poſthumum haeredem poſſe inſtituere, quo iure vtimur. Eius autem iuris ratio eſt, quod E*unuchi*, cum teſtibus careant, omnino generare non poſſunt; *Spadones*, qui temporali ſterilitate laborant, vel propter frigiditatem, vel quia vias ſeminis obſtructas habent, vt cenſent *Phyſici*, ſi his, aut ſimilibus impedimentis liberentur, procreare poſſunt. Porro *Spadonum* appellatio interdum *generalis* eſt, qua omne genus euiratorum continetur, vt autor eſt *Vlpianus L. 128. D. de Verb. Sign.*

(h) Nonnulli putant, *Eunuchum* aliquando per *Catachreſin* ſignificare potentem quendam aulicum, qui non exectus, quemadmodum *Ebedmetuch* et *Candaces*, *Aethiopes* illi aulici in ipſa *Scriptura Sacra* dicti ſunt *Eunuchi*. Ex quo apparet non ſemper *caſtratum* tantum, ſed ſaepe quoque *officium* denotare. Sic *Andramytes* (et non *Andamites*) LYDORVM Rex etiam *mulieres* fecit *Eunuchas*, hiſque loco *Virorum eunuchorum* vſus eſt, ſicuti refert ex *Xandi Lydii* Lib. 2. *Rer. Lydar.* ATHENAEVS Lib. XII. *Deipnoſoph.* c. 4. p. 651. Edition. ex *Natalis Comitis* interpretatione, *Lugdun.* in 8.

(i) Conf. *Schardii* Lexicon Iuridicum p. 869. col. a. ubi *varia* et inprimis p. 868. col. b. *tria* SPADONVM conſtituuntur genera.

Ex

Ex quidam referunt ad locum, vnde eximus, vt: Ex *fundo* venio, *ex agro* venio (k): *De* ad id, quod Graeci περὶ dicunt, quaſi *de Marcello*. Fl. Soſip.

(k) *Ex* quoque eſt Particula, quae nominibus *Dignitatum Magiſtratuumque* adiicitur, *et functionem praeteritam* ſignificat, qualia nomina ſunt *Ex-Conſul*, *Ex*-R*ector*, *Ex-Decanus*, *etc.*

Exanimatus eſt perturbatus, afflictus, perculſus: Ex*animus*, mortuus. Cicero ad Paet. *Miraris*, *me tanta perturbatione valetudinis tam grauiter* exanimatum *eſſe*. *Donat*. Virgilius (l):

Corpus vbi exanimum *poſitum Pallantis Aceſtes*.

(l) Hunc locum in *Virgilio* minime extare ideo opinor, quoniam ſtudioſe inquirendo eum inuenire nullus potui. Sed Lib. I. *Aeneid.* v. 488 et Lib. VI. v. 149. *exanimum Corpus* legitur. *Iuuenis* autem *exanimus* extat Lib. XI. *Aeneid.* v. 51. et *Serius Exanimus* Lib. VI. v. 161. immo et LAUSUS *exanimus*, Lib. X. v. 781. NB. Vid. Lib. Aeneid. XI. v. 30.

Exautorare eſt militem ſacramento militiae et ſtipendio ſoluere, vt nihilo tamen minus ſub vexillo retineatur, donec emerita accipiat: *Miſſionem dare* eſt penitus ab armis caſtrisque dimittere: ſiue *honeſta* miſſione poſt emerita ſtipendia, ſiue *cauſſaria* propter morbum, aut imbecillem valetudinem, ſiue *ignominioſa* ob delictum (mm). Tacitus Lib I. *Annal.* Miſſionem dari *vicena ſtipendia meritis*; exautorati, qui *ſena dena feciſſent*. Liuius Lib. 25. *Velut* exautoratus morte *Ducis ab ſignis diſceſſet*. Sed quia *Exautoratio* vt plurimum *ignominiae* cauſa fiebat, inde Ex*autorare* aliquando ſignificat *ignominioſe mittere*. Vlpianus ad

Digitized by Google

ad *Edictum* 6. L. 1. D. de his, qui notant. infam. l. 29. D. de Lib. 1. *Si enim* exautorauerit, *id eſt, inſignia militaria detraxerit.* Arrius Menander Lib. 1. de Re militari: *Erit* exautoratus, *id eſt, militia remotus, caſtris eiicietur.*

(m) *Turnebus* Lib. III. *Aduerſar.* c. 3. Tom. 1. col 76. ſeq. de *hac differentia* hunc in modum ſcribit: Exautorantur, *qui ſoluuntur ſtipendio; nec tamen dimittuntur, ſed habentur ſub Vexillo, non ſub Aquila, aut Signis Legionis, neque iam Legionarii ſunt; retinentur tamen, donec emerita ſoluantur, aut agri aſſignentur.* Miſſio *vero iis datur, qui penitus dimittuntur.*

Ex bonis alicuius dicitur eſſe res, in quam nonnihil iuris quis habet, etiamſi depoſita tantum ſit, vel commodata, aut pignori data; *In Bonis* vero eſt res, quae in Patrimonio alicuius eſt, ſiue Dominium eius habeat, ſiue bona Fide poſſideat. Nam eadem ſunt *Eſſe in Bonis*, *Eſſe in poſſeſſione Bonorum*, *Bona poſſidere* (n). Cicero pro Domo: *Dominum ſe* in meis Bonis *eſſe voluiſſet.* Vlpianus ad Edictum 56. L 2. D. de var. Bon. rapt. *Siue* in Bonis *ſit, ſiue non ſit; ſi tamen* ex Bonis *ſit, locum haec actio habebit. Quare ſi commodata res ſit, ſiue locata, ſiue etiam pignorata proponatur, ſiue depoſita apud me ſit, vt interſit mea eam non auferri, ſiue bona fide a me poſſideatur: ſiue vſumfructum in ea habeam, vel quod aliud ius, vt interſit mea non rapi, dicendum eſt, competere mihi hanc actionem, vt non dominium accipiamus, ſed illud ſolum* ex Bonis meis, *hoc eſt,* ex ſubſtantia mea *res ablata eſſe proponatur.* Idem Lib. 59. l. 49. D. de

Digitized by Google

Verb. Sign. In Bonis *autem* noſtris *computari ſciendum eſt non ſolum, quo dominii noſtri ſunt, ſed etſi bona fide a nobis poſſidentur, vel ſuperficiaria ſint, aeque* Bonis *adnumerabitur, et ſi quid eſt in actionibus, petitionibus, perſequutionibus. Nam haec omnia* in Bonis *eſſe videntur.*

(n) Alii inter *Iurium Antiſtites ſanctaeque Themidis Cuſtodes* ſic dicunt: IN BONIS eſſe *proprie* dicuntur ea, quae *ſitu* et *poſitione intra rem aliquam noſtram* continentur; EX BONIS vero, quae ὄντως, h. e. *naturaliter* ſunt *extra rem*: ſed tamen ad *eam* pertinent. Sic decem Nummi Ioachimici, qui ſunt in Marſupio meo, IN BONIS MEIS eſſe dicuntur; at quos *Sempronio* dedit mutuo, MEIS ſunt EX BONIS.

Excommunicatio eſt Cenſura *Eccleſiaſtica*, excludens aliquem a Communione Fidelium (o); Can. nihil. 11. 43. *Bannum* Poena *Politica*, excludens aliquem a Communione Ciuium.

(o) Vnde *Excommunicare* idem eſt, ac e *Communione* (aliquem) *excludere*.

Excubiae ſunt diurnae (p) et nocturnae; *Vigiliae* tantum nocturnae, eaeque in quatuor partes diuiſae; quarum ſingulae horis tribus conſtant, vt *Vigilia prima, ſecunda, tertia, et quarta*; cuius rei crebriora ſunt, quam vt adſcribi debeant, teſtimonia.

(p) Sic *Ales Gallus* vocatur *Excubitor*, quia *peruigil* horas cantu ſuo indicit. Leg. *Peratti* CORNUCOPIAE Epigr. XIX. col. 738. lin. 18. ſequ.

Exemplum eſt, quod proponitur, vt ſequamur, aut vitemus (q); Exemplar eſt, ex quo ſimilis efficitur aliqua Species; quae et *Imago* et *Simulacrum* appel-

Digitized by Google

appellatur. *Illud* animo aeſtimatur; *Hoc* oculis conſpicitur, autore *Feſto*. Seneca ad Lucilium: Volo *Imaginem tuam facere*, Exemplar *Picturae te habeo, ex quo capit aliquem, vt habitum meus, quem veluti operi ſuo imponat.* Plinius Lib. 6. Epiſtolarum: *Comoediam ad* Exemplum *veteris Comoediae ſcriptam tam bene, vt eſſe quandoque poſſit* Exemplar. Sed hanc Differentiam *Valla* refellit, et aliam ipſe affert non multo ſane meliorem. Confunduntur enim plurimum haec duo, vt cum dicitur *Exemplum* et *Exemplar* Eloquentiae, pro *Imagine* et *Praeſcriptione ad imitandum*, et *Exemplar*, vel *Exemplum* Litterarum, Chirographi, Teſtamenti, pro *Forma* et *Deſcripto*, quod vulgo *Copia* vocatur. Differunt autem multum, cum *Exemplum* ſignificat id, quod adhibetur *rei probandae*, aut *illuſtrandae* cauſa, vt *Exempli gratia*, vel cum ſumitur pro *Conſequentiis*, quo modo dixit Vlpianus Inſtitut. 3. l. 1. D. conſt. prin. *Ad* Exemplum *Conſtitutiones trahuntur, vel cum maximae grauiſſimaeque poenae, quae poſſunt caeteris documento eſſe, dicuntur* Exempla, vt Terent. in Eunuch (r).

Quae futura Exempla *dicunt in eum indigna.*

Caeſar Lib I. de Bello Gallico: *In eos omnia* Exempla *cruciatusque ederet.* Hae enim Notiones non conueniunt *Exemplari.*

(q) Ideoque *Exemplum* aliis deſcribitur, quod ſit Hiſtoria priorum, ſeruiens inſtructioni ſequentium, ſeu eſt Res geſta, qua docetur, quid gerendum ſit. Sic VALERII MAXIMI Hiſtoriae Memorabiles *Dictorum Factorumque* in

 priſcis

priſcis Libris EXEMPLORVM inſcribuntur. Inde *Exempla* ſunt ipſi homines ad aliorum inſtructionem, qui vixerint; de quo *Cominius Firmus* in Epitaphio *Puellae cuiusdam pudicae*, ſic canit:

Exemplum *periit, caſtae lugete Puellae.*

Sic ſibimet ipſi *Exemplum* eſt, qui nullo praeuio aliquid conatur. Ex quo apparet, *Exemplum* eſſe non ſolum id, *quod* ſequimur, ſed id quoque, *quo* ſequimur. Vid. *Barthii* ANIMADVERSIONES in *Claudii Claudiani* Lib. II. de *Laudib. Stiliconis* v. CCCIV. p. 329. Edition. *Hanouienſis* in 8

(r) Act. V. Scen. V. v. 4.

Exercitum laboribus; *Exercitatum* ſtudiis dicimus. Agraetius.

Exercitus eſt tota caſtrorum multitudo, *Agmen* eſt ordinata. R.

Expergitus eſt ab *alio* excitatus, quem ſolemus dicere expergefactum. E*xperrectus* eſt, qui *per ſe* vigilare coepit, vt *Feſtus* tradit (s). Ego arbitror haec omnino eadem eſſe, neque in vlla aliqua re differre. Nam Veteres dixerunt E*xpergo* et E*xpergor*, quod nos *Expergiſcor.* Ab illo fit E*xpergitus*, ab hoc E*xperrectus.* Lucilius Lib. 3. Satyrar. (t)

E *ſomno pueros cum mane* expergitus *clamas.*

Varro Lib. 6. de Lingu. Lat. *Cum non modo* Epimenidis *corpus poſt annos quinquaginta* expergitum *a multis non cognoſcatur.* Arnobius Lib. 5. Expergitos*que illos ſtatim perdocuiſſe Regem.*

(s) Contrarium huius diſtinctionis ſententiam ſuppeditat nobis *Schoppius* Lib. 4. *Suſpectar. Lection.* Epiſt. 2. p. 244.

(t) pag.

(t) pag. 155. ubi *Henric. Stephanus* pro *E ſomno* non incommode legit : ET SOMNO etc.

Expectamus † tam Bona, quam Mala; *Speramus* Bona tantum: *Expectamus* ante diem; *Speramus* ad diem, *Donat.* *Expectatio* eſt certorum; *Spes* incertorum: *Expectatio* rerum propinquarum; *Spes* longinquarum: *Expectatio* deſtinat tempus; *Spes* non deſtinat. *Donat.*

† *Expectatur* venturus, *ſpectatur*, qui videtur vel probatur, Agraet. *R.*

Expellere eſt e loco occupato exterminare? *Repellere* eſt loci occupationem impedire. R.

Expertus eſt aliquid, aut in bona parte, aut in mala: *Experrectus* de ſomno. Corn. Front. R.

Expilat princeps ſubditos, *Compilant* ſerui dominos. R.

Expilatores ſunt Fures atrociores, qui ne pilum quidem ſpoliato relinquunt, l. 1. §. 1. de effr. et expil. (u) *Graſſatores*, qui in via homines ſpoliant, Rauber P. H. O. Anno 126. Freybeuter, Schnaphanen, Not. Remi ad art. *Saccularii*, qui ex alienis ſacculis magicis artibus ſuppilant pecuniam, velut hodie die Ziegeuner, Heyden. *Zonarii*, qui ſacculos abſcindunt, Beutelſchneider. *Apertularii* quibus nihil tam eſt obſeratum, quod non aperiant. Pac. Iſag. Tit. de Effract. *Directarii*, qui in aliena Coenacula ſcandunt, feneſtras hamis, uncinis, vel aliis malis artibus aperientes.

 (u) Nam

(u) Nam dum domos *expilant*, *ſuppilant*, quicquid poſſunt, et *compilant*. NB.

Expleri eſt tantummodo plenum eſſe. *Satiari* ſupra modum et abundantiam. Lucretius:

Deinde animi ingratam Naturam paſcere ſemper,
Atque explere *bonis rebus*, ſatiare*que nunquam* x).

Cicero Lib. 6. de Rep. *Nec* expleri, *nec* ſatiari *ullo modo poſſunt*.

(x) Alias *Natura* eſt *ſatiabilis*, *ſatiari* patitur facile; *praua* autem *cupiditas inexſaturabilis* eſt, cui ad *ſatietatem* nihil ſufficit.

Explorator eſt, qui inter hoſtes verſatur, et eorum ſecreta cognoſcit, vt ſuis renunciet (y). *Speculator* eſt, qui ante exercitum ſpeculandi gratia mittitur †. *Ille* proditoris loco habetur, et capitalem poenam ſubit; *Hic* munus Belli honeſtum praeſtat. Caeſar Lib. 2. de Bello Gallico: *Hac re Caeſar ſtatim per* Speculatores *cognita*. Arrius Menander de Re militari Lib. 1. D. de Re mil Lib. 6. *Exploratores*, qui ſecreta nunciauerunt hoſtibus, Proditores *fiunt et capitis poenas luunt*.

(y) Ideo et *Comenius* haud inepte ſic infit: EXPLORATORES explorant *hoſtem*, *ne* inexploratus *repente opprimat*.

† *Explorator* a *ſpeculatore* hoc diſtat, quod *Speculator* hoſtilia ſilentio perſpicit; *Explorator* pacata clamore cognoſcit. Feſt. R.

Expoſtulare eſt querelam apud eum ipſum deponere de eo ipſo, qui fecit iniuriam (z): *Poſtulare* autem querelam dicere de altero apud alterum. *Donat.*

(z) Hoc Verbum pro *flagitare* atque *expetere* etiam poni *Tacitus* Lib. 13. Annal. autor eſt his verbis: *Quippe ſublatis*

latis portoriis ſequeris, et Tributorum abolitio expoſtularetur.

Exprobat, qui commemorat, quae praeſtitit; *Opprobrat*, qui *Opprobrium* dicit, hoc eſt, vitium (aa). Clarus.

(aa) Si autem vacas *probro*, OPPROBRIUM non erit tibi *probro*, ſed ille potius fiet *probroſus*, qui tibi falſa *Exprobatione opprobrauerit*. NB.

Expromiſſor L. 9. et 10. D. de pign. Act. L. 53. de Contr. Emt. L. 4. §. de Re iudic. eſt, qui pro alio promittit, et ſe obligat, ſiue fideiuſſione, ſiue nouatione, ſiue delegatione id fiat; *Fideiuſſor* eſt, qui pro alio fidem ſuam obſtringit ſolemnibus per ſtipulationem interpoſitis verbis hoc modo: Fide mea ſpondeo eſſe futurum. *Hic* cum alio obligatur, nec liberat reum; *Ille* ſolus obligatur, et liberat debitorem principalem, vt ſcribunt Iurisconſulti. *Sponſor*, qui etiam aliis contractibus, pactis aut († *promiſſionibus* ſiue) pollicitationibus accedit (bb); *Conſtitutor*, qui per pactum nudum, epiſtolam, vel nuncium ſe firmiter obligat, aliquando etiam exempto rei principali; *Mandator*, qui praecedenti commiſſione alteri contractum mandat.

(bb) Quapropter *Praedem*, qui ſpondet vel pro *ſe*, vel pro *alio* denotat.

Exſtruere (cc) eſt in altum ſtruere; *Inſtruere* aciem, vel actionem; *Adſtruere* affirmare; *Conſtruere* ſtruendo coniungere; *Subſtruere* eſt aliqua ſubſternere ſuperpoſita re. *Agraet.*

(cc) *Exſtruere* Sepem *ſtructilem*, non magnae artis *ſtructura* eſt. Sed *conſtruere* Arces, et illis *circumſtruere* Muros et

Digitized by Google

et *adſtruere* Turres et *praeſtruere* Propugnacula, et *obſtruere* Flumina molibus, et denique ita *ſubſtruere*, ne *ſtructa deſtrui* opus ſit, ars eſt, ad quam *inſtrui* opus habent homines bona inſtructione. *Comenius.*

Extinguere minus eſt, quam *Opprimere.* Cicero de Amic. Extinctas *potius, quam* oppreſſas, *dicit* Amicitias. Quaſi quod *extinguitur*, poſſit renouari, quod *opprimitur*, non queat. Non.

Extraneus dicitur, qui eſt ex aliena terra, quaſi exterraneus †. *Extrarius*, qui extra eandem aream, *Corn. Front.* ſiue eſt alienus, qui extra Forum, Ius et Sacra Familiae eſt. Terent. in Phormione (dd):

Nam hanc conditionem ſi cui tulero extrario.

Afranius in ſuſpecta (* p. 58.): *Vt me eſſe in hac re ducat abs te* extrarium. Lucretius Lib. 4. (* v. 278.)

Poſt extraria *lux oculos perterget.*

Sed haec Differentia, etſi *Feſtum* autorem habet, mihi tamen non probatur, videnturque haec duo eadem eſſe, neque plus differre, quam *Proletarius* et *Proletaneus*, *Praeſentarius* et *Praeſentaneus*, *Vicarius* et *Vicaneus*, quae Veteres propter affinitatem Litterarum indifferenter protulerunt (ee). Hinc iisdem appellant *Extrarii* et *Extranei* Haeredes, quicunque ſcilicet Teſtatoris iuri ſubiecti non ſunt, vel *generaliter*, qui nullo cognitionis vinculo Teſtatori iunguntur. Suetonius in Claudio: *Ne haeredem quidem niſi inter tertias ac poene* extraneos *e parte ſexta nuncuparet.* Iauolenus Epi-

ſtol.

Digitized by Google

ſtol. 8. L. 3. D. de Oper. *Libertus, qui ſoluendo non erat, praeterito Patrono* extrarios *reliquit haeredes.* Papinianus Reſponſor. 9. L. 78. D. de Leg. II. Quod *haeredem* extrarium ſine liberis decedens habuit. *Externus* eſt exterae Gentis; *Alienus* non loco, ſed re differt; *Extraneus*, qui extra eandem ianuam eſt. *Corn. Fronto.*

† *Exterraneus* quoque dicitur, qui ante tempus natus, vel potius eiectus eſt, dictus autem *Exterraneus*, quod eum mater exterrita, aluo eiecit. *Feſt.* R.

(dd) Act. IV. Scen. I. v. 13. (ee) Conf. *Giſanii* Obſeruationes in *L. L.* p. 91.

F

Fabula eſt ficta, *Hiſtoria* vera res. R.

Facere eſt in opere eſſe (ff): *Efficere* perfectionem deſignat. *Donat.*

(ff) Et ſic ſumitur *abſolute* pro *officium facere*. Leg. quae ſup. p. 44. ſeq. quaeque ad Not. V. §. II. Cap. II. *Libell. noſtri Hiſtorico-Philol.* de POETAR. CORON. p. 45. *Edition. Cygn.* ex aliis annotauimus. Contra NON FACERE eſt *Segnem eſſe*, ſiue nihil *facere*. Sic Cicero in Bruto: *Aut ſi auditor omnino, tanquam equus, non* facit.

Facetus eſt, qui facit verbis, quod vult (gg): *Lepidus*, qui politus eſt, vt λεπὶς; *Lautus*, qui mundus et ſplendidus eſt. *Donat.*

(gg) *Plautus* in *Moſtell.* Act. I. Sc. I. v. 43. FACETVM idem quoque ac *lautum* eſſe dicit his verbis:

Neque tam facetis, quam tu viuis, victibus.

Vid. *Taubmannus* in h. *Plauti* loc. p. 614. col. 2. B. ubi *Ia-*

Digitized by Google

et *adſtruere* Turres et *praeſtruere* Propugnacula, et *obſtruere* Flumina molibus, et denique ita *ſubſtruere*, ne *ſtructa deſtrui* opus ſit, ars eſt, ad quam *inſtrui* opus habent homines bona inſtructione. *Comenius.*

Extinguere minus eſt, quam *Opprimere.* Cicero de Amic. Extinctas *potius, quam* oppreſſas, *dicit* Amicitias. Quaſi quod *extinguitur*, poſſit renouari, quod *opprimitur*, non queat. Non.

Extraneus dicitur, qui eſt ex aliena terra, quaſi exterraneus †. *Extrarius*, qui extra eandem aream, *Corn. Front.* ſiue eſt alienus, qui extra Forum, Ius et Sacra Familiae eſt. Terent. in Phormione (dd):

Nam hanc conditionem ſi cui tulero extrario.

Afranius in ſuſpecta (* p. 58.): *Vt me eſſe in hac re ducat abs te* extrarium. Lucretius Lib. 4. (* v. 278.)

Poſt extraria *lux oculos perterget.*

Sed haec Differentia, etſi *Feſtum* autorem habet, mihi tamen non probatur, videnturque haec duo eadem eſſe, neque plus differre, quam *Proletarius* et *Proletaneus*, *Praeſentarius* et *Praeſentaneus*, *Vicarius* et *Vicaneus*, quae Veteres propter affinitatem Litterarum indifferenter protulerunt (ee). Hinc iisdem appellant *Extrarii* et *Extranei* Haeredes, quicunque ſcilicet Teſtatoris iuri ſubiecti non ſunt, vel *generaliter*, qui nullo cognitionis vinculo Teſtatori iunguntur. Suetonius in Claudio: *Ne haeredem quidem niſi inter tertias ac poene* extraneos *e parte ſexta nuncuparet.* Iauolenus Epiſtol.

ſtol.8. L.3. D. de Oper. *Libertus, qui ſoluendo non erat, praeterito Patrono* extrarios *reliquit haeredes.* Papinianus Reſponſor. 9. L. 78. D. de Leg. II. Quod *haeredem* extrarium ſine liberis decedens habuit. *Externus* eſt exterae Gentis; *Alienus* non loco, ſed re differt; *Extraneus*, qui extra eandem ianuam eſt. *Corn. Fronto.*

† *Exterraneus* quoque dicitur, qui ante tempus natus, vel potius eiectus eſt, dictus autem *Exterraneus*, quod eum mater exterrita, aluo eiecit. *Feſt.* R.

(dd) Act. IV. Scen. I. v. 13. (ee) Conf. *Giſanii* Obſeruationes in *L. L.* p. 91.

F

Fabula eſt ficta, *Hiſtoria* vera res. R.

Facere eſt in opere eſſe (ff): *Efficere* perfectionem deſignat. *Donat.*

(ff) Et ſic ſumitur *abſolute* pro *officium facere.* Leg. quae ſup. p. 44. ſeq. quaeque ad Not. V. §. II. Cap. II. *Libell. noſtri Hiſtorico-Philol.* de POETAR. CORON. p 45. *Edition. Cygn.* ex aliis annotauimus. Contra NON FACERE eſt *Segnem eſſe*, ſiue nihil *facere*. Sic Cicero in Bruto; *Aut ſi auditor omnino, tanquam equus, non* facit.

Facetus eſt, qui facit verbis, quod vult (gg): *Lepidus*, qui politus eſt, vt λεπὶς; *Lautus*, qui mundus et ſplendidus eſt. *Donat.*

(gg) *Plautus* in *Moſtell.* Act. I. Sc. I. v. 43. FACETVM idem quoque ac *lautum* eſſe dicit his verbis:

Neque tam facetis, *quam tu viuis,* victibus.

Vid. *Taubmannus* in h. *Plauti* loc. p. 612. col. 2. B. vbi Ie-

Digitized by Google

Woſſerium e Vet. Codic. *Florentino* pro FACETIS, legere malle *ſelectis* inſit.

Facies eſt naturalis oris et rerum ſpecies, quae (hh) eadem ſemper manet; *Vultus* eſt habitus faciei et rerum adſcititius, qui pro motu animi et voluntatis mutatur †. Ex quo longa, aut lata facies, vultus laetus, vel triſtis dicitur. Cicero pro Cluentio: *Recordamini* faciem, *atque illos eius fictos ſimulatosque* vultus. Salluſt. in Catilina: *Prorſus in* facie vultuque *vecordia inerat.* Tacitus Lib. 12. Annal. *Non vt hominum* vultus; *ita locorum* facies *mutantur*.

(hh) (* *nunquam mutatur,* ſed)

† Vnde corporum *facies* et litterarum dici ſolet, maris autem ac coeli *vultus*, cum in *his* ſit permutatio, in *illis* non ita. *Facies* igitur ad *corpus*, *vultus* ad animum fertur. R.

Facilis eſt, cuius ira cito ſoluitur, *Clemens*, qui non iraſcitur. *Facilis* ad peccatum, *Beneuolus* ad iram refertur. Donat. *Clemens* eſt, qui colit mentem ſuam, nec eam vexat iraſcendo, *Clemens* eſt circa recte agentes, *Placidus* etiam circa delinquentes. *Clementis* eſt, nulli laedere os, *Placidi*, arridere omnibus. Et *Clemens* animo, *Placidus* vultu. Donat. R.

Facilitas eſt artificis, *Facultas* exercitationis, *Ratio* eſt artis. R.

Facinus, *Flagitium*, *Scelus*, hoc differunt, quod *Facinus* vi, aut malitia committitur; *Flagitium* (ii) fit libidine, vel nequitia. Vnde *Flagitioſi* dicuntur Impudici, Adulteri, Ganeones, Aleatores, Facino-

cinoroſi, Parricidae, Sicarii, Sacrilegi, Periuri atque id genus alii: *Scelus* vtrumque comprehendit. Cicero Orat. I. in Catilinam: *Quod* Facinus *a manibus vnquam tuis, quod* Flagitium *a toto corpore abfuit?* Idem Varroni: *Cum omnes in omni genere et* Scelerum *et* Flagitiorum *volutentur.* Salluſt. in Catilina: Flagitiis *atque* Facinoribus *coopertus.* Ibidem: *Omnes, quos* Flagitium *aut* Facinus *domo expulerat.* Liuius Lib. 49. *Nihil ibi* Facinoris, *nihil* Flagitii *praetermiſſum.* Praeterea quamuis leuia ſint F*lagitia*, grauiora F*acinora;* tamen F*acinus* interdum bonum eſt, F*lagitium* ſemper malum et turpe. Salluſt. in Catilina: *Aliquo negotio intentus praeclari* Facinoris, *aut bonae artis famam quaerit.* Idem de Republ. ordinanda: *Tametſi domi militiaeque praeclara* Facinora *egiſti.*

(ii) Alias huius Vocis ſignificationes ſuppeditat nobis eruditus *Ianus Douſa* Lib. II. *Centurionatus*, ſiue *Plautinar. Explanat.* Cap. XVII. in *ſpecie* ad *Epiced.* p. 191.

Factio † (kk) eſt diſceſſio hominum in diuerſas partes; *Seditio* vero eſt repens et tumultuaria diſſenſio multitudinis, qua alii in alios hoſtili animo feruntur. *Illa* fere eſt ab Optimatibus, quibus Populus cateruatim adhaeret; *Haec* a Vulgo, vt ait Virg. Lib. I. Aeneid.*) v. 148. ſeqq.

> *Ac veluti magno in populo cum ſaepe coorta eſt*
> Seditio, *ſaeuitque animis ignobile vulgus:*
> *Iamque faces et ſaxa volant, furor arma miniſtrat.*

Salluſt.

Salluſt. in Iugurtha: *Omnes eadem cupere, eadem odiſſe, eadem metuere in vnum coegit. Sed haec inter Bonos* Amicitia, *inter Malos* Factio *eſt*. Liuius Lib. 51. *Vt Patauinorum in Venetia* Seditionem *comprimeret, quos certamine* Factionum *ad inteſtinum Bellum exarſiſſe, et ipſorum Legati attulerant.*

¶ *Factio* et *Factioſus* initio honeſta vocabula erant: vnde adhuc *Factiones* hiſtrionum et quadrigariorum dicuntur. Modo autem *nomine factionis* ſeditio et arma vocantur. Feſt. R.

(kk) (faciendi actum *proprie* deſignans.)

Facultas locupletis (ll), F*acilitas* artificis eſt. Itaque Diues F*acultatem* habet multam vel emendi vel redimendi; Artifex opera perficiendi F*acilitatem*. Corn. Fronto.

(ll) (ſeu *exercitationis* quoque, inprimis ſi reſpectum ad ipſam *Facilitatem* ſumus habituri. Cui *Differentiae* additur et *Ratio*; quae ſingularis artis eſt. Goclen.)

F*alſum* eſt, quo tegitur id, quod (mm) factum eſt; *Vanum*, quod fieri non poteſt (nn); F*ictum*, quod non eſt factum, ſed fieri poteſt. Vel F*alſum* eſt fictum Mendacium ſimile veritati; *Vanum* nec poſſibile, nec veriſimile; F*ictum* totum ſine Vero, ſed veriſimile. F*alſum* loqui Mendacis eſt; F*ictum* Callidi; *Vanum* Stulti. F*alſum* loqui culpae eſt; F*ictum* virtutis; *Vanum* vecordiae. F*alſis* decipimur, F*ictis* delectamur, *Vana* contemnimus. Donat.

(mm) (addamus *fallacia*)

(nn) Ideoque idem eſt, ac *prorſus ſiue vacuum*.

Fama

Fama et *Rumor* ſaepe coniunguntur. Cato in Q. Thermum: Rumorem, Famam *flocci fecit.* Varro Lib. 4. de Vita Pop. Romani: Rumores Famam *differant licebit.* Ea nonnulli ita diſtinguunt, vt *Fama* ſit, cum tota Ciuitas, ſeu Vicinia, aut certe maior Pars aliquid dicat (oo); *Rumor*, ſi ſaltem pars aliqua. Quae tamen Differentia non ſemper obſeruatur. Liuius Lib. 3. *Manat tota Vrbe* Rumor. Feneſtella Lib. 22. Hiſtoriar. *Secundo quidem Populi* Rumore *coepit.* Quare verius eſt hoc differre, quod *Rumor* eſt ſermo quidam (pp) ſine vllo certo autore diſperſus, cui Malignitas, vt *Quintilianus* ait, *initium* dedit, *incrementum* Credulitas; *Fama* eſt communis quaedam ac conſentiens opinio, et tanquam publicum Ciuitatis teſtimonium. Cicero ad Caſſium: *Quotidie, quae volumus, audimus, ſed adhuc ſine capite, ſine autore,* rumore *nuncio.* Liuius Lib. 45. Rumores *temere ſine vllis auctoribus orti falſis vera miſcebant.*

(oo) Vnde *Fama proiecta,* de qua *Caſper Schoppius.* Lib. 3. *Suſpect. Lection.* Epiſtol. 20. p. 229.

(pp) (particularis, in Populo recens natus, et)

Familia eſt ſeries omnium Agnatorum, qui ex eadem Gente ac Domo proditi ſunt, et *cognomine* diſtinguuntur (qq); *Gens* † in ſe continet vniuerſum Genus, ad quod omnes Stirpes referuntur (rr). Vt *Iulia Gens Patricia* habuit IVLIOS et CAESARES. Vnde *duae* IVLIAE GENTIS *Familiae* fuerunt, vna IVLIORVM, altera CAESARVM. Suetonius in Caeſare. *A* Venere IVLII, *cuius Gen-*

Gentis Familia *eſt noſtra.* Idem in Nerone: *Ex Gente* DOMITIA duae Familiae *claruerunt*, CALVINIANORVM *et* AHENOBARBORVM. Liuius Lib. 9. *Duorum* POTITIORVM Familias *fuiſſe, cum* Gens POTITIA *tota interiit.* Idem Lib. 38. P. SCIPIO NASICA *habuit orationem plenam veris decoribus, non communiter* CORNELIAE Gentis *ſed proprie* Familiae ſuae. Interdum tamen FAMILIAE appellatio laxior eſt, et *Gentem* ſignificat. Lib. 11. de Fabiis: *Omnes vnius* Gentis. Et *mox: Ibant vnius* Familiae *Duces.* Feſtus: Familia *antea in liberis hominibus dicebatur, quorum Dux et Princeps generis vocabatur* Pater *et* Mater Familias. *Vnde* Familiae *nobilium* Popilliorum, Valeriorum *et* Corneliorum.

(qq) Conf. *Rudolfi Godofredi Knichenii*, Viri politiſſimi, Lib I. *Oper. Polit.* Cap. IV. Theſ. II. col. 192. ſqq. et *Schardii* Lexic. Iuridic. p. 365. col. a. ubi *ex Lege 144. ſequ. de V. S.* extat, FAMILIAE appellationem non ſolum ad *Perſonas*, ſed et interdum ad *Rem* referri, inque hac poſteriore relatione *haereditatem*, ſiue *res haereditarias* denotari. Leg. *Wilhelmi Ludwelli*, Commentar. ad Lib. 3. *Inſtit.* Tit. XXVIII. §. IV. p. 641. Edition. 2. Quis autem *Familiae Emptor* olim (inprimis apud *Romanos*) fuerit, tradit *Antonius Hotmannus* in de *Vet. Ritu* Nuptiar. *Obſeruatione* Cap. XXV. p. 312. Edition. *Amſtelod.* in f. 12m.

† *Gens* diſtinguitur nomine, *familia* cognomine. Denique, cum et *familiae* denuo in nouas ſtirpes abirent, factum eſt, vt *ſtirps* diſtingueretur agnomine. Agnomen vero aliquando etiam rem aliquam geſtam, vel factum habitumque corporis aut animi indicabant. Praenomen perſonae erat proprium. *Gens* complectitur in ſe familias, *familia* vero ſtirpes, in quas abiit. R.

(rr) Ideoque idem eſt, quod *Natio*, vel *Populus Regionem quandam incolens.*

Fami-

Digitized by Google

Familiare ad dominum non refertur, cum amici *familiares* ſint, *familiarium*, quod ſeruo competit, vt ſagum, gladius. Corn Front. R.

Familiaritas conſiſtit in ratione vitae †, atque quotidiana conſuetudine, et eſt *potiſſimum* propter vſum; *Neceſſitudo* †† in Coniunctione ſingularis amicitiae, voluntatis, ſanguinis atque affinitatis; *Societas* in priuata fere rerum communione; *Collegium* in publico inſtituto; *Sodalitas* in hilaritate; *Neceſſitas* inter illos eſt, quibus carere non poſſumus; *Gentilitas* fit ex familia hominum ingenuorum eiusdem nominis. Goclen. H.

† domus etiam atque hoſpitii. R.

†† *Neceſſitudo* ob merita maiorem amicitiam et voluntatem coniunctionis notat. Cic. Orat. p. R. Deiot. ſummam *neceſſitudinem* magna eius officia in me et in exercitum meum effecerunt, Goclen. R.

Famoſus, qui laudis vel vituperii, *Celebris* qui honoris cauſa appellatur. *Famoſus*, de quo omnes loquuntur, *Celebris*, quem prudentes modo cognoſcunt et loquuntur. R.

Famulus dicitur, quicunque in miniſterio eſt, ſiue Seruus ſit, ſiue Liber bona fide nobis ſeruiens (ss); *Seruus* eſt, qui alieno Domino ſubiicitur. Vlpianus ad Edictum Aedil. Curul. 1. l. 25. D. de Aedil. Edicto. FAMILIAE *appellatione omnes, qui in* ſeruitute ſunt, *continentur, etiam liberi homines, qui bona fide ei ſeruiunt.*

(ss) * et eſt *proprie* domeſticus Miniſter mercenarius.

Fanum † proprie eſt Area et Solum certis atque ſolemnibus verbis quaſi *fando* ſacratum (t); *Templum*

plum vero Aedificium ſacrum; vel, *Fanum* eſt Templum minus, vt *Sacellum.* Cicero Orat. 4. in Catilinam: *De Aris, de Focis, et* Fanis *ac* Templis. Suetonius in Caeſare: *In* GALLIA Fana Templaque *Deorum* Donis *referta expilauit.* Arnobius Lib. 6. *Spatiola* Templorum *deſanata ponebant.* Sed haec fere ſemper confundi, nemo mediocriter harum litterarum peritus ignorat.

† *Fanum* religioſiſſimum templum, vnde *fata* dicuntur. *Pedian.* R.

(tt) ſeu eſt Templum in loco edito, eine Berg-Kirch, a φαινὸν *conſpicuum.*

Fari et *Loqui* hoc differre *Varro* tradit, quod *Fatur* is, qui primam ſignificabilem vocem ore emittit, vt ſolent *pueri* (uu); *Loquitur* autem is, qui ſuo loco quodque verbum ſciens ponit. Quae Differentia apud *Autores*, maxime *Poëtas*, non obſeruatur.

(uu) Recte proinde *Comenius*: Fari *diſcit* Infans *fanda Verba in* Infantia.

Fas (xx) ad Religionem; *Iura* pertinent ad Homines. *Seru.*

(xx) (h. e. quod *fari* et *facere* licet, et propterea Iuſtum eſt.)

Faſtus de Superbia (yy), et facit Genitiuum *Faſtuum. Faſtus* de Libris et facit Genit. *Faſtorum. Agraet.*

(yy) Eſt enim affectata *verbis* et *geſtibus* eminentia.

Fateor minus et ſponte; *Confiteor* ſaepe coacte; *Profiteor* publice. Goclen. H.

Fati-

Fatigatus proprie dicitur is, qui vexatione aut moleſtia aliqua ad corporis laſſitudinem deductus eſt, vt qui tempeſtate iactatus, aut curru equove duriter vectus; *Feſſus* eſt, qui labore, onere, morbo, aut angore deficit. Itaque plus eſt *Feſſus*, quam *Fatigatus* (zz). Liuius Lib. 54. *Longo itinere* fatigatum, *et onere*, feſſum. Ibid. Lib. 47. Feſſi *morbis* et *longitudine viae.* Salluſt. in Iugurtha: *Itinere atque opere caſtrorum, et praelio* feſſi. *Seruius* ita diſtinguit, *Fatigatum* corpore dicimus; *Feſſum* quoque animo; cum tamen FATIGATVS de *animo* etiam dicatur. Cicero ad Terentiam: *Te nec animi, nec corporis laboribus* defatigari; *Diomedes* vero: FATIGATVS *eſt, (inquit,) cum quis per alium laborare compellitur*, vt Laſſatus; FESSVS vero, *cum quis labore deficit*, vt Laſſus. Quibus verbis quid ſibi velit, non ſatis adſequor.

(zz) Nam *Fatigatur* Laſſus; *Defatigatur*, qui deficit.

Fatum, quaſi Dii ſint fati, *Fortuna* pendet ex illo. R.

Fatuus † eſt, qui deſipit omnino; *Stultus*, qui inepte et imprudenter vel agit, vel loquitur (a); *Stolidus* hebes et vecors Plautus in Bacchid. *Stulti, ſtolidi, fatui*, Afranius: *Ego meipſum* STVLTVM *etiam exiſtimo*, FATVVM *eſſe non opinor.* Arnobius Lib. I. *Nos hebetes*, ſtolidi, fatui, *obtuſi pronunciamur et bruti.*

† Grauius eſt *fatui* vitium, quam *ſtulti.* Iſidor. *Fatui* ſunt, qui verbis et dictis fatui ſunt. *Inſulſi* vero corde et animo. *Fatuus* inepta loquens a fando *fatuus* dicitur, *inſulſus* vero ſine ſale et ſapientia. Donat. R.

Digitized by Google

(a) Alias *Stultus* eſt, qui corde eſt hebetior; *Fatuus* autem, qui obtuſis plane ſenſibus. Quomodo autem *Stultus ab Inſipiente* differat *Theologice*, vid. apud *Lorinum* Tom. II. Comm. in *Pſalmi* XCI. verſ. VII. p. 760. col. 2. F.

F*eci* quaſi facinus. F*acere* enim quis et homicidium dicitur; *Commerui* minoris culpae eſt; *Peccaui* multo minoris, vel leuioris. Donat. Terent. in Andr.

Quid feci, *quid* commerui, *aut quid* peccaui?

F*elix* ita natus eſt; F*ortunatus* cum opibus nomen accepit. Ita F*elix* naturae bono fruitur; F*ortunatus* commodo temporis. *Corn. Fronto.*

F*elix* Naturae bono fruitur; F*ortunatus* Temporis; *Proſper* dat Felicitatem †. H.

† *Fauſtus* quaſi a fauendo dicitur, ac per hoc idem eſt ac *proſper* et *propitius*, vnde contra *infauſtum* minax et inproſperum. Terent. *O* fauſtum *et felicem hunc diem!* R.

F*emina* ſunt partes inferiores mollioresque, quae ſe contingunt; F*emora* exteriores, vt *Valla* cenſuit. Quae Differentia nullius eſt momenti, nec vnquam obſeruatur. Nam vt recte *Seruius* et *Cariſius* annotarunt, F*emur* tantum dicitur, et ab eo declinantur F*emoris* et F*eminis* pro ea parte corporis, quae eſt a coxa ad flexum pedis (b). Tibullus (c):

Implicuitque femur femini. - - -

Suetonius in Tito: *Equo quadam acie ſub* feminibus *amiſſo.*

(b) Aliis *Femur* dicitur pars ſuperior *Pedis* a *Natibus* ad *Genua*, quo *tegendo* ſeruiunt *Femoralia.*

(c) Heic falſo et fruſtra ab *Autore* TIBVLLVS eſt citatus.

Fera-

Feralia diis manibus ſacrata feſta, a ferendis epulis vel a ferendis pecudibus, *Feria* a feriendis victimis appellata. Feſt. R.

Ferox natura, *Aſper* ad tempus, *Ferox* leo. R.

Ferre proprie eſt corpore ſuo baiulare; *Portare* lectica, aut iumento ſecum ducere (d); *Agere* ante ſe pellere, vt ſcribunt Iuriſconſulti. Liuius Lib. 39. *Poſtremo omnia, quae* ferrent, agerentue *adempta*. Idem Lib. 48. *Quae* ferre *atque* agere *poſſent prae ſe* agentes, portantes*que*; Et lib. 33. *Saucios vehiculis tolli*, portari*que iubet*. Seneca ad Lucilium: *Non turba ſeruorum lecticam tuam per itinera vrbana ac peregrina* portantium. Quanquam PORTARE interdum *generalius* accipitur pro *Ferre*, *Adducere* et *Vehere*. Terent. in Andria (e):

Mi homo, quid iſtuc obſecro? Quo puerum portas?

Salluſt. in Iugurtha: *Quas parauerat copias, ſecum* portaret.

(d) Perottus in *Cornucopiae* Epigr. XXXV. Cpl. 851. lin. 51. ſeqq. dicit, quod PORTARE *duobus modis* ſumatur, *vno*, cum iumentis, aut curribus aliquid nobiſcum ducimus; *altero*, cum noſtro corpore, imitatione iumentorum, portamus.

(e) Act. IV. Scen. III. v. 6.

Ferre et *Referre* ſunt Verba propria et ſolemnia in Rogationibus; alterum ad *Populum*, alterum ad *Senatum* pertinet. Et *Ferre* ad *Populum* (f) eſt Rogationem, aliamue Rem populo proponere, vt eam ſuffragiis ſuis iubeat, aut vetet; *Referre* ad *Senatum* eſt conſulere Senatum, et illius ſententias ordine rogare poſt relationem. Salluſt. in Catilina:

Digitized by Google

Deque ea re poſtulant, vti referatur. Liuius Lib. 42. *Poſtulabatur, vt Coſſ. eam rem ad* Senatum referrent. Idem Lib. 23. *Cum primum Magiſtratum iniſſet, ad* Populum ferret, *vt* FABIVM *Duumvirum eſſe iuberent.* *Ferre* eſt cum certo tempore; *Perferre* finem expectat euentus. *Feruntur* onera; *Suſtinentur* ſupplicia. *Donatus.*

(f) Vid. *Briſſonii* Lib. II. de *Formulis* p. 220.

Ferus eſt atrox et ſaeuus (g); *Ferox* eſt elatus, animoſus, vel effrenis, vel etiam fortis. Attius in *Aegiſto* p. 5.

- - - *Neque* fera *hominum pectora*
Frageſcunt, donec vim perſenſerint imperii.

Salluſt. in Iugurtha: *Scelerius ſuis* ferox, *atque praeclarus eſt.* Id. ibid. *Ille animo* feroci *negat.* Sed et FERVS de *Inanimatis* quoque dicitur. FEROX de *Animatis* tantum. Ennius Lib. 3. Annal. (h).

- - - - - *Scutis* feroque
Ornatur ferro, id eſt, hoſtili.

Siſenna Lib. 4. Hiſtoriar. *Partim* fera *vite, partim lauro et arbuſto, ac multa pinu ac murtetis abundant*: quod eſt *agreſti vite.*

(g) Huius vocabuli *Antitheta* inprimis ſunt *Humanus, Manſuetus, Miſericors, Mitis, Ciuilis* atque *Sapiens.* Vid. *Gambarellae* Lib *Oppoſitor* p. 282. Et vt ASPER ad *tempus* eſt: ſic FERVS *natura. Virgil.* Lib. II. Aeneid. v. 326. ſeq.

- - - - Ferus omnia Iupiter ARGOS
Tranſtulit. - - - - - - - - - -

(h) p. 76.

Digitized by Google

(h) p. 76. *Edition. Stephan.* ubi ENNIANORVM *Verborum* diuerſa extat Lectio.

Feſtinare † eſt temera et praecipiti celeritate aliquo contendere (i); *Properare* cito et ſtrenue progredi (k), vt eo, quo veſis, peruenias; *Maturare* eſt neque citius, neque ſerius, ſed in tempore procedere, vt *Gellius* et *Macrobius* tradunt. Virgilius Lib. I. *Georgicor.* *) v. 259. ſeqq.

Frigidus agricolam ſi quando detinet imber,
Multa forent, quae mox coelo properanda *ſereno*
Maturare *datur.*

Salluſt. in Iugurtha: *Animo cupienti nihil ſatis feſtinatur.* Nonius ita diſtinguit, vt *Feſtinare* ſit corporis *neceſſitatibus* obſequentis; *Properare* animi *ſtudioſe* ad res aliquas contendentis. Sed haec ſunt Grammaticorum argutiae, quae Veterum autoritate refelluntur, apud quos haec tria Verba *promiſcue* ſignificant *accelerare*. Tantum illud FESTINARE *motum* et *celeritatem maiorem* exprimit. Sic quod dixit Cicero pro Cluentio: *Mortem maturabat inimicus*: Hoc Lucretius: *Mortem quae poſſent* accelerare; Tacitus: *Voluntariam mortem* properauiſſet. Liuius Lib. 37. *Profectus cum quantum* accelerare *poterat*, maturaſſet *ad portum.*

† *Feſtinare et properare* vtraque in ſe tumultuariam celeritatem habent, hoc tamen differunt, quod qui *feſtinat*, multa quidem inchoat, ſed nihil perficit, qui autem *properat*, inchoata quidem ad exitum perducit, ſed tamen vrgente celeritate multa neceſſe eſt non omnino abſolute fieri. *Maturare* autem eſt, quod nec ſerius eſt, ſed medium

dium quoddam, vt poma *matura*. Chriſtoph. in Virg. Georg. I. Cato enim oratione, quam de ſuis virtutibus ſcripſit, ita diſtinguit, monente Nonio. Feſt. R.

(i) Seu aliquid *celeriter* agere.

(k) h.e. *celeriter* ire ἀπὸ τῦ προπορεύειν, quod *procedere* ſeu *porro tendere* denotat. Notandum autem, quod ex *Comeniana* mente PROPERANDVM *propere*, ubi *properantia* eſt opus. Nec tamen vllus ſit *praeproperus*, ne res nimis *deproperando* perdat, iuſtumque mereatur *improperium*.

Feſtinitas in dictis, *Facilitas* vero in animo et factis. Donat. R.

Feſtus dies. *Dies feſti* diis dicati ſunt, illis inſunt ſacrificia, epulae, ludi, feriae, Macrob. Sat. I. 16. *Feriis* ſolummodo inſunt ſacrificia, quibus feriis homines ſe abſtinebant omni opere. Deinde *feriae* erant *ſtatiuae*, quae quotannis certo ſuo die redibant, *conceptiuae*, quae ſenatus vel Pontificum iuſſu quotannis dies ſuas accipiebant. *Imperatiuae feriae* ſunt, quas Conſules vel Praetores pro arbitrio poteſtatis nouas indicunt. Macrob. R.

Fideiuſſor dicitur, qui pro alio ſtipulatione ſe obſtringit (l); *Mandator* eſt, qui alteri mandat, vt credat, vel fideiubeat. Ita tanquam autor contrahendi negotii, praecedit; *Fideiuſſor* vero contractae iam obligationi accedit. Cuius Differentiae crebriora in Libris *Iuriſconſultorum* D. de Fideiuſſ. et Mandat. ſunt, quam vt hic adſcribi debeant exempla.

(l) *Fideiuſſor* quomodo differat ab *Expromiſſore*, leg. *Georgii Frantzkii* ICti celeberrimi *Commentar*. in Lib. III. *Inſtitu-*

ſtitution. Inſtin. Titul. XXI. *Princ.* Num. 6. p 418. *Fideiuſſores* autem his temporibus difficillime atque rarenter reperiri, tradit ICtor. laborioſiſſimus *Antonius del Re* in *Tractat. nouo* de *Iuramento Calumniae Cap. XV.* Num. 216. vbi rationem ſtatim addit his verbis: *Quoniam Mundus ſit totus diſſolutus* Fideiuſſionibus, *et qui* fideiubet, *ponat inprimis ſibi ante oculos et proponat, pati mille perſecutiones a Creditoribus, a Birruariis, immo a Debitore ipſo, pro quo* fideiuſſit. etc.

F*idens* eſt conſtans et fortis (m); *Confidens* eſt audax, temerarius atque improbus (n). Cicero L. 4. Tuſculanar. Qu. *Qui fortis eſt, idem* fidens, *quoniam* confidens *mala conſuetudine loquentium in vitio ponitur.* Lucilius Lib. 10.

Improbus, confidens, *nequam*, *malus videtur.*

(m) et quidem plerumque in *Bonis*; (n) et ſic plerumque in *Malis*.

F*ides* (o) aliud eſt, quam F*idelitas*, et F*idus*, quam F*idelis*. Nam F*ides* † animo, F*idelitas* re declaratur. Plautus in Trinummo (p):

Cui fides fidelitas*que amicum erga aequiparet ſuum.*

Idem ibid. (q)

Qualiue amico mea commendaui Bona,
Probo et fideli, *et* fido, *et cum magna* fide.

Cicero Sulpitio: *Si quem tuorum* Fidelium *voles ad me mittere.*

(o) Alias FIDES *Theologice* ſumpta eſt fiducia *cordis*; RELIGIO profeſſio oris. FIDES autem *Politice* conſiderata circa *Res creditas* plerumque verſatur atque *Contractus*. Conf. *Giſanii* Obſeruationes *L. L.* p. 97.

 † Fides

† *Fides*, eſt commendatorum fida executio vel obſeruantia: *Taciturnitas* vero, obſeruantiae genus, in ſilentio conſtituta et in celando ſecreta. Donat. R.

(p) Act. V. Scen. II. v. 3.

(q) Act. IV. Scen. IV. v. 3.

Fiducia nunquam eſt ſine *conſcientia*; *Confidentia* vero ſemper cum *temeritate*. H.

Fidus in maximis; *Fidelis* in minoribus negotiis. *Fidus* eſt amicus (r), *Fidelis* (s) ſeruus †; *Fidus* naſcitur, *Fidelis* fit.

(r) Cui inprimis fidendum;

(s) qui fidem praeſtat.

† *Fidelis* n. officium eſt, ſeruare aliquid. Donat. *Fidelis* fit, *Fidus* naſcitur. Corn. Fronto. *Fidus* eſt amicus, cui fidendum, *Fidelis*, qui fidem praeſtat. R.

Figura eſt qualitas et diſpoſitio totius corporis, vt Hominis figura *recta* eſt, *prona* Animantium, Mundi *rotunda*; *Forma* (t) eſt facies cuiusque rei, et conuenientia partium expleta atque perfecta, vt in Homine FORMA *regia*, *liberalis*, *mediocris*. ILLA diſcernit Genera rerum, et in vnoquoque a natura eadem vna eſt. Haec ſpecies rerum ſeparat, et in aliis alia apparet †. Varro Lib. 5. de Lingua Lat. *Fictor, cum dicit fingo*, Figuram *imponit*; *cum dicit* informo, Formam. Cicero de Vniuerſitate: *A quo enim animante omnes reliquos contineri vellet animantes, hunc ea* Figura *figurauit*, *qua vna omnes reliquae* Figurae *concluduntur*. Idem Lib. I. Officiorum: Formam *noſtram reliquamque* Figuram,

in

In qua eſſet Species honeſta, *eam poſuit in promptis.*
Lucretius Lib. 5. *) v. 732.

Ordine Formarum *certo certisque* Figuris.

Idem Lib. 2. * v. 777. ſeq.

Vt ſaepe ex aliis Formis, *variisque* Figuris
Efficitur quiddam quadratum, vnaeque Figurae.

(t) *Huius Vocis*, quae alias eſt *media*, variam acceptionem vid. apud *Doletum* in *Formul. L. L.* fol. 63. b. et ſeq. Alioquin FORMA *bona* facit formoſos; *mala* deformes *nulla* informes.

† *Figura* eſt circa geſtum ſitumque membrorum; *Status* circa ornatum et habitum veſtis, inſignium et armorum. Aſcon. Pedian *Figura* artis eſt opus; *Forma* naturae bonum, vnde etiam *Formoſus* dicitur. Corn. Front. R.

Filii ſunt maſculini, *Liberi* vtriusque ſexus. R.

Fingere † (u) eſt formare manu, aut ingenio excogitare rem nouam, vt *Figuli* et *Statuarii*, cum ex materia molli *Statuas* et *Vaſa* ducunt; *Poëtae*, cum *Fabulas* componunt, *Fingere* dicuntur; *Effingere* eſt exprimere alterius formam et imaginem. Cicero Lib. 1. Officior. *Apium examina fingendorum fauorum cauſa congregantur, ſed cum congregabilia natura ſint*, fingunt *fauos.* Idem Lib. 2. de Oratore: *Illum, quem delegerit, imitando* effingat *atque exprimat.*

† *Fit*, quod verum eſt, *fingitur*, quod falſum eſt, *inuenitur*, ne temere fiat, *efficitur*, vt in effectum perducatur. Donat. R.

(u) Aliquando etiam pro *ſimulare* capitur, quoniam ea, quae *ſimulamus*, ita formamus atque componimus, vt *vera* eſſe videantur.

R 5 *Firmus*

Firmus de animatis et inanimatis: F*ortis* de animatis, vt firmiſſima turris. Goclen. R.

F*lagitare* eſt vehementer, et plerumque cum ſtrepitu et conuitio (vv) poſcere; *Poſtulare* eſt verecunde et modeſte id, quod iure quodam debetur, rogare. Itaque FLAGITARE *maiorem vim* exprimit. Cicero pro Quintio: *Quanquam haec cauſa* poſtulat, *etſi* poſtulat, *non tamen* flagitat. Idem Varroni: *Metus ne te forte* flagitent; *ego autem mandaui, vt rogarent.* Conf. L. 1. §. 2. D. de Poſtul.

(vv) (h. e. *duris verbis*, vt *flagellis*, inſtando *poſtulare*, ſeu)

(x) Sunt qui FLAGITO a *flamma* volunt deductum, qſ. *flammas agito*, quoniam FLAGITARE idem ſit, ac *vehementer* et veluti cum *quadam inflammatione animi* petere, Leg. *Perotti Cornucopiae* Epigr. XIX. col. 736 lin. 1. ſeqq.

F*lagrat* dicimus, quoties incendium ſignificatur, quod flatu alitur, vt

- - - - Flagrantibus *Aris* (y).

Sed quoties odor, qui fracta ſpecie maior eſt, per R dicimus F*ragrat*, vt:

- - - *thymo* fragrantia *Mella* (z).

(y) Apud *Virgilium* Lib. XII. *Aeneid.* v. 171.

(z) Apud *eundem* Lib. IV. *Georg.* v. 169. et Lib. I. *Aeneid.* v. 440. Conf. *Nicol. Erythraei* Index in hos *Virgilii* Locos, Litt. F.

F*lauum* dicimus rubeum, ſicut: flaua Ceres; F*uruum* nigrum. Horat.

Quam

Quam poene ſuruae *regna Proſerpinae.*

Fuluum rubeum et nigrum, vt: *fuluum* leonem, *fuluam* aquilam et *fuluum* aurum. Sic Virg.

- - Fulua *pugnas de nube tuentem,*

quae haberet igneum de coeleſti et ſordidum de lugubri, aut certe de Aenea iracundiam, de Turno triſtitiam. *Fuluum* certe aurum, cui ad decorem ſplendoris ſui ingeniti aliquid addatur. Agraet. R.

Flauum colorem ſimplicem, *Fuluum* e nigro et rubro denotat. R.

Flere eſt lacrumis dolorem ſuum teſtari, quod cum fit effuſius, dicitur *Lacrumare*; *Gemere* eſt (aa) crebra ſuſpiria cum lugubri ſono edere; *Lamentari*, ſiue *Miſerari* eſt cum eiulatu aegritudinem animi aperire (bb); *Plorare* vero eſt voce flebili, et querula dolorem oſtendere. Ennius in Annal.

Flentes, plorantes, lacrumantes *ac* miſerantes.

Terentius in Phormione:

Suam matrem lamentari *mortuam.*

Seneca ad Lucilium: Lacrumandum *eſt*, *non* plorandum. Idem de Conſolatione: *Nullum finem per omne vitae ſuae tempus* flendi gemendique *fecit.*

(aa) (*moeſte* ſuſpirare, ſeu)

(bb) Huc referendum: *Queror* quoque, quod idem eſt ac *Lamentor*. Nam *lamentando*, quae res ſit, quae nos agat,

agat, explicare ſolemus. Quidam tamen *Lamentor* a *Queror* ſic diſtingui dicunt, vt *Lamentari* ſit voce querula et triſti oratione cladem ſuam teſtari.

Fluctuo animo, *Fluctuor* animo et corpore. R.

Flumen idem fluit et manet (cc); *Fluuius* temporibus ſiccatur (dd). *Corn. Front.*

(cc) Ideoque *caeteris Fluuiis* maior eſt (dd). Quamuis aliis *aqua perenne defluens* dicatur.

Foedus eſt, quod iuſſu *Populi* atque *Senatus* autoritate per *Fecialem Sacerdotem* ſolemni ritu feriebatur; *Pactio* eſt conuentio paciſcendae *Amicitiae*, et *Societatis* cauſa certis conditionibus firmata (ee): *Sponſio* eſt, quae a *Magiſtratibus* et *Imperatoribus* iniuſſu Populi fiebat, atque deditione eorum, per quos facta eſſet, infirmabatur. Ita *Foedus* Pactione, *Pactio* Sponſione firmior et ſtabilior fuit, vel, FOEDVS ſanciebatur *religione*, PACTIO et SPONSIO firmabantur *poena*, autore Capto. Cicero pro Caecinna: *Quod Edictum Magiſtratus, quod* Foedus, *aut* Pactio. Idem ad Quirites poſt Reditum: *Cum omnium Prouinciarum* Pactiones, *cum omnia cum omnibus* Foedera. Salluſt. in Iugurtha: *Suo atque Populi iniuſſu nullum potuiſſe* Foedus *fieri*. Liuius Lib. 9. *Conſules profecti ad* PONTIVM *in Colloquium, cum de* Foedere *victor agitaret, negarunt iniuſſu Populi* Foedus *fieri poſſe, nec ſine fecialibus caeremoniaque alia ſolemni: Itaque non, vt vulgo credunt*, Claudiusque *etiam ſcribit*, Foedere *Pax Caudina, ſed* Sponſione *facta eſt*. Id. ibidem: *Tam*

Spon-

Sponſiones, *quam* Foedera *ſancta eſſe apud eos homines, apud quos iuxta diuinas Religiones* Fides *humana colitur, ſed iniuſſu Populi nego quidquam ſanciri poſſe, quod Populum teneat.*

(ee) Ergo PACTIO eſt *generale*, FOEDVS *ſpeciale*; PACTIO item eſt *duorum* et *plurium*; FOEDVS ſemper *plurimos* attinet. FOEDERA porro ſunt *publica*. PACTIONES etiam *priuatorum*. Vid. *Goclenii* Obſeruationes L. L. p. 233.

Foenero dic dantis, ſed *Foeneror* accipientis. Qui *foeneratur*, ad vſuram accipit, qui *foenerat*, foenori exponit, ſeu ad vſuram dat. Cicero aliquando hoc diſcrimen non obſeruat, *foenerari* enim accipit pro *foenerare*, vt: non foeneramur beneficium. Wir treiben mit Wohlthaten keinen Wucher. R.

Foenus et *Mutuum* varie differunt. *Mutuum* erat gratuitum, neque vſurae ordinarie debebantur, *foenus* exhauriebat debitores. *Illud* ſub amico adfectu dabatur, *hoc* inexplebilis habendi cupiditas inuenerat. *Mutuum* eſt honeſtum, *foenus* bonis omnibus turpe videbatur. Porro *mutuum* ad tempus neceſſarium dabatur, *foenus* in certum ſtatumque diem. R.

Foetus generale, *Catuli* ferarum, *Pulli* pecudum, *Hinnuli* ceruarum, caprarum. R.

Fora ſunt Loca *Nundinationis* et *Negotiationis*, vel *Iudiciorum* et *Litium* exercendarum ſedes; *Fori* † ſunt tabulata *Nauium*, ſiue ſpatia in *Nauibus* apertiora, per quae incedunt, item *canales anguſti* et *oblongi* (ff). Cicero de Senectute: *Cum alii malos ſcandant*

dant, *alii per* foros *curſitent*, *alii ſentinam exhauriant*. Virgil. Lib. 6. Aeneid. *Deturbat laxatque* foros. Varro de Vita Populi Rom. Fori *longi cum operculis*.

† *Forum* in ſingulari Maſculino ſignificare locum apertum ac patentem, ſatis notum eſt, vnde et gladiatores foros facere dicuntur, cum longo ſectantur circuitu. Non. R.

(ff) Sunt et FORI area Theatri, vbi eduntur Spectacula. FORVM autem in ſingulari Maſculino pro *quolibet Scamno* ſumi, teſtatur *Giſanius* loc. perſaepe cit. p. 99.

F*orcipes* ſunt *Medicorum*, quibus dentes euellunt, vel ſpicula vulneribus extrahunt Item F*abrorum*, quibus ferrum, ignem, aliudue quid tenent (gg), quaſi F*orbicapes*, quod FORBVM, id eſt, *calidum* capiunt; F*orfices* ſunt *Sartorum* et *Tonſorum*, quibus pannos, fila et crines incidunt, vel amputant. Lucilius Lib. 19. Satyrar.

Quiuis forcipibus *dentes euellere*.

Virg. Lib. 12. Aeneid. (* v. 403. ſequ.)

- - - - *Nequicquam ſpicula dextra*
Sollicitat: *prenſatque tenaci* forcipe *ferrum*.

Idem Lib. 8. Aeneid. (* v. 453.)

- - - *Verſantque tenaci* forcipe *maſſam*.

Columella Lib. 12. *Si quae ſunt in ea vitioſa grana*, forficibus *amputant*. Cariſius et Papirianus Grammatici volunt dici FORFICES *Tonſorum*, quod pilum ſecant †. Sed haec vox apud idoneos Autores nullibi exſtat.

(gg) Vid. *Virgilius* Lib. IV. *Georg.* v. 175. vbi de VVLCANI *Cyclopibus* extat, quod

- - *Verſent tenaci* forpice *ferrum*.

† *Fori*

† *Forſice* fila, pilos cape *forpice*, *forcipe* ferrum. Soſipat. R.

F*orica* eſt ſeceſſus publicus, in quem onera ventris deiiciuntur; a quo F*oricarii* appellati, qui foricatum vectigal conducebant (h); *Latrina* eſt priuata et familiarica ſella. Iuuenalis Sat. 3. (* v. 36. ſqq.

Munera nunc edunt, et verſo pollice vulgi
Quemlibet occidunt populariter, inde reuerſi
Conducunt foricas.

Paulus Iurisconſultus l. 17. D. de Vſuris: *Fiſcus ex ſuis contractibus vſuras non dat, ſed ipſe accipit, vt ſolet a* foricariis, *qui tardius pecuniam inferunt.*

(hh) Alias FORICARII *foricas*, aliasque *res ſordidas* tractant.

F*orma* oris et naturae, F*igura* artis, *Pulchritudo* totius corporis. F*orma* immobilis et naturalis, *Vultus* mouetur et fingitur. *Vultum* ſibi fingere multi poſſunt, F*ormam* nemo. *Donat*. R.

Fornax eſt Balneatorum, Piſtrorum et Figulorum, a quo *Fornicarius*, qui *Fornacem* cuſtodit, et F*ornicator*, qui in *Balneo* accendendi ignis curam habet (ii); *Furnus* eſt Piſtorum tantum. Vnde *Furnarius* ἰπνοκαύστης, ſiue καμινοκαύστης, et *Furnaria* miniſterium *Furnarii*. Suetonius in Vitellio: ANTIOCHI *cuiusdam* furnariam *exercentis filia*. Vlpianus ad Edictum 18. L. 29. D. ad Legem Aqu. *Si* fornicarius *Seruus coloni ad fornacem obdormiſſet*. Paulus ad Vitellium 2. L. 14. D. de Inſtr. *Continetur autem et* fornicator.

(ii) In *genere* autem deſcribitur *Fornax*, quod ſit focus occluſus, calefaciendo conclaui deſtinatus.

F*ormoſus* eſt *forma* praeſtans; *Speciosus* ſaepe pro

pro *pulchro* ponitur. *Vlpianus* tamen *ſpecioſas Perſonas* dici affirmat *clariſſimas Perſonas utriusque ſexus.* Immo et FORMOSVM *fortem* quoque denotare, *Douſa* Fil. Lib.III. *Plautin. Explanation.* Cap.XIII. (in ſpec. ad *Milit. Glorioſ.*) pag. 267. autor eſt. H.

Fors † eſt fatorum lex, *Fortuna* eſt euentus incertus. *Illa* eſt Graecorum *εἱμαρμένη*; Haec *τύχη* (kk): *Fors Fortuna* eſt fatalis euentorum cauſa. Attius in Andromeda (ll):

Quibus natura praua magis, quam Fors *et* Fortuna obfuit.

Lucilius Lib. 12. Satyrar.

Aut Forte *omnino, aut* Fortuna *vincere bello.*

Terent. in Phormione (mm): O Fortuna, *o* Fors Fortuna, *quantis commoditatibus!* In quem locum Donatus: FORTVNA, inquit, *dicta eſt incerta res.* FORS FORTVNA *euentus* Fortunae *bonus.* Interdum tamen Fors pro *ipſa Fortuna* ponitur (nn). Catullus (oo):

Agnoſcam cum te reducem Fors *proſpera ſiſtet.*

Tibullus:

Fors *iuuat audentes.* - - - (pp)

Ouidius Lib 2. Faſtor.

- - *Audentes* Forsque *DEVSque iuuat*:

quod eſt in veteri Prouerbio: F*ortes* F*ortuna adiuuat.*

† *Fors* et *Caſus* temporalis; *Fortuna* Dea *Non.* R.

(kk) Inde et FORTVNA pro *Bonis* atque *Facultatibus* nonnunquam vſurpatur. Sic *Cicero* ſtatim ab initio ferme *Orationis* pro *Rabirio* ſat mire dicit *Fortunae Opes.*

(ll) p.9.

Digitized by Google

(ll) p. 9. vbi *Stephanus* ex *Nonio* addidit, quod FORS ſit *caſus temporalis*; FORTVNA vero *ipſa Dea*.

(mm) Act. V. Scen. VI. v. 1.

(nn) *Fors* et *Fortuna*, inquit *Comenius*, videntur eſſe *fortuita*, et *fortuito* contingere; quae tamen non *forte* eueniunt, quia Deus eſt, qui alium prae alio *fortunat*. Alias fuere nonnulli ex *Antiquis*, quibus neque FORTVNA, neque CASVS quicquam eſſent praeter *Fatum*. Omnia enim ex cauſarum connexione pendere putarunt. Alii maluere talia eſſe quaedam; quaedam vero ſine cauſa neceſſaria euenire. Quae ſi eſſe poſſent in *conſultatione* poſita, FORTVNAM fecerunt autorem; Sin *temere* atque ab *inanimis* proficiſcerentur, v. g. *Montis ruina*, CASVM nominarunt. Haec *Iul. Caeſ. Scaliger* Lib. III. *Poetic.* Cap. I. p. 188. Edition. V. Ex quo apparet, FORTVNAM *Phyſice* ſumtam eſſe in rebus ſecundum *electionem*; CASVM vero in iis rebus, quae fiunt ſine *electione*.

(oo) In *Argonautica* v. 237. vbi vtraque *Horatii Tuſcanellae* Editio, *Baſileenſis* nempe atque *Hanouienſis* pro FORS malunt legere Sors.

(pp) Haec verba *Tibullum* nequaquam autorem agnoſcunt.

Fortis animo, *Robuſtus* et *Validus* corpore, *Agilis* actione, *Strenuus* animo et motu. *Fortem eſſe*, reſpicit animum, *Plus valere* corpus.

Quia ſum fortis, *tribuetis mihi* (*ſecundam partem*)
Tum, quia plus valeo, *me ſequetur tertia.*

Phaedr. I. 5. R.

Fortitudo venientibus obſtat, *Patientia*, quod iam adeſt, tolerat et perfert. Cicero in Part. Orator. *Magnitudo animi* vno genere *Fortitudinem* et *Patientiam* complectitur. R.

S *Fra-*

Fratres dicuntur, qui *eodem patre* nati ſunt; *Germani*, qui *eandem Matrem* habent. Quam Differentiam tradidit Varro Libro I. de Gradibus: GERMANVS, inquit, de eadem Genetrice *natus eſt*, *non, vt multi, de eodem germine*, *qui tantum* Fratres *dicuntur*. Sed quod pace *Varronis* dicere liceat, vana eſt haec Differentia, nec ab idoneis Autoribus obſeruatur (qq). Terentius in *Adelph.*

Te habeam Fratrem, *o mi* AESCHINE, *o mi*
Germane!

Idem in Andria (rr):

Si te in Germani Fratris *dilexi loco:*

Hoc ergo differunt, quod *Germani* † ſunt, qui eundem vtrumque Parentem habent. *Fratrum* nomen generale eſt, quo et *Fratres Germani* continentur, et *Fratres Conſanguinei*, qui de vno Patre nati ſunt, licet diuerſas Matres habeant, et *Fratres Vterini*, qui ex eadem Matre tantum geniti ſunt, item *Fratres patrueles*, qui ex duobus Patribus procreantur, quae omnia in *Iuriſconſultorum* (Leg. 1. §. 6. *Nouell.* 118. c. 2. et 3. D. de *Gradib.*) et aliorum *Autorum* Libris paſſim occurrunt.

(qq) Alias datur inter FRATRES *proprie ſic dictos* haecce Differentia, vt alii ſint GERMANI, qui ex *eodem Patre* et eadem Matre procreati. Alii VTERINI, qui ex *eadem Matre*, ſed ex *diuerſis Patribus* nati. Alii vero AGNATI, qui ex *eodem Patre*, ſed ex *diuerſis Matribus*, orti. Vt vero *Matris* amor, quam *Patris* erga *Filios* longe eſt tenerior: ita inter *Fratres* habere ſe videtur. Nam qui *eadem Matre* ſunt geniti et VTERINI vocantur, plus quam de ſubſtantia eadem participant. Vid. *Lorini* Tom. II. *Comment.* in Verſ. IX. *Pſal.* LXVIII. p. 264. col. 1. B.

(rr) Act.

(rr) Act. I. Scen. V. v. 67.

† *Frater* ex alio patre aut matre eſſe poteſt, *Germanus* ex ambobus iisdem. Seru. R.

Fremere † eſt emittere ſonum varium et turbulentum (ss), qualis exaudiri ſolet in tumultu populari, in hoſtili congreſſione et in mari furentibus ventis Vnde et *Fremor*, qui eſt rumor Hominum, *Fremitus* Ferarum. Agraet. *Frendere* †† eſt ſtrictis et concuſſis dentibus minaciter ſonare, vt faciunt irati et furioſi. Virgilius *) Lib. I. *Aeneid.* v. 563.

- - *Cuncti ſimul ore* fremebant.

Idem *) Lib. III. *Aeneid.* v. 662.

Dentibus infrendens *gemitu.* - - -

† *Fremere* eſt magnum ſonare. Virg. Georg. lib. 2.
Fluctibus et fremitu *aſſurgens Benace marino.* R.

(ss) (ſeu Murmur edere prae *ira*)

†† *Frendere* cum gemitu vel iracundia miſerum aut minax ſonare. Virg. Lib. 3 Aeneid.

Luminis effoſſi fluidum lauit inde cruorem
Dentibus infrendens *gemitu.* R.

Frondes ſunt Arborum; *Folia* ſunt tam Herbarum et Florum, quam Arborum (tt). Lucretius:

Circum ſe foliis *et* frondibus *inuoluentur.*

(tt) Cur autem FRONDES *Arboribus* atque *Plantis* datae, leg. *Rhodiginus* Lib. XXXII L. A. Cap. XXVI, col. 1529. E.

Frondeum eſt totum de frondibus, vt Truncus; *Frondoſus* vero eſt Lucus. *Seru.*

Fruges † (uu) ſunt, quae ſiliqua, ſeu folliculo continentur, vt *Faba*, *Lupinum*, et reliqua Legumina; *Frumenta* (xx), quae ariſtam habent, vt *Triticum*, *Auena*, *Hordeum*, et alia, quae nondum demeſſa, appellantur *Segetes*. Cicero: *Olei et* Frugum *minutarum*. Vlpianus ad Sabinum 28. L. 12. D de Vſu et Hab. *Neque foliis*, *neque oleo*, *neque* frumento, *neque* frugibus *vſurum*. Sed interdum FRVGIS nomen generale eſt (yy). Nam *Plinius* Lib. 18. facit duo genera *Frugum*; FRVMENTA, vt *Auena*, *Triticum*, *Hordeum*; LEGVMINA, vt *Faba*, *Cicer*. Et Iulianus Iuriſconſultus tradit L. 77. D. de Verb. Signif. FRVGEM *appellari omnem reditum*, *non ſolum qui ex* Frumentis *aut* Leguminibus, *verum etiam*, *qui ex Vino*, *vel ex Piluis caeduis*, *vel Cretae Fodinis*, *Lapicidinis percipitur*. Qua notione FRVGES *arbores* dixit Cornificius: *Vt folia*, *quae* frugibus arbores *tegmina gignantur*.

† *Fruges* dicuntur omnia, ex quibus grana legimus. Sed *Frugum* duo ſunt genera, *Frumentum* et *Legumen*. *Frumentum* eſt vt triticum, hordeum et ſimilia, quae falce metimus. *Legumen* autem vt eſt, faba, cicer et ſimilia, quae non metimus, ſed manu legimus. Chriſtoph. in Virgil. Georg. I. R.

(uu) Antiquos, eosque Litteras *Graecas* ex *Latino* agro plane exſtirpantes, pro *Phryges* etiam FRVGES dixiſſe, *Ianus Laurenbergius* in *Antiquario* p. 187. col. a. autor eſt.

(xx) A FRVMEMTA fit *Frumentarius*, *a*, *um*, et *Frumentaceus*, *a*, *um*. *HOC* eſt ex *Frumento*; *ILLVD* in *Frumento*. Sic *Blattae* dicuntur *Frumentariae*; *Frumentaceae* autem non dicuntur. Edunt enim *Frumentum*, non fiunt e *Frumento*. Goclenius.

(yy) Quan-

Digitized by Google

(yy) Quando nempe denotat, quicquid, teſte Spiegelio, ex fructu terrae in alimoniam vertimus.

Frui † eſt omnem rei fructum et commoditatem percipere, neque ad neceſſitatem modo, ſed et ad delectationem et compendium conuertere; *Vti* ad neceſſarium vitae vſum cultumque accommodare. Itaque plus eſt *Frui*, quam *Vti* (zz). Cato: *Si quid eſt, quo* vtar, vtor; *ſi non eſt, ego ſum, cui per me* vti *atque* frui *licet*. Cicero ad Curionem: *Id cuiusque eſt proprium, quo quisque* fruitur *atque* vtitur. Liuius Lib. 2. Fruantur, vtantur *annona, quam furore ſuo fecerunt*.

† *Frui* eſt alicui rei inhaerere propter ſe ipſam. Ita Diu. Auguſt. cap. 4. de Doctrina Chriſtiana. Valla Lib. V. c. 5. Elegant. *Vti* eſt alterius rei gratia, *frui* nullius, ſed propter ſe. *Hoc* alterius *finis*, ad quem *illud* tendit: qui *has* habet, quieſcit et contentus eſt, qui *vtitur*, nunquam conquieſcit, ſed ſemper vlterius tendit. Hinc praeclara illa differentia apud Iureconſultos, inter *Vſum* et *Vſumfructum*. Imper. §. 1. Inſtitut. de Vſu et Habitat. R.

(zz) HOC enim reſpicit *caduca*; ILLVD vero *conſtantia*; iuxta illud AVGVSTINI: Vtendum *eſt terrenis*, ſed fruendum *coeleſtibus*. Alias *fruimur* noſtris rebus; *vtimur* autem alienis. Conf. *Schardii* Lexicon Iuridic. p. 390. col. b. Quod autem FRUI etiam *Paſſiue* vſurpetur, docet *Ioſephus Scaliger* in Appendice ad *Coniectan*. in *Varronis* de L. L. Lib. p. 196. Edition. *Stephan*.

Frumentaceus et *Frumentarius* differunt. Sic *frumentaceae* non dicuntur blattae, ſed *frumentariae*. Edunt n. *frumentum*, non fiunt e *frumento*. Vid. Scalig. exerc. p. 159. R.

Fruſtror (a) Verbum commune vtrumque ſignificat,

Digitized by Google

ficat, FALLO et FALLOR; *Fruſtra ſum* eſt FALLOR et DECIPIOR, in quibus verbis multifariam implicatis facete luſit Ennius in Satyris:

Nam, qui lepide poſtulat alterum fruſtrari,
Quem fruſtratur, fruſtra *eum dicit* fruſtra *eſſe*,
Nam qui ſeſe fruſtrari, *quem* fruſtra *ſentit*.
Qui fruſtratur, *is* fruſtra *eſt*: *ſi non*, *ille eſt* fruſtra.

Quorum verſuum ſenſus eſt: *Qui ſtudet alium lepide* fallere, *non ſtatim poteſt dicere*, eludi *ac* falli *eum*, *quem ipſe* fallere *vult*. *Nam vbi quis ſentit* fruſtra *alium operam dare*, *vt ſe* fallat: *tum niſi* fallitur *is*, *cui* fallacia *tenditur*, fruſtra *eſt is ipſe*, *qui eum* fruſtrari *conobatur*.

(a) Pro *Fruſtrari* Veteres etiam *Fruſtrare* dixiſſe, teſtatur *Pomponius* in *Maiali* his verbis: *Miſere me eorum*, *qui ſine fruſtis ventrem* fruſtrarent *ſuum*.

Fulget natura, ut Ignis, Sol; *Splendet* raſura atque artificio, vt Aurum et Argentum (b). *Seru.*

(b) *Candet* autem Carbo et Ferrum.

Fulmen eſt telum ipſum, quod emittitur (c); *Fulgur* eſt ignis ſiue corruſcatio, cum Fulmine emicans (d); *Fulgetra* eſt Fulgor tantum ſine Fulmine. Cicero Lib. 2. de Diuinatione: *Tum et* Fulgura *et* Tonitrua *exiſtere*. *Si autem nubium conflictu ardor expreſſus ſe emiſerit*, *id eſſe* Fulmen. Seneca Natur. Quaeſt. 1. *Nubes mediocriter colliſae* Fulgurationes *efficiunt*, *maiore impetu pulſae* Fulmina. Frequenter tamen FVLGVR pro *Fulmine* vſurpatur. Cicero Lib. 1. de Diuinatione: *De* FVLGVRVM

Digitized by Google

GVRVM *vi dubitare num poſſumus?* Suetonius in Auguſto: *Cum expeditione* Cantabrica *per nocturnum iter lecticam eius* Fulgur *perſtrinxiſſet, ſeruumque praeducentem examinaſſet.* Idem in Domitiano: *Continuis octo menſibus tot* Fulgura *facta auditaque ſunt, vt exclamauerit:* FERIAT IAM, QVEM VOLET. Plinius Lib. 35. *Si in nube lactetur flatus, aut vapor,* Tonitrua *edi; ſi erumpat ardens,* Fulmina; *ſi longiore tractu nitatur,* Fulgetra. Idem L. 15. *Colitur ficus, arbor in foro ipſo ac Coitmio* Romae *nata, ſacra* Fulguribus *ibi conditis.*

(c) Seu eſt *Fulguratio* cum *ipſo Telo* in terras producta. (Virg. Georg. Lib. I.

Ipſe pater media nimborum, in nocte coruſca,
Fulmina *molitur dextra.*)

Sumitur et FVLMEN eleganter quoque *Metaphorice.* Vt cum *Cicero* vocat SCIPIONES Romani Imperii *Fulmina*; vel cum dicit Orationis *Fulmina.* Conf. *Doleti* Phraſes, ſeu Formul. L. L. fol. 16. fac b. col. 2.

(d) *Perottus* in *Cornucopiae* Epig. XXVII. col. 791. lin. 57. ſeqq dicit, quod FVLGVR et FVLGETRVM immo et FVLGVRATIO dicatur lux illa et quaſi fibratio luminis, quae ante cernitur, quam *Tonitruum* audiatur, cum ſimul fieri certum ſit. Nec mirum eſt, quoniam lux ſonitu longe eſt velocior. Sed eruditus *Comenius* inter haec vocabula hanc conſtituit differentiam: *Cum* fulgurat (*inquiens*) FVLGVR *eſt*; *cum* Fulgura *iterantur*, FVLGETRVM; *cum* Fulmina *intermiſcentur*, FVLMINATIO. (*Fulguritum* dicitur fulgure tactum l. exuſtum. Non.)

Fultio, cum fit; *Fultura*, cum facta eſt, dicitur (e). Corn. Front.

(e) Vt quid ſtet firmiter, idoneis *fulcitur* FVLCRIS, ſiue FVLTIONIBVS, *praefulciturque* tempeſtiua FVLTVRA, antequam ruat.

Fundatum dicitur, quod principia habet, in quibus *prudentiae* ſignum eſt; *Conſtitutum* vero eſt, quod habet exaedificationem, quod *virtutis* eſt indicium. Goclen. H.

F*undere* et *Effundere* ſeparat Seneca ad Lucilium: FABIANVS *mihi non* effundere *videtur Orationem*, *ſed* fundere. *Adeo larga eſt et ſine perturbatione, non ſine curſu tamen, veniens.* Nimirum F*undere* eſt ſenſum in omnes partes, (* liquorem inprimis) ſpargere; vt FVNDIT *Sol* radios, FVNDIT *Artifex* metallum; *Effundere* autem eſt vno impetu ſine modo proiicere, vt *Populus concitatus ſe* EFFVNDIT, *Prodigus* effundit *opes*. Cicero Lib. 2. Officior. *Multi patrimonia* effuderunt *inconſulte largiendo. Fundere* eſt ſupina manu libare, quod fit in Sacris ſupernis; *Vergere* eſt conuerſa in ſiniſtram partem manu ita fundere, vt ſuperne conuertatur, quod in infernis fit. *Seruius.*

F*uneſtum* eſt, quod *luctu* dignum eſt; *Luctuoſum*, quod poſt *mortem* affert *luctum*; ideoque omnino eſt graue. Goclen. H.

Fungi eſt agere; *Defungi* vero peragere atque perficere. *Agraetius. Lucretium* autem FVNGI pro *pati* non inique perſaepe poſuiſſe, *Schoppius* Lib III. *Veriſimilium* Cap. 6. p. 153. docet. H.

Funis (f) eſt maior craſſiorque: *Reſtis* minor. Vnde in Nauibus *Funes*; in Lectis et Sellis *Reſtes* dicuntur. Varro Lib. 1. de Re Ruſt. *Sic quae ſiunt de cannabi, lino, iunco, palma, ſcirpo, vt* FVNES,

Digitized by Google

FVNES, RESTES, TEGETES. Ibidem: *Sic vbi cannabim, linum, iuncum, ſpartum; vnde Lineas,* Reſtes, Funes, *facias, quibus nectas boues.* Columella Lib. 11. *Illinitur vel nauticis veteribus* funibus, *vel quibuslibet aliis* reſtibus. Cato de Re Ruſtica: *Lecto* reſtibus *ſubtento.* Lucilius Satyrarum 6.

Tres a Deucalione *grabati* reſtibus *tenti.*

(f) FVNIS *aurea* (in Foemin. gen.) dicit *Lucretius.* Quid autem *proprie* ſit iſte *Funis aureus*, tradit *Turnebus* Lib. V. *Aduerſ.* Cap. XXV. col. 165. ſeq. Tom. I.

Funus † (g) eſt cadauer iam ardens; quod dum portatur, *Exequias* dicimus: crematum *Reliquias* et *Buſtum*, conditum iam *Sepulchrum*, Seruius.

† *Funus* eſt pompa exequiarum, dictum a funalibus. Etenim noctu efferebantur propter ſacrorum celebrationem diurnam. Donat. R.

(g) Alias *Funebres Vmbras* adumbrationem *ſepulturae* in *inani Sepulchro* eſſe, teſtatur idem *Turnebus* Lib. XXIII. *Adu.* Cap. III. col. 809. Tom. II.

Fur et *Furtum* generalia, *Abigeus* crimen in pecudibus, *Peculator* et *Peculatus* eſt principis, populi *Praedatio*, *Sacrilegus*, et *Sacrilegium* in ſacris. *Fur* ignoranti Domino et clam, *Raptor* ſcienti et inuito vi et palam bona ſua aufert. Lib. 3. §. 5. D. de incend. ruin. naufrag. Plaut. Epidic. l. 1.

Th. Minus cum furtificus *ſum, quam antehac.*
Ep. quid ita? Th. rapio *propalam.* R.

Furca et *Patibulum* olim multum differebant.

 Nam

Nam *Furca* (h) erat lignum geminum in modum literae V, ita vt initium et caput eſſet a tergo hominis, qui eam ferret; inde paulatim divaricatum circa pectus et humeros ad manus volam pertingebat; *Patibulum* vero erat ſtipes tranſuerſus, quem noxii diſpeſſis in eum manibus circumferebant, priusquam tollebantur in crucem. *Illa* erat leuior poena Seruorum, qui ob minima delicta (* *in exemplum*) circumduci ſolebant collo furcae inſerto, vnde FVRCIFERI dicti (i); *Hoc* erat ſupplicium damnatorum ad crucem. Suetonius in Nerone; *Cum comperiſſet nudi hominis ceruicem inſeri* furcae, *corpus virgis ad necem caedi.* Plautus in Carbonaria:

PATIBVLVM *feram per vrbem, deinde affigar Cruci.*

Salluſt. Lib. 6. Hiſtoriar. PATIBVLO *eminens affigebatur.* Sed poſterior aetas FVRCAM vſurpauit pro *Patibulo*, quo fures ſuſpenduntur. Iſidorus Lib. 5. Etymologiar. PATIBVLVM *vulgo* Furca *dicitur, quaſi ferens corpus. Suſpenſum enim et ſtrangulatum haec exanimat.*

(h) FVRCA *proprie* eſt inſtrumentum biſulcum, vel triſulcum, quo aliquid perfoſſum portatur.

(i) Vid. *Schardii* Lexicon p. 395. col. b.

Furioſus † eſt, qui ita iactatur agitaturque, vt neque corpore, neque animo conſiſtere poſſit; *Inſanus* †† eſt, qui non habet mentem integram, qui mente captus eſt, et ob hoc non ſeruat modum, minusque ſapit, quam *Stultus* (k). Nam, vt ait Plato in Ti-

Timaeo: Δύο δ' ἀνοίας γένη, ἡ μὲν μανία, ἡ δ' ἀμαθία: id eſt, *Duo* Amentiae *genera, alterum quidem* Inſania; *alterum vero inepta* Stultitia. Terent. in Eunucho (l):

Hic homines prorſus ex STVLTIS inſanos *facit.*

Horatius Lib. 2. Sermon. (m)

- - - - - - - *Quis auarus?*

Stultus *et* inſanus. - - - - - -

Cicero Lib. 3. Tuſculanar. *Itaque non eſt ſcriptum: ſi* inſanus, *ſed ſi* furioſus *eſſe incipit.*

† *Furioſus* eſt, a quo furor nunquam recedit, *furiatus* vero, qui furit ex cauſſa. Seru. R.

†† *Inſaniam* enim conſuerunt inconſtantiam, inſanitatem ſanitate vacantem: poſſe tamen tueri mediocritatem officiorum et vitae communem cultum atque vſitatum. *Furorem* autem eſſe rati ſunt mentis ad omnia caecitatem, quod cum maius eſſe videatur, quam *inſania*, tamen eiusmodi eſt, vt *furor* in ſapientem cadere poſſit, *inſania* non. Non. R.

(k) Vnde patet FVROREM eſſe *temporis*, INSANIAM *perpetuam*, *furioſum* plus ſignificare, quam *inſanum* eſſe.

(l) Act. II. Scen II. v. 23.

(m) Satyr. III. v. 158. ſeq.

Furtim (n), cum incipit; *Furaciter* quaſi artificioſe a conſuetudine furandi; *Furtiue* quod iam ablatum. Ergo *Furtim* et *Furaciter* Furax; *Furtiue* Locus fuit. Corn. Fronto.

(n) i. e. clanteſtine, heimlich und verſtohlner Weiſe. Eius Oppoſita ſunt *libere* et *palam.* Cicero Lib. 2. de N. D. *Itaque Beſtiae* furtim, *vt dixi*, *fruuntur; Domini* palam et libere.

Fuſco album opponitur; *Nigro* candidum, *Corn. Fronto.*

Digitized by Google

G.

G*allus* natione; *Gallicus* ex Gallia. *Corn. Fronto.*

Gaudeo commodo proprio; *Laetor* alieno. H.

Gaudium eſt affectio animi modeſte et conſtanter ſe efferentis (o); *Laetitia* vero eſt exulatio quaedam animi effuſe et inaniter elati, euentu rerum expetitarum. *Haec* cadit in quemlibet †; *Illud* in ſapientem ††, vt ait Seneca ad Lucilium: *Imperfectis adhuc interſcinditur* Laetitia; *Sapienti vero contexitur* Gaudium. Terentius: Gaudia *ſua ſi omnes homines conferant vnum in locum, tamen mea exſuperet* Laetitia. Salluſt. in Catilina: *Varie per omnem exercitum* Laetitia, *Moeror, Luctus atque* Gaudia *agitabantur.* Id. ibidem: *Veluti ſeruitute erepta* Gaudium *et* Laetitiam *agitabat* ††† Hanc tamen confundit Cato in Oratione pro Rhodienſibus: *Aduerſae res ſe domant et docent, quid opus ſit facto; Secundae res* laetitia *transuerſum tradere ſolent a recte conſulendo atque intelligendo. Quo maiore opere dico ſuadeoque, vti haec res aliquot dies proferatur, dum ex tanto* Gaudio *in poteſtatem noſtram redeamus.* Plautus in Poenulo (p):

> *Quam* (q) *hac me* Laetitia *tanta et tantis affeciſtis* Gaudiis.

Cicero Orat. I. in Catilinam: *Qua* Laetitia *perfruere? Quibus* Gaudiis *exultabis*? Liuius Lib. 33. *Occupati animi praeſenti* Laetitia, *nihil, quo vanius fieret* Gaudium *ſuum, auribus admittebant.* Idem Lib. 36. *Elatum inſolentem iuuenem immodico* Gaudio.

Exul-

Digitized by Google

Exultatio membrorum atque corporis Laetitiam deſignat. *Agraetius.* Cicero Lib. 4. Tuſcul. Quaeſt. *Atque vt confidere decet, timere non decet; ſic quidem* gaudere *decet,* laetari *non decet: quoniam docendi cauſa a* Gaudio LAETITIAM *diſtinguimus.*

(o) Siue *Gaudium* illud dicimus, cum ratione mouetur animus *placide* atque *conſtanter*: cum autem et *inaniter* et effuſe idem exultat animus, *Laetitia* geſtiens, vel nimia, dici poteſt. Leg. *Doletus* loc. perſaepe alleg. fol. 67. fac. b. col. a *Scalig.* Lib. I. *Poet.* Cap. II. p. 9. *Laetitiam* vocat animi in corpore ſano affectionem. Differt autem *Laetitia* ab *Exultatione* hunc in modum, vt *haec* ſit in *re*; *Illa* autem in *ſpe*, ſicuti *Lorinus* Tom. I. *Commentar.* in *Pſal.* IX. verſ III. p. 126. col. 1. B. ex *Hieronymo* probe annotauit. Conf *Gellii* Lib. II. N. A. cap. 27. p. 101. Edit. *Tornaeſian.*

† et in turpibus rebus eſſe poteſt. R.

†† et in rebus bonis ſemper eſt. R.

††† *Gaudium* eſt, cum animus exhilaratur aliqua re grata atque iucunda, neque tn. ita ad exteriora diffunditur vltra modum, vt facile appareat. *Laetitia* vero eſt, cum ita mouetur animus aliqua re iucunda, vt et ad exteriora egrediatur ille motus, et maxime in vultu appareat in ipſo homine. Hinc dicunt Stoici, *gaudium* in ſapientem cadere poſſe, *laetitiam* non poſſe. Chriſtoph. in Virg. Georg. I. R.

(p) Act. V. Scen. IV. v. 104.

(q) Heic vtraque *Taubmanniana* Editio atque diuerſae *Lambini* pro *Quam*, commodius CUM ſubſtituunt.

Gemma (r) eſt omnis lapillus pretioſus, cuiuscunque coloris vel naturae ſit; *Margarita*, ſiue *Margaritum*, eſt concharum partus, qui apud rubrum Mare coaleſcit. Cicero Orat. 6. in Verrem: *Nego vllam* Gemmam, *aut* Margaritam *fuiſſe.* Suetonius in Auguſto: Gemmas*que ac* Margaritas *quingen-*

Digitized by Google

guenties LLS. *vna donatione contulerit.* Plinius Lib. 7. *Inter ſpolia* DARII, Perſarum *Regis*, *vnguentorum ſcrinio capto, quod erat Auro*, Gemmisque *ac* Margaritis *pretioſum.* Seruius Grammaticus haec diſcernit, vt GEMMA diuerſi coloris ſit, MARGARITA alba; ILLA integra; HAEC pertuſa. Vlpianus vero ad Sabinum 20 L. 19. §. 13. et ſeqq. D. de Auro arg GEMMAE *ſunt*, inquit, *pellucidae materiae, quas* (vt refert Sabinus Libris ad Vitellium) Seruius *a* Lapillis *ita diſtinguebat, quod* GENMAE *eſſent pellucidae materiae, velut* Smaragdi, Chryſoliti, Amethyſti; LAPILLI *autem contrariae ſuperioribus naturae, vt* Obſidiani, Veientani; MARGARITAS *autem, nec* Gemmis, *nec* Lapillis *contineri ſatis conſtitiſſe*, ibidem Sabinus ait, *quia e concha apud rubrum Mare et creſcit*, *et coaleſcit.* Quam Differentiam ſoli *Iurisconſulti* agnoſcunt, caeteri *Autores* non obſeruant, qui *Gemmae* et *Margaritae* Vocabulis ita, vt prius dixi, fere vtuntur, et *Lapilli* Nomen communiter tribuunt *Gemmis* et *Margaritis*, vt Catullus, cum dixit: *Pelluciduli delitiis* Lapides, GEMMAS intellexit; MARGARITAS Horatius (s).

(r) (*proprie eſt oculus Vitis*, quem primo Vere emittit. Deinde per *Similitudinem*)

(s) Vid. Eiusd. Lib. I. *Sermon.* Sat. II. v. 80. et Lib. II. *Epiſt.* II. v. 180. 181. et 182. vbi talia Cimelia videtur prorſus contemnere.

Genae ſunt (* palpebrae ſeu) membranae ſuperiores inferioresque, quibus oculus aperitur et clauditur, vt *Ennius* de dormiente: *Imprimitque* genam

Digitized by Google

nam genae. *Malae* autem ſunt eae faciei partes, quae infra oculos eminent, rotundae, in ſpeciem Mali. Sed Vetuſtiſſimi GENAS pro *Malis* dixerunt, vt obſeruauit Plinius Lib. XI. his verbis: *Infra oculos* Malae *homini tantum, quas priſci* Genas *vocabant*, 12. *Tabular. Interdicto radi a foeminis eas vetantes.* Et *Malae* appellantur etiam partes intra os. Plautus in Bacchidib. (t)

Ne nuci frangibula excuſſit Malis *meis.*

Idem in Trinummo:

- - - - *Ambabus* Malis *expletis vorem.*

(t) Act. IV. Scen. II. v. 16.

Gena eſt membrana, oculos tegens; *Cilium*, quod alias extremus Genae ſuperioris eſt ambitus, habet pilos; *Mala* eſt pars infra oculos, Ruboris ſedes; *Bucca* quaſi follis infra illam. H.

Generale eſt, quod omnes Species, quae ſub *Genere* ſunt, includit, vt HOMO omnes Homines; *Vniuerſale*, quod omnia RERVM Genera *vniuerſim* continet, vt ANIMAL Homines et Bruta. Cicero in Academicis: *Qui loquitur de* vniuerſis, *nihil excipit. Quid enim poteſt eſſe extra* Vniuerſum; Hinc *Iuriſconſulti recentiores* IVDICIVM GENERALE appellant, cum Actor in *genere* multas et diuerſas res ſimul petit, vt ſi agit *Negotiorum geſtorum*, *Tutelae*, aut pro *Socio*; quibus Iudiciis qui conueniuntur, hi multas res ſimul adminiſtrarunt: VNIVERSALE vbi petitur Ius vniuerſum, vt in Iudicio *Bonorum Poſſeſſionis* vel *Familiae erciſcundae*, in quibus ipſum Ius Poſſeſſionis et Haereditatis, non illa, ex quibus conſtat,

ſtat, inſpicitur. Quae Differentia, etſi magnos Autores habet, mihi tamen ideo non probatur, quod Veteres nulla *Vniuerſalia* Iudicia nominant, ſed tantum *Generalia* et *Specialia*, vt Paulus ad Sabinum 6. l. 39. D. pro Socio: *Quod* Sabinus *in omnibus bonae fidei Iudiciis exiſtimauit*, *ſiue* Generalia *ſint*, *veluti pro Socio*, *Negotiorum geſtorum*, *Tutelae*, *ſiue* Specialia, *veluti Mandati*, *Commodati*, *Depoſiti.*

Hic obiter notandum, quod *Aduerbium* GENERALITER longe ſit ſtrictius *Aduerbio* VNIVERSALITER, quemadmodum *Philippus Decius* in Enarrat. in *Regul I. Tit. ff.* de *Regul. Iur.* num. 18. p. 7. col. b. oſtendit. H.

Genero, *Pario*, *Gigno* differunt, ſed quidem non perpetuo, ita: vir *generat*, mulierque *parit*, ſed *gignit* vterque. R.

Genetrix eſt; quae genuit, (* vel *peperit*,) vel generis originem dedit, vt VENVS Genetrix a *Romanis* culta; *Mater* eſt tam illa, quae aluit et educauit, quam quae genuit (u), quomodo etiam differunt *Genitor* et *Pater* †. Plautus (x):

Ita forma ſimili pueri, *vti* Mater *ſua*
Non internoſſe poſſet, *quae* mammam dabat:
Neque adeo Mater *ipſa*, *quae illos* peperat.

Arnobius Lib. 7. Genetrix *et* Mater *Superſtitionis*, ETRVRIA. Idem Lib. 2. Genitore illo *ac* Patre *prolatas*.

(u) In *genere* dicitur MATER foemina foetum pariens.
† Virgil. lib. 8.

Gen

Digitized by Google

- - *Geminos huic ubera circum*
Ludere pendentes pueros et lambere matrem. R.

(x) In Prologo *Menaechm*. v. 19. 20. et 21.

Genus † eſt initium cuiusque Ortus, quod vel a Patria ducitur, vel a Parentibus (y); *Gens* eſt principium Familiae; *Stirps* eſt pars Gentis, vt *Cornelii* omnes vnius ſunt Gentis, et vno nomine continentur omnes. At vero partes iſtius Gentis ſunt plures, diſcretae cognominibus, eaeque *Stirpes* et *Familiae* nominantur, vt CINNAE, DOLABELLAE, LENTVLI, SCIPIONES, SVLLAE. Sic ergo GENS *Genus* et *Stirpem* continet; non contra GENVS et STIRPS *Gentem*. Caeſar in Laudatione Iuliae Amitiae: *Maternum* Genus *a Regibus ortum; Paternum cum Diis immortalibus coniunctum eſt. Nam ab* Anco Marcio *ſunt* MARCII *Reges, quo nomine fuit* Mater; *a* Venere IVLII, *cuius* Gentis F*amilia eſt noſtra.* Papinianus Quaeſtionum 4. Lib. 1. D de Prob. *Quotiens quaeritur,* Genus, *vel* Gentem *quis haberet, nec ne, eum probare oportere.* Cicero in Laelio: *Qui aliquamdiu propter ignorationem* Stirpis *et* Generis *in famulatu vixerint.* Idem Lib. 2. de Oratore: *Quum* Marcelli *a Liberti filio* Stirpe CLAVDII *Patricii eiusdem hominis haereditatem* Gente *ad ſe rediſſe dicerent, nonne in ea cauſa fuit de toto* Stirpis *et* Gentilitatis *iure dicendum?*

† *Genus* Familiae, *Gentem* regionem recte dicimus. Agraet. *Genus* iam ad viuos pertinet, *Familia* m. ad defunctos. Alii *Genus* ad nobilitatem referunt, *Familiam* ad copias, vnde et *Paterfamilias* dicitur. Donat. R.

Digitized by Google

(y) Et ſic GENERIS nomine *omnes Vtriusque ſexus* venire, *Decius* in Enarrat. in *Reg. II.* Tit. ff. de *Regul. Iur.* num. 65. p. 29. col. b. affirmat, allegans *Baldum* in l. 1. de *Prob.* ſic dicentem: *De* Genere *meo dicuntur etiam, qui ſunt* cognati. *Genus* et *Species* aliter accipi a PHILOSOPHIS, aliter a LEGISTIS, *Antonius Del Re* in Tract. de *Iuramento Calumniae* Cap. I. num. 11. p. 3 tradit. *Dubium* autem et *Commune* GENVS apud *Grammaticos* ſic differunt, vt *Commune* ſit rerum animatarum; *dubium* vero rerum fere inanimatarum. Genus et pro *Modo* ſumi, videndum eſt ex *Gifanii* Obſeruationib. L. L. p. 100.

Genus ad Viuos pertinet; *Familia* etiam ad Defunctos. *Genus* ad Nobilitatem; *Familia* ad Copiam refertur. *Donat.*

Gens eſt multitudo vnius Populi (z), vt *Gens* ROMANA (aa); *Natio* eſt genus Hominum ex diuerſis *Gentibus* collectum (bb), vt *Natio* GRAECORVM, *Natio* GERMANORVM. Cicero Lib. I. Offic. *Propior eſt eiusdem* Gentis, Nationis, Linguae, *qua maxime coniunguntur*. Idem pro Fonteio: *Exteris* Nationibus *ac* Gentibus *oſtendere*. Et de Lege agraria: *Non* Gens *vlla, non* Natio *pertimeſcenda eſt*. Tacitus de Moribus Germanorum: *Ita* Nationis *nomen, non* Gentis, *euanuiſſe paulatim*. Vlpianus Lib. I. D. de Cenſib. *Prope Barbaras* Gentes *et* Nationes *collocatas*. Sed interdum GENTIS Nomen *latius* patet †, vt cum vocamus *Ius Gentium*, quod omnibus Nationibus et vniuerſo Generi humano commune eſt, et NATIO de ſingularibus Hominibus quoque dicitur. Cicero pro Seſtio: *Quae eſſet noſtra* Natio *Optimatium*. Plautus in Menaechmis:

Natio

Natio eſt haec ita hominum,
Voluntarii atque potatores maximi.

(z) ſeu vnius generis multiplicata propago.

(aa) *Eccleſiaſticis*, ſeu *Theologis*, GENTES dicuntur Ethnici infideles. *Giſanius* GENTIVM vox (loc. cit. p.104.) pro *iis* ſumi dicit, qui non ſunt *Ciues* ROMANI.

(bb) ſeu Hominum ex una Stirpe multitudo,

† Ita *Nationes*, non *Gentes* coaluiſſe paulatim etc. Tacit. ſub init. lib. de German. tradit. R.

Geſta ſunt publica; *Acta* priuata. H.

Geſtus eſt vultus et corporis moderatio; *Geſtio* rerum perpetratio. H.

Gibbus terga premit, ceruicem *Struma* moleſtat. R.

Glacies eſt, quae ex coitu aquae conſtagnat; *Nix* ventorum ritu cadit (cc). *Corn Fronto.*

(cc) Alias *Glacies* dicitur congelatus liquor et *Hyemis* ornamentum; *Nix* vero eſt pluuia in *lanae* formam concreta.

Gloria eſt conſentiens opinio et exiſtimatio multitudinis de dignitate cuiusquam (dd); *Laus* eſt clara ac illuſtris alicuius commendatio. *Illa* in tacita opinione; *Haec* in aperta praedicatione conſiſtit, et illuſtrior eſt. Cicero Orat.I. in Catilinam: *Sin autem ſeruire meae* laudi *et* gloriae *mauis* Et in 3. *Omnia ornamenta* Honoris, *monumenta* Gloriae, Laudis *inſignia condi et collocari volo*. Idem pro Archia: *Ad populi Rom.* gloriam laudemque *celebrandam*. Ibidem: *Nullam enim virtus aliam mercedem* laudum *periculorumque deſiderat, praeter*

Digitized by Google

hanc laudis *et* gloriae. Ad D. Brutum: *Quae ad tuam laudem et gloriam pertinebunt*. Tacitus Lib. 4. Hiſtoriar. *A* laude gloria*que Gentis exorſus*.

(d) ſeu eſt frequens de aliquo fama cum laude, ſicuti inſit *Perottus* in *Cornucop*. Epigr. II. col. 57. lin. 38. Comparatur autem GLORIA *glorioſis* actionibus, et tunc vera dicitur. Ne autem *gloriabundus* prorſus viuat *inglorius*, ipſe de ſe et geſtis ſuis *gloriatur*. Graeci Κλέος *Gloriam*; Δόξαν Dignitatem vocant, et quidem obſeruante *Scaligero* Lib. III. *Poetic*. Cap. CIX. p. 371. vbi *et* τοῦ Ἐπαίνου καὶ Ἐγκωμίου p. 370 datur *Differentia*.

(e) ſeu rei bene aeſtimatae praedicatio.

Gloriis vnius eſt gloriae; *Gloriator* non habet cauſam gloriandi; ſed tamen gloriatur; *Glorioſus* (ff) pluribus de cauſis cogitur. *Corn.* *Fronto*.

(ff) Alias eſt *Glorioſus*, qui ſe vel inaniter iactat, vel alterius *inani laudatione* effertur et laudari quaerit. *Perottus*.

Gnatus filius; *Natus* pullus. *Corn. Front.* R.

Graecus, qui in Graecia eſt, vt *Graecus* Homo (gg), *Graecum* vinum; *Graecanicus*, qui *Graeci* formam et ſimilitudinem habet, vt Veſtis *Graecanica*, Trochleae *Graecanicae* apud Catonem, h. e. *Machinae tractoriae*, quae fiunt ad ſimilitudinem Graecae Litterae *θ*; *Graecienſis*, qui *Graecis* frequens et vſitatus eſt. Varro Lib. 9. de Lingua Lat. *Itaque vt hic alia* Graeca, *alia* Graecanica, *ſic* Analogiae. Gellius Lib. 19. *Offendimus eum cubantem in Simpodio* Graecienſi.

(gg) Sic dicimus quoque *Homo Romanus*, *Homo Italicus*, *Homo adoleſcens*, *Homo nouus*, *Homo Salens*, etc. qui omnes ſunt loquendi modi a diuina illa Vetuſtate celebrati; a ſuper-

Digitized by Google

ſuperuenienti vero Barbarie, *Hadriano Cardinale* de *Serm. Lat.* p. 195. loquente, neglecti.

Grammaticus † et *Grammatiſta* ita diſtinguuntur, vt *Ille* ſit abſolute perfecteque doctus Litterarum; *Hic* mediocriter eruditus (hh). Suetonius de claris Grammaticis; *Sunt, qui Litteratum a Litteratore ita diſtinguunt, vt* Graeci GRAMMATICVM a Grammatiſta, *et* ILLVM *quidem* abſolute, HVNC mediocriter *doctum exiſtiment.* Idem Ibidem: *Legerat in Prouincia quosdam veteres Libellos apud* Grammatiſtam.

† *Grammaticus* eſt, qui veteres Libros et Codices emendat, corrigit, explicat, diſtinguit, qui hodie Criticus dicitur. R.

(hh) ILLE *Latine* poteſt ſcribere; HIC ſaltem *Latina* intelligit.

Grandis † ad partem aetatis pertinet (ii), vt grandis Natu; *Maior* generaliter et ad ſummam Aetatis refertur. Ponitur etiam ad comparationem Aetatis. *Grande* (kk) incremento; *Magnum* amplitudine; *Immane* praecipuae amplitudinis eſt. *Corn. Front.*

† *Grandem* ad aetatem veteres retulerunt, non ad corpus, et in parte aetatis dicitur *Grandis*, non in tota vita, niſi ſi addatur *Natu*, vt *grandis* infans. Donat. R.

(ii) et idem eſt, ac creſcendo factus magnus,

(kk) Eius DEMINVTIVA ſunt *Grandiuſculum* et *Grandiculum*; OPPOSITA vero *Adoleſcens*, *Paruum* et *Tenue*, Leg. *Gambarella* l. c. p. 308.

Gratia, malae et bonae rei cauſa. Nam ſic dicimus inimicitiarum vt beneficii gratia. Ita, vt

 Salluſt

Salluſt. *approbrii* gratia. Cicero *religionis et ſupplicii* gratia *colendam et fruendam tradiderat*. Et Terent.

Qui referam ſacrilego illi Gratiam?

Agraet. R.

Gratias agimus verbis, *Gratiam habemus* animo et voluntate, *Gratiam referimus* (ll) vel *reddimus* factis; *Gratiam facimus*, cum remittimus aliquid, ne praeſtetur, aut praeſtiti religione ſoluimus. Cicero ad Terentiam: *Huic vtinam aliquando* gratiam referre *poſſimus*, habebimus *quidem ſemper*. Plancus Ciceroni: *Immortales* ago *tibi* gratias, agam*que*, *dum viuam*. *Nam* relaturum *me adfirmare non poſſum*. Suetonius in Auguſto: Gratiam fecit *coniurandi cum tota Italia pro partibus ſuis*, id eſt, *remiſit neceſſitatem coniurandi*. Idem in Domitiano: *Equiti Romano iuriſiurandi* gratiam fecit, *vxorum in ſtupro generi compertam dimitteret*, *quam ſe nunquam repudiaturum ante iurauerat*. Plautus in Rudente:

- - - *Iuriſiurandi volo* gratiam facias, id eſt, *ſoluas religione praeſtiti iuramenti*.

(ll) GRATIAM REFERRE etiam in *malam partem* pro VLCISCI, ſeu TALIONEM reddere ſumi, *Cicero* Orat. pro *Sylla* autor eſt his verbis: *Permitto aliquid iracundiae tuae, do adoleſcentiae, cedo amicitiae, tribuo parenti. Quod ſi eſſet vſu atque aetate robuſtior, eſſem idem, qui ſoleo, cum ſum laceſſitus. Nunc tecum ſic agam, vt tuliſſe potius iniuriam, quam* retuliſſe gratiam *videar*. Sic *Terentium* in *Eunucho* Act. V. Sc. III. v. 2.

- - - *Qui* referam *illi ſacrilego* gratiam?

Alias ex mente *Goclenii* in Obſeru. *LL*. p. 233. *Gratias agimus* bene-

beneficiis acceptis; *Gratificamur* rem gratam facientes; *Gratulamur* in rebus laetis, quando nempe DEO pro re bene geſta gratias agimus maxime decentes. Vid. *Oliuerii Arzignanenſis* Commentar. Hiſtoricus et Litteratus ad *Val. Max.* Lib. I. Cap. I. fol. 3. fac. a. Edition Aſcenſianae.

Gratulamur in rebus laetis, *Gratias agimus* beneficiis acceptis, *Gratificamur*, rem gratam facientes. R.

Grauare differt a *Grauari*. HOC idem eſt, ac *grauiter* ad aliquid perſuadere; ILLVD autem aliquid *graue* reddere. H.

Grauis ad vim, *Stabilis* ad tempus refertur. Donat. R.

Grauiter, ſi facere nolo, *Acerbe*, ſi iniuriis affligor. Paedian. R.

Gremium dicitur illa pars, quae eſt intra complexum Femorum; *Sinus* vero intra Pectoris Brachiorumque complexum (mm), veluti iu *Sinu* geſtantur Infantes, in *Gremio* fouentur et reponuntur. Terent. in Adelphis, *) Act. IV. Sc. V. v. 75.

Hic non amandus? Hiccine non geſtandus in ſinu?

Virg. *) Lib. 1. *Aeneid.* v. 722.

Haeret, et interdum gremio *fouet inſcia* DIDO.

Idem *) Lib. IIX. *Aeneid.* v. 712.

Pandentemque ſinus, *et torta veſte vocantem,*
Ceruleum in gremium. - - -

Hinc *Sinus* appellatur quaecunque veſtis laxitas, et proprie ea, quae ante pectus deſcendit ſupra cincturam, apta rebus occultandis et abſcondendis.

Digitized by Google

Nam Veteribus in toga *Sinus* ita laxi fuerunt, vt vel a ſiniſtra in dextrum humerum reiicerentur, vel a ſiniſtro humero in brachium, et interdum ad lumbos atque ima crura demitterentur. Suetonius in Caeſare: *Toga corpus obuoluit ſimul ſiniſtra manu* Sinum *ad ima crura deduxit.* Quintilianus Lib. 11. *Illud vero non ferendum, quod quidam reiecta in humerum toga: tum dextra* Sinum *vsque ad lumbos reduxerunt.* Idem ibidem: Sinum *vero in dextrum humerum ab imo reiicere ſolutum ac delicatum.* Et ab hac poſtrema ſignificatione manarunt *Locutiones Prouerbiales* apud Ciceronem, Senecam, Tibullum, et alios, *in* Sinu *eſſe, gaudere, flere, odiſſe,* pro in occulto. *In* Sinu *habere,* Scaeuola Digeſtor. 31. l. 27. D. de Prob. *Quod omnem fortunam et ſubſtantiam, quam a Matre ſuſceperat, in* Sinu *meo habui,* id eſt, in fide et poteſtate mea. *In* Sinum *conuertere,* vel *conferre,* pro in rem ſuam. Lampridius in Commodo: *Praedam omnem in* Sinum *contulit.* Id. ibidem. *Qui etiam condemnationes in* Sinum *vertiſſe dicuntur.*

(mm) vel *Gremium*, eſt accinctae veſtis ſecretum; *Sinus* vero concauitas.

Qualis detur *Differentia Mathematica* inter *Gubernaculum* et *Remum*, tradit *Henricus Monantholius* in Commentar. ad *Ariſtolis Mechanic.* p. 76. his verbis: *Diſſimilitudo eſt* Gubernaculi *et* Remi *ex differenti loco, ad quem vtrumque nauim mouet. Vtrumque enim nauim mouet ad locum, qui contrarius eſt ei, ad quem Mare impulſum mouetur. Mouetur enim nauis ad centri, cui eſt annexa, motum. Centrum*

autem

autem in Remo *eſt ſcalmus*, *in* Gubernaculo *cardo*; *Mouetur hoc contra*, *quam depulſum Mare. Mare autem retrorſum recta a* Remo *depellitur*; *mouet igitur* Remus *recta antrorſum nauim. Contra Mare a* Gubernaculo *oblique impellitur*, *vel dextrorſum*, *vel ſiniſtrorſum. Mouet igitur oblique Nauim* (quod eſt intelligendum de *Puppi*, non de *Prora*, quae in partem, ad quam Mare mouetur,) ſiniſtrorſum, *ſi illud dextrorſum*, *vel* dextrorſum, *ſi illud ſiniſtrorſum*. H.

Guſtare et *Sapere* ita differunt, vt *Guſtare* ſit ſaporem recipere, *Sapere* vero ſaporem dare. Homo dicitur *Guſtare*; Cibus vero dicitur *Sapere*. Homo comedens *guſtat*, et cibus, qui comeditur, *ſapit*. H.

Gutta, vtpote liquoris particula minima, ſtat, ſeu, vt alii dicunt, manat, ſiue profluit e *Gutto*, ſeu *Gutturnio*, non *guttatim*, ſed riuatim; *Stilla* vero ex loco ſuperiore cadit. H.

H.

Habena impuberum fere poena erat. Minell. ad Horat. R.

Habere (nn) eſt rem detinere, ſiue iure Dominii, ſiue quo alio modo: *Tenere* (oo) eſt corpore poſſeſſioni inſiſtere, licet Ius poſſidendi non competat; *Poſſidere* pro Dominio vti. *Hoc* ſolius *Domini* eſt et *Liberi*, qui vtitur re ſua, et Iure poſſeſſionis fruitur. *Illa duo* cadunt etiam in *Seruum*, *Commodatarium*, vel *Vſufructuarium*. Cicero pro Flacco: *Hanc fiduciam commiſſam tibi* tenes *hodie ac* poſſides.

Digitized by Google

Liuius Lib. 34. *Quaeque procurator*, tenuerit *pro Domino* poſſederit Idem Lib. 36. *Quod ille bello captum* poſſideret haberetque. Florentinus Inſtitut. 8. l. 18. D. de Accept. *Quodue Tu meum* habes, tenes, poſſides. Vlpianus ad Edictum 49. l. 38. D. de Verb. Oblig. *Plane ſi* tenere *ſibi licere ſtipulatus ſit ſeruus, vtilem eſſe ſtipulationem conuenit. Licet enim* poſſidere *ciuiliter non poſſint;* tenere *tamen eos nemo dubitat.* Idem Lib. 69 l. 1. D. de vi arm. *Quod autem ait Praetor; Quaeque ibi* habuit; *ſi accipimus, vt omnes res contineantur non ſolum, quae propriae illius fuerunt, verum et ſi quae apud eum depoſitae ſunt, vel ei commodatae, vel pignoratae, quarumque vel vſum, vel vſumfructum, vel cuſtodiam* habuit; *vel ſi quae ei locatae ſunt. Cum enim dicit Praetor* Habuit, *omnia haec* Habendi *verbo continentur.*

(nn) HABERE etiam pro *Habitare* atque *Morari* apud *Ciceronem* atque *Liuium* poni, *Giſanius* loc. perſaepe cit. p. 105. teſtatur. Quid autem proprie ſit Habere honorem, et Habere honores, tradit Hadrianus Card. loc cit. p. 193.

(oo) TENERE a τείνειν, h. e. *tendere*, deriuatur. Ad *tenendum* enim aliquid neruos *tendi* eſt neceſſe. Ideoque TENERE idem eſt, quam *apprehenſum habere.*

Habere poteſt etiam fur et nequam: *Poſſidet* nemo, niſi qui rei relictae aut donatae, aut emtae dominus eſt. Ita in *habente* onus, in *poſſidente* ius eſt. Corn. Front. R.

Habitus intelligitur omnis corporis cultus ornatusque: vt *Habitus* militaris, religioſus, ſcenicus (pp); *Veſtitus* nomine ſola veſtimenta continen-

Digitized by Google

tinentur. Vnde *M. Cato* Orationes inſcripſit, vnam de *Habitu*, alteram de *Veſtitu.* Suetonius in Caligula: Veſtitu *calceatoque et caetero* habitu *neque patrio*, *neque Ciuili.* Idem in Nerone: *In illo ſuo ſcenico* habitu.

(pp) Denotat et *Habitus* roboratam in animo conſuetudinem; cum *proprie* ſit, quicquid quis habet proprium.

Hactenus ſemper ſignificat, ſeu indicat abſolutae rei continuationem; *Adhuc* interdum etiam non abſolutae. H.

Has manus huius dicimus; *Hanc manum* multos homines coniungentes. *Agraetius.*

Haſta, quod aſtans ſolet ferri. *Iaculum*, quod vt iaciatur, fit. *Tragula* a traiiciendo. Varro. R.

Hebeſcit (qq), quod natura obſtupeſcit; *Hebeteſcit*, quod amittit aciem. *Corn. Fronto.*

(qq) Conf. *Perotti* Cornucopiae Epigr. CXV. col. 1005.

Herbidum (rr) locum dicimus, in quo Herba eſt; etſi aridus eſſe conſueuerit; *Herboſum*, qui Herbam facile generat; etiamſi ad tempus aridus ſit. *Agraetius.*

(rr) Alias dicitur *Herbidum*, quod eſt ex HERBA; *Herboſus* autem locus dicitur *Herbis* abundans.

Here quamdiu; *Heri* (ss) quando. Ita enim quidam putant dici debere. Soſip.

(ss) quod idem eſt, ac *die praecedente.*

Heros, i. e. Vir illuſtris et diuinus, etiam de viuis: *Diuus* de mortuo dicitur. Sunt enim *Diui*,

ui, qui ex hominibus fiunt, non tamen antequam extremum vitae diem morte confecerint. Sic *Baſſianus Caracallus* de Fratre, quem occiderat: *Sit* Diuus, *dum non ſit* viuus. Quanquam creſcente indies adulatione multis *Imperatoribus* ROMANORVM adhuc viuis haec appellatio eſt tributa, v. g. *Diuus* RVDOLFVS, FERDINANDVS, LEOPOLDVS, etc. Leg. *Goclenius* loc. cit. p. 234.

Heus Aduerbium vocantis; *Heu* Reſpondentis (tt). *Agraet.*

(tt) Eſt et vox quoque *Dolentis.* (*Eu* laudantis. Agraet. Terent. Eu *Phormio*, id. Eu *noſter, laudo.*)

Hiare † (uu), eſt os diducere, vel tacitum tamen; *Hiſcere* eſt incipere loqui, autore *Diomede.* Vnde hoc conuenit *Homini* tantum; Illud etiam *Inanimis* (xx). Vt cum diffinduntur, aperiuntur *Ligna* ariditate, *Terra* aeſtu, *Flores* maturitate, tum dicuntur *Hiare.* Varro in Marcipore: *Video* hiantes, *non audio.* Salluſt. Lib. 2. Hiſtoriar. *Atque* hiauit *Humus multa vaſta et profunda.* Virgil. Lib. 3. *Aeneid.* *) v. 313.

- - - *Raris turbatus vocibus* hiſco.

Liuius Lib. 49. *Neminem* hiſcere *aduerſus ſe auſurum.*

† *Hiare* eſt aliquid ſua ſe ſponte vel externa aliqua vi aperire vel diſcindere, vt tellus aeſtu et ligna ariditate vel nimio labore *hiant.* *Hiſcere* eſt tantum oris, et quidem humani, accipiturque pro eo, quod eſt loqui, aut os aperire ad loquendum. Anton. in Virg. Georg. I. R.

(uu) eſt ore aperto eſſe, ſeu

(xx) Sic

Digitized by Google

(xx) Sic qui oſcitat, *biat.* Sed Flores, dum prorumpunt, *hiſcunt.*

Hiberna ſunt Loca, vbi Milites hiemem transigunt, velut in Vrbibus, Vicis. *Hibernacula* ſunt Tentoria ſcortea, ſub quibus hiberno tempore retinentur. Vnde *ſub Pellibus eſſe*, et *Hibernare* dicuntur. Salluſt. in Iugurtha: *Milites menſe Ianuario* ex hibernis *in expeditionem euocat.* Liuius Lib. 5. *Hibernacula etiam res noua militi Romano aedificari coepta.* Tacitus Lib. 5. Annal. *Contractus deinde omnis exercitus, ſub* Pellibus *habitus eſt ad reliqua Belli perpetranda.* Sed interdum *Hibernacula* eadem, quae *Hiberna* (yy). Salluſt. in Iugurtha. *Exercitu in* Hibernaculis *compoſito.* Liuius Lib. 54. *Deinde in* Hibernacula *Milites deduxit.* Tacitus in Annalib. *Legionum aliae itinere terreſtri in* Hibernacula *remiſſae.*

(zz) Vid. *Giſanii* Obſeruationes in L. L. p. 109.

Hirundo auis eſt, quae tignis adhaeret (zz); *Hirudo* (a), ſanguiſuga. *Agraetius.*

(zz) ſeu eſt Auicula *aeſtate* tectis haerens, *hyeme* recedens. De HIRVNDINE *domeſtica* agit *Conradus Geſnerus* Lib. III. *Hiſtor. Animal.* p. 528 ſeq. *Eas* autem diuerſas eſſe, tradit *idem* ibid. p. 543. ſqq. Vid. *Plinii* Lib. X. *Hiſt. Nat.* Cap. XXIV. p 176 et *Notae Marginal. noſtrae* ad THEOPHILI PISTORII Ornithogamiel. v. CCV. p. 26. Edition. *Dreſdenſ.*

(a) eſt Vermis aquaticus, haerens *cuti* et hauriens ſanguinem. Inde et dicta)

Hiſpanos (b) cum dicimus, nomen Nationis oſtendimus; cum autem *Hiſpanienſes*, cognomen eorum,

eorum, qui Prouinciam *Hiſpaniam* incolunt, etſi non ſint H*iſpani.* Fl. Soſip.

(b) adde et *Hiſpanicus, a, um.* Vt *Hiſpanicum* Bellum, h. e. in *Hiſpania* geſtum; *Hiſpanicus* Gladius, i. e. in *Hiſpania* factus; Exercitus *Hiſpanicus*, qui conſtat ex *Hiſpanis.* Conf. *Giſanii* Obſeruat. L. L. p. 109.

Hiſtoria eſt eorum temporum, quae vidimus, vel videre potuimus, dicta ἀπὸ τῦ ἱϛορεῖν, a videndo (c); *Annales* † ſunt eorum annorum et temporum, quae aetas noſtra non nouit. Vnde Liuius: *Ex* Annalibus *et* Hiſtoriis *conſtat.* Seruius.

(c) De *Huius* Studio, *eiusque* Scriptoribus veteribus vid. *Pauli Hachenbergi* Viri, cum viueret, ſolide eruditi, *Germania Media* Diſſert VI. §. 205. ſqq.

† *Annales* ſecundum annos ſunt congeſti, vt Taciti et Dionis Caſſii hiſtoria. *Hiſtoria* autem eſt generalius. *Hiſtoria* orationes habet, affectus commouet, *Annales* non ita. vid Gell. Schoettgen. R.

Hiſtrio eſt, qui perſonatus in Scena Fabulas agit voce geſtuque (d). Vnde idem ACTOR dicitur, et LVDIO, vel LVDIVS, et CANTOR, *Mimus* vero eſt, qui hominum Mores et Dicta Factaque geſticulationibus imitatur (e), a quo *Pantomimus* omnium Perſonarum, et *Archimimus* Perſonae principis dignioriſque effector. Nam e μιμεῖσθαι, quod eſt *imitari*, MIMVS dicitur. Suetonius in Veſpaſiano: Archimimus *perſonam eius ferens imitansque, vt eſt mos, facta ac dicta viui.* Arnobius Lib. 2. *Quid* Pantomimos, *quid* Mimulos, Hiſtriones, Cantores *tuba, tibia,*

tibia, calamoque ſlatantes? Idem Lib. 4. *Quid* Pantomimi *veſtri*, *quid* Hiſtriones, *quid illa* Mimorum *atque exoletorum multitudo?* Sed haec Vocabula aliquando confunduntur, vt quos Tacitus Lib. 13. vocat *Hiſtriones*, eosdem *Pantomimos* Suetonius in *Nerone*.

(d) ſeu qui alicuius perſonae actiones hiſtorice, i. e. ad oculum repraeſentat. *Comenius*.

(e) *Germanis* dictus ein Nach-Aff, Poſſen-Treiber.

Homonymia vna voce multa Vocabula deſignat (f); *Synonymia* multis vocibus idem teſtatur. *Corn.* *Front.*

(f) *Latine* dicitur AEQVIVOCVM ab *aeque* et *vocando*, quia v. g. iſto nomine CANCER aeque *Signum Zodiaci* et *Carcinoma* vocatur, atque *Piſcis*. Ita vox CANIS *Homonymia* eſt, ab *aeque vocando* multas et diuerſas res iuxta verſum:

Latrat in orbe CANIS, *nat in* aequore, *fulget in* aſtris.

Haec *Ioannes Herbinius*, in Claue *ad facilitatem et vſum Logicae* Lect. IV. p. 19.

Honeſtum ad formam (g); *Liberale* ad vultum refertur. *Donatus*.

(g) Vnde Ciceroni *honeſtus EQVES* idem eſt, ac *probe ornatus ac ſplendide veſtitus* EQVES.

Honos † appellatur adminiſtratio Reipublice cum *Dignitatis gradu*, eaque vel cum ſumtu, vel ſine erogatione contingens (h); *Munus* autem quod cum ſumtu, ſine *Dignitate* in Republica ſubimus. Itaque Honorem gerens non poteſt cogi, *Munus* aliquod titulo Dignitatis inſtitutum adminiſtrare;

at

Digitized by Google

eorum, qui Prouinciam *Hiſpaniam* incolunt, etſi non ſint *Hiſpani*. Fl. Soſip.

(b) adde et *Hiſpanicus, a, um*. Vt *Hiſpanicum* Bellum, h. e. in *Hiſpania* geſtum; *Hiſpanicus* Gladius, i. e. in *Hiſpania* factus; Exercitus *Hiſpanicus*, qui conſtat ex *Hiſpanis*. Conf. *Giſanii* Obſeruat. L. L. p. 109.

Hiſtoria eſt eorum temporum, quae vidimus, vel videre potuimus, dicta ἀπὸ τȢ ἱϛορεῖν, a videndo (c); *Annales* † ſunt eorum annorum et temporum, quae aetas noſtra non nouit. Vnde Liuius: *Ex* Annalibus *et* Hiſtoriis *conſtat*. Seruius.

(c) De *Huius* Studio, *eiusque* Scriptoribus veteribus vid. *Pauli Hachenbergi* Viri, cum viueret, ſolide eruditi, *Germania Media* Diſſert VI. §. 205. ſqq.

† *Annales* ſecundum annos ſunt congeſti, vt Taciti et Dionis Caſſii hiſtoria. *Hiſtoria* autem eſt generalius. *Hiſtoria* orationes habet, affectus commouet, *Annales* non ita. vid Gell. Schoettgen. R.

Hiſtrio eſt, qui perſonatus in Scena Fabulas agit voce geſtuque (d). Vnde idem ACTOR dicitur, et LVDIO, vel LVDIVS, et CANTOR, *Mimus* vero eſt, qui hominum Mores et Dicta Factaque geſticulationibus imitatur (e), a quo *Pantomimus* omnium Perſonarum, et *Archimimus* Perſonae principis digniorisque effector. Nam e μιμεῖσθαι, quod eſt *imitari*, MIMVS dicitur. Suetonius in Veſpaſiano: Archimimus *perſonam eius ferens imitansque, vt eſt mos, facta ac dicta viui*. Arnobius Lib. 2. *Quid* Pantomimos, *quid* Mimulos, Hiſtriones, Cantores *tuba*,

tibia,

tibia, calamoque ſlatantes? Idem Lib. 4. *Quid* Pantomimi *veſtri*, *quid* Hiſtriones, *quid illa* Mimorum *atque exoletorum multitudo?* Sed haec Vocabula aliquando confunduntur, vt quos Tacitus Lib. 13. vocat *Hiſtriones*, eosdem *Pantomimos* Suetonius in *Nerone*.

(d) ſeu qui alicuius perſonae actiones hiſtorice, i. e. ad oculum repraeſentat. *Comenius*.

(e) *Germanis* dictus ein Nach-Aff, Poſſen-Treiber.

Homonymia vna voce multa Vocabula deſignat (f); *Synonymia* multis vocibus idem teſtatur. *Corn. Front.*

(f) *Latine* dicitur AEQVIVOCVM ab *aeque* et *vocando*, quia v. g. iſto nomine CANCER aeque *Signum Zodiaci* et *Carcinoma* vocatur, atque *Piſcis*. Ita vox CANIS *Homonymia* eſt, ab *aeque vocando* multas et diuerſas res iuxta verſum:

Latrat in orbe CANIS, *nat in* aequore, *fulget in* aſtris.

Haec *Ioannes Herbinius*, in Claue *ad facilitatem et vſum Logicae* Lect. IV. p. 19.

Honeſtum ad formam (g); *Liberale* ad vultum refertur. *Donatus*.

(g) Vnde Ciceroni *honeſtus EQVES* idem eſt, ac *probe ornatus ac ſplendide veſtitus* EQVES.

Honos † appellatur adminiſtratio Reipublice cum *Dignitatis gradu*, eaque vel cum ſumtu, vel ſine erogatione contingens (h); *Munus* autem quod cum ſumtu, ſine *Dignitate* in Republica ſubimus. Itaque Honorem gerens non poteſt cogi, *Munus* aliquod titulo Dignitatis inſtitutum adminiſtrare; at

Digitized by Google

at Munus ſuſtinenti *Honor* deferri poteſt, vt *Iuriſconſulti* tradiderunt. Vlpianus Diſputationum 1. L. 7. D. de Decur. *Etſi maiores annis ſeptuaginta ſint*, Munera *quidem* ciuilia obire *non coguntur*; Honores *autem* gerere *debent*. Paulus Lib. 1. Sententiar. Honores *et* munera *non ordinatis omnibus, ſed potioribus quibusque iniungenda ſunt*.

† *Honor* dignitatis conſummatio, vel priuatim vel publice: *laus* ſecunda exiſtimatio recte factorum. Corn. Front. R.

(b) Aliquando *Principatum*, *Terrasque in Feudum acceptas*, et ſic *ipſum Magiſtratum*, denotat. Vnde *Honorem gerere* eſt Magiſtratum gerere. Leg. *Scipionis Gentilis* Liber ſingular. *Orig.* ad *Pandect* p. 213 et *Reineſii* Lib. III. *Var. Lect.* Cap. 1. p 313 *Giſanius* loc. perſaepe alleg. p. 110 ſeqq. dicit; HONOREM pro *Honorario*, *Munere* atque *Stipendio* quoque ſumi Qualis autem detur Differentia inter ONVS et HONOREM, tradit *Ioannes Girardus* Epigramm. Legali XLVIII. p. 69. his verbis:

Publica (*ſi conſtat ſibi res*) *incommoda ſecum,*
Priuatae multum commoditatis habent.
Te quoties onero, *toties te ſemper* honoro:
Quid? *quod* Onus *Bitas*, *te quoque Bitat* Honor.

Horrendus eſt teter et abominandus in rebus *profanis*; in *ſacris* venerandus, vt Virgil. Lib. 3. *Aeneid.* *) v. 677. *Concilium* horrendum, et Lib. 6. *) v. 10.

- - Horrendaeque *procul ſecreta* SIBYLLAE.

Horridus vero eſt incultus, aut durus, et rigidus, Idem Lib. 4. Aeneid. *) v. 251.

- - - *Et glacie riget* horrida *barba* †.

Varro

Varro in Sequiulyſſe: *Tum equum mordacem, calcitronem,* horridus *miles ac vir non vitabat.* Similiter *Horridula* Carmina, et *Horridulae* Orationes apud *Ciceronem*. *Horrendum* aliquando admirandum: *Horridum* deſpicabile aliquid appellamus. Virgil.(i)

- - - *Oculos* horrenda *in virgine fixit.*

Agraetius.

† *horridum* plerumque extans et prominens, vt in addito verſu. R.

(i) Haec verba apud *Virgilium* fruſtra quaeruntur. Sed Lib. XII, *Aeneid* v. 70. ſic canit:

Illum turbat amor, figitque in virgine vultus.

Horret corpus, *Trepidat* cum motu animi. *Corn. Fronto.*

Hoſpes eſt, qui recipit et qui recipitur. Agraet. *Hoſpes* amicos gratis, *Caupo* omnes mercede accipit. Cic. lib. I. Diuin. Cum duo quidam Arcades familiares iter vna facerent et Megaram veniſſent, alterum ad *Cauponem* deuertiſſe, ad *Hoſpitem* alterum. Paraeus. R.

Hoſpitium et *Diuerſorium* peregrini eſt et ad tempus; *Familiaritas* quotidianam requirit conſuetudinem; *Taberna*, ſeu *Caupona* pretio recipit. Goclen. H.

Hoſtia † dicitur de paruis Animalibus, vt Ouibus et Volucribus: *Victima* de magnis, vt Tauris (k). Plautus in Pſeudolo:

Nolo victimas, *agninis med' extis placari volo.*

Virgil. L. 2. Georg. *) v. 146.

Digitized by Google

Hinc albi, CLITVMNE, *greges*, *et maxima Taurus*,
Victima. - - - - -

Arnobius Lib 7. Hoſtias *caedat et* Victimas, Idem ibidem: *Quoniam volucres* Hoſtiarum *quoque in numero ponitis*. Gellius ita diſtinguit, vt *Hoſtia* a quolibet; *Victima* eius, qui vicerit, manibus debeat immolari. *Iſidorus* vero: *Hoſtia* eſt, inquit, quae ante *Praelium* commiſſum; *Victima*, quae poſt *Victoriam* immolatur. Quam Differentiam refellit Etymon *Hoſtiae* quod tradit Ouidius Lib. 1. Faſtor.

Hoſtibus a domitis Hoſtia *nomen habet*.

† *Hoſtia* dicta, quod Dii per eam hoſtiantur, i. e. aequi ac propitii reddantur. Seru. in II. Aen. Virg. *Sacrificium* nominabatur, quoniam animal omne in ſe impurum mola ſalſa acceptum fiebat Diis. R.

(k) Eruditus *Hachenbergius* loc. ad Not. proxime praecedentem (c) alleg. ſcribit, *ipſas* Victimas *apud pleroſque olim commodaſſe* humanum Sanguinem, *effuſum ante* DEORVM *Aras et diro carmine deuotum*: *introducta immani illa ac barbara* Scytharum *conſuetudine*, *qui* DEOS *immortales hominum ſcelere ac ſanguine poſſe placari arbitrabantur*.

Hoſtia eſt Ducis, cum ad Hoſtem proficiſcitur; *Victima* cum venit; *Holocauſtum* igne conſumitur; *Sacrificium* eſt generale. H.

Hoſtis eſt publicus, *Inimicus* vero priuatus. Goclen. R.

Huiuſce et *Huiusque* diuerſa eſſe tradit Victorinus in Libro de Orthographia his verbis: HVIVSCE *et* HVIVSQVE *recte ſcribuntur*, *ſed ſuo loco vtraque*. *Nam ab hocce et haece fit* Huiuſce: Huiuſque

autem

Digitized by Google

autem aliud ſignificat, id eſt, *vniuscuiusque* (l) Ego poſterioris ſignificationis exemplum apud idoneos Autores nondum inueni; et credo ita differre ſola ſcriptura propter affinitatem litterarum C. et Q de qua diximus Lib. I. de *Vſu antiquae Locutionis*. Itaque eadem eſt Fortuna *huiusce diei* et *huiusque diei* apud *Ciceronem*, *Plinium et alios*.

(l) Conf. *Briſſonii* Liber I. de *Formulis* pag. 52.

Humatus intelligitur humo conte&us (m); *Sepultus* (n) quoquo modo conditus, vt qui in *Sarcophago*, *Hypogaeo*, vel *Pyramide* ſitus eſt. Cicero Lib. I. Tuſculanar. *Cuius hoc edicto admoneor, vt aliquid etiam de* Humatione *et* Sepultura *dicendum exiſtimem*. Idem Lib. 2. de Legibus: *Quod nunc communiter in omnibus* ſepultis *ponitur, vt* humati *dicantur, id erat proprium tum de his, quos humus iniecta contegeret*. Vetus Inſcriptio: INFERENDI IN AREA HVMANDI SEPELIENDIQVE IVS POTESTASQVE ESTO.

(m) Sic *Inhumatus* eſt inſepultus; *Exhumatus* vero e *ſepultura* extractus.

(n) De *huius Vocabuli* originatione vid. Perottus loc. cit. Epigr. XXX. col. 831. lin. 51. ſeqq.

Humanitas et *Litterae* ſaepe coniunguntur, ſed tum Humanitas ſignificat Doctrinam politiorem elegantioremque (o); *Litterae* Scientiam communium et variarum Artium. Varro Lib. I. de Re Ruſt. *Qui ſint* Litteris, *aliqua* Humanitate *imbuti*. Cicero Orat. 4. in Verrem: *Tu ſine vlla bona* Arte, *ſine* Humanitate, *ſine* Ingenio, *ſine* Litteris *intelligis*

et iudicas: Item pro Archia; *Patiamini de ſtudiis* Humanitatis *ac* Litterarum *paulo loqui liberius.* Idem Lib. 2. de Oratore: *Homini non hebeti, neque inexercitato, neque communium* Litterarum *et politioris* Humanitatis *experti.* Et ad Tironem: *Excita ex ſomno tuas* Litteras, Humanitatem*que.*

(o) Vid. *Schardii* Lexicon Iuridic. p. 424. ſeq.

Humaniter ſignificat φιλανθρώπος; *Humane* autem ἀνθρωπίνως (p).

(p) Quibus addendum *Humanitus*, quod idem eſt, ac *humano more.*

Humidum eſt, quod extrinſecus (* ſeu exterius) habet aliquid humoris; *Madidum* vero ac *Vuidum*, quod *intrinſecus*, vnde VVAE dicuntur, vt tradit *Seruius*, cui non aſſentior. *Humidum* (q) enim *proprie* eſt, quod in *profundo* continet humiditatem, vt Terra; *Vuidum* eſt, quod in *ſuperficie* tantum, vt Lapides in flumen deiecti, Veſtes rore, aut fluctibus aſperſae, quas *Vueſcere* dixit *Lucret.* Lib. I. (*) v. 306. et 307. his verbis:

Denique fluctifrago ſuſpenſae in littore veſtes.
Vueſcunt, *eaedem candenti ſolo ſereſcunt.*

Virgilius *) Eclog. X. v. 20.

Vuidus *hiberna venit de glande* MENALCAS.

Illud GRAECIS eſt ὑγρὸν, *Hoc* διερὸν, vt *Ariſtoteles* diſſerit Lib. 2. de *Ortu* et *Interitu.*

(q) Quemadmodum a SVCCIDVS quod eſt, *ſucculentus*, ſeu *ſucciplenus*, bonae Notae Verbum *Succidare* deſcendit; ſic ab HVMIDVS *Humidare*, et quidem annotante litteratiſſimo *Reineſio* Lib. II. *Var. Lect.* Cap. VIII. p. 196. qui

Digitized by Google

qui et Lib. III Cap. XIIX. p. 675. dicit, *Humidare* Verbum apud *Gariop.* Lib. V. Cap. XXXIII. etiam extare.

Humidum eſt, quod humorem habet; *Humectum*, quod humorem inducit. Pacuuius:

Terra exhalat auroram humidam, humectam.

Hunc et *Iſtum* in proximo notant; *Illum* oſtendit quidem longe ſtantem, ſed in conſpectu; *Eum* abſentem refert (r). *Corn. Fronto.*

(r) Alias HVNC ponimus, quando de *prima*; ILLVM, quando de *ſecunda*, et ISTVM, quando de tertia Perſona eſt inprimis ſermo.

Hypotheca proprie dicitur de re Solo inhaerente; quae ſine traditione nuda conuentione tenetur, *Pignus* vero de re mobili, cuius poſſeſſio tradita eſt Creditori, vsque dum quid praeſtetur, vel fiat a Debitore, vt ſcribunt Iurisconſulti l. 9. §. 2. D. de Pign. Act. l. 238. Inſt. de Act. §. 7. D. de Verb. Sign. Quae tamen Differentia et Proprietas raro (s) obſeruatur, et *Pignus* de re immobili dicitur. Terent. in Phormione (t):

Ager oppoſitus eſt pignori ob decem minas,
Aedicula (u) *item ob decem alias.*

Tacitus Lib. 3. Hiſtoriar. *Domo agrisque* pignori *acceptis.* Vlpianus ad Edictum 25. l. 2. D. de Relig. *Is, qui* pignori *dedit agrum, ſi in eum ſuum mortuum intulerit, religioſum eum facit.* Papinianus Reſponſor. 2. l. 1. D. de Pign. *Cum Praedium* pignori *daretur, nominatim, vt fructus quoque* pignori *eſſent, conuenit.* Quin etiam ipſi Iurisconſulti, cum

 ad

Digitized by Google

ad naturam *Actionum* reſpiciunt, his duobus nominibus promiſcue vtuntur pro qualicunque re, de qua inter *Creditorem* et *Debitorem* conuenit, vt ſit pro *Debito* obligata. Vnde Marcianus libro ſingulari ad Formulam Hypothecariam l. 6. D. de Pign. *Inter* PIGNVS *inquit*, *et* HYPOTHECAM *tantum nominis ſonus differt; videlicet quantum ad actionem* hypothecariam *attinet, nihil intereſt praeter ſonum, et originem, qua alterum* Latinum *nomen eſt, alterum* Graecum *ab* ὑποθέσθαι.

(s) Vid. *Iohann. Arnoldi Coruini* Poſthumus Pacianus Lib. IV. *Definit* 2. p. 111. et 112. Edition. IIdae.

(t) Act. IV. Scen. III. v. 56. 57 et 58.

(u) Editio *P. Anteſignani Rapiſtagenſis*, quae *Lugduni* apud *Matthiam Bonhomme* Anno ſuper. Sec. LVI. in 8v. mai. prodiit, pro AEDICVLA, minime incommode legit *Aediculae*.

AVSO-

Digitized by Google

AVSONII POPMAE
DE DIFFERENTIIS VERBORVM
LIBER TERTIVS.

Iacimus tela; *Obiicimus* crimina. Goclen. H.

Iactamur mari; *Fatigamur* in terris. H.

Ianua eſt in ingreſſu Aedium, dicta, quia *IANO* conſecratum erat omne principium; *Oſtium* eſt in partibus interioribus † (x). Plautus in Perſa: *Ego volo ante* Oſtium, *et* Ianuam. Sed haec fere confunduntur, ſicut eadem ſunt *Ianitor* et *Oſtiarius*. *Fores* proprie dicuntur, quae ſunt in primo Aedium ingreſſu, dictae ab eo, quod foras ſpectent ††; *Valuae* autem ſunt fores duplices, complicabilesque, quae, vt ait *Varro*, reuoluuntur, et ſe velant. Sed in communi Sermonis vſu generaliter dicuntur omnia Oſtia *Fores* et Valuae, nec refert, quo parte Aedium collocatae, *ſimplices*, an *geminae* ſint. *Seru.*

† Caetera inter Ianuam *oſtia* vocantur generaliter, ſiue valuae ſunt, ſiue fores. R.

(x) Siue eſt pars Ianuae, qua patet *introitus* et *exitus*, quaſi *os aedium* dictum.

†† quae foris aperiuntur, ſicut apud veteres fuit. R.

Ieiunium dies eſt, *Ieiunitas* cibi abſtinentia. Corn. Front. R.

Igitur ſententias coniungit et continuat; *Nunc* tempus praeſens indicat. H.

Ignarus eſt, qui ignorat (y); *Immemor*, qui oblitus eſt. *Seru.*

(y) Contra *Gnarus* rem nouit. *Gnaritas* autem rerum *Ignorantiae* ideo eſt praeferenda, ne nos *Ignoratio* in peccata praecipitet. *Comenius.*

Ignauia eſt tarditas in exſequendis negotiis (z); *Pigritia* (aa) in aggrediendis; *Inertia* eſt agendi Inſcientia, quam parit *Ignauia.* Itaque *Ignauus* nihil efficit; *Piger* otioſus deſidet, et nihil molitur; *Iners* imperite agit. Cicero Lib. I. Officior. *Ne aut ira exiſtat, aut Cupiditas aliqua, aut* Pigritia, *aut* Ignauia, *aut tale quid appareat.* Idem ibidem: *Nec propter* Pigritiam, *aut* Ignauiam *deſerent.* Idem Cornificio. *Nec tua* Ignauia *etiam* Inertiam *adferat.*

(z) Sic *Ignauus* nihil efficit; cum contra *Gnauus* in negotiis ſemper eſt ſtrenuus. Quoniam itaque *Gnauitas* ad omnia prodeſt, merito *Ignauia*, monente *Comenio*, fugienda.

(aa) ſeu *Pigredo*, ſiue *Pigritudo*, vtpote quibus vocibus Veteres promiſcue ſunt vſi,

Ignominia imponitur ab eo, qui poteſt *animaduerſiones* (bb) notare. *Infamia* ex multorum ſermone naſcitur (cc). *Corn. Fronto.*

(bb) (ſeu *labe* ac *macula* huius, vel *illius nominis.*)

(cc) Pertinet autem *infamia* ad famoſas tantum et turpes actiones, quae ex *contractu*, vel ex *delicto* oriuntur, ſicuti tradit *Ludovell.* Commentar. ad Lib. IV. *Inſtitution.* Tit. XVI. §. 2. p. 651. et eſt bonae Famae prorſus contraria, quoniam pro omni *turpitudinis dedecorisque* genere etiam

Digitized by Google

ſam ponitur, et perſaepe ad ipſam *Perſonam* refertur. Leg. *Doleti* Phraſes, ſeu Formul. L. L. fol. 76. fac. b. col. 1. *Ignominiam* autem minus eſſe quam *Infamiam*, inde patet, quoniam *Ignominioſi* non ſunt *Infames*, vt *Infamium* ac *Damnatorum* poenis teneantur, quemadmodum paſſim *ICti* atque *Politici* teſtantur.

Ignoratio et *Ignorantia* hoc differunt, quod *Ignoratio* eſt rei, quae neſcitur, nec ſciri poteſt, niſi prodatur (dd); *Ignorantia* autem eſt rei, quae ſciri poteſt, aut debet, ſed errore hominum, aut negligentia ignoratur. Cicero in Laelio: *Vt in fabulis, qui aliquandiu propter* ignorationem *ſtirpis et generis in famulatu fuerint.* Aliquando tamen *Ignorantia* ſumitur pro *Ignoratione.* Cicero pro Flacco: *Vbi Adoleſcentes nihil poſſent diſcere, niſi* ignorantiam *Litterarum.* Idem Caelio: *Non negligentia mea*, *ſed* ignorantia *rerum omnium.* Lucretius Lib. 1.

- - Ignorantia *cauſarum conferre Deorum.*
Cogit ad imperium res. - - -

(dd) Sed *Ignoratio ſui* eſt, cum quis ſe effert, et ſuperbe gerit, cum tamen ſit humilis et infimi loci. *Cicero* pro *Cluentio* de *ſuperbo quodam Tribuno plebis* ſic ſcribit: QVINCTIO *quod erat odium Di immortales? Quae ſuperbia, quanta* ignoratio, *quam grauis atque intolerabilis* ignorantia?

Ignorare eſt non ſatis cognitum, vt exploratum habere (ee); *Neſcire* omnino non ſcire. Alterum eſt *Imprudentis*, aut *Negligentis*, alterum *Inſcientis* et *Imperiti.* Arnobius Lib. 2. *Hoc ipſum* ignorans *et* neſciens. Ibidem: *Confitemur nos* ignorare, neſcire, *et*; *Quid ergo? nos ſoli* ignoramus

ramus, neſcimus. Suetonius in Claudio: *Impunitates, ſupplicia largitus eſt, et quidem inſcius plerumque et* ignarus.

(ee) Conf. *Schardii* Lexicon Iuridic. p. 430. col. b.

Ignoſcit, qui diſſimulat ſe noſſe, quod comperit, et ita ſilentio peccata impunita dimittit (ff); *Concedit*, qui omnia peccata condonat. *Corn. Fronto.*

(ff) *Omnibus* autem *ignoſcere*, hoc eſt, quae punienda iudicantur, non punire et *nulli ignoſcere*, aeque crudele *Seneca* cenſet Lib. 1. de Clementia Cap. 2. p. m. 330.

Illex et *Illix* (gg) hoc differre volunt, quod *Illex* ſit, a quo Lex non ſeruatur; *Illix*, qui inlicit et invitat † (hh): in quo ſane illis adſentior. Nam ab *inliciendo* dicitur promiſcue *Illix* et *Illex*, vt *Pellex* a *pelliciendo*. Varro Lib. 4. de Lingua Lat. *Hoc ipſum* INDICIVM *ſcriptum inueni in* M. Iunii *Commentariis*, *quod tamen ibi idem eſt, quod illiciti* Illex, quia I. cum E. et C. cum X. *magnam habet communitatem.* Plautus in Aſinaria: *Lectus* illex *eſt.* Idem in Poenulo; *Qui illi tantae rei ante fuimus* illices.

(gg) (Proprie Auem alios *alicentem* denotans)

† *Illex*, producta ſequenti ſyllaba ſignificat, qui legi non paret, qui legem putat tenere ſe nullam. *Illex* correpta ſequente ſyllaba ſignificat inductionem ab illiciendo. R.

(hh) Unde *Illicere* et *Illectare* et ineſcare, ſeu aliquem in aliquid blanditiis trahere. Eſt autem res plena periculis ſpecioſis *illectamentis illici*, et vanis *oblectamentis oblectari*, et quidem *Comenio* ſic monente. Ponitur et *illicere*

pro

Digitized by Google

pro perſuadere, vel in ſententiam aliquem attrahere, quemadmodum ILLEX pro *Suaſore*.

Illius ſimilis ad Mores refertur; *Illi ſimilis* ad Vultum (ii). *Clarus.*

(ii) HOC ad *Formam externam*; ILLVD ad *Qualitatem* ſpectat.

Imago et *Idolum Theologice* ſic differunt, vt *illa* ad ornamentum, vel ad res geſtas monſtrandas fiat; *hoc* autem nunquam, niſi ad miſerorum animas ſacrilego ritu et varia ſuperſtitione illiciendas, ſicuti tradit celeberrimus Theologus *Henricus Hoepffnerus* Sect. III *Saxoniae Euangelicae* Cap. VII. p. 441. *Hoc* ad *ſeipſum* dicitur; *illa* vero ad *aliquid*. Ideoque dicitur alicuius rei, ſiue ſit animatae, ſiue inanimatae, *Exemplum*, ſeu *Exemplar*, ſiue *Repraeſentatio*. Conf. *Doletus* loc. nuper ad Not. CC. alleg. fol. 74. fac. a. col. 1. *Proprie* autem inter *Exemplum* atque *Imaginem* haec datur Differentia, quod *Exemplum* ponatur, vt aliquid fiat, *Imago* autem nullum talem finem habet; ſed vt duae res ſub vna atque aequali intellectione comprehendantur propter aſſimilationem, quae dicitur ὁμοίωσις Vid. *Scaligeri* Lib. III. *Poët.* Cap. XLIX. p. 292. H.

Illuuies Sordium eſt; *Ingluuies* ventris. ILLVD quidem a *lauando*; HOC ab *inglutiendo* dictum. *Agraetius.*

Imbutus litteris idem eſt, qui non plane eſt doctrina perfuſus, nec perfectus litteris, ſed qui ſolum litterator eſt. *Imbuere* enim eſt proprie

ali-

Digitized by Google

aliquid inficere primo ſucco aut leui colore. Minellius ad Horat. R.

Immiſſum dicitur, quòd ita fit, vt aliquo loco requieſcat, veluti *Tigna*, *Trabes*, quae immittuntur in parietes; L. 242. D. de Verb. Sign. *Proiectum* eſt, quod proueſtum extra parietem, vel aedificium nusquam quieſcit, qualia *Meniana* et *Suggrundia* ſunt, autore *Labeone*: Cuius Differentiae exempla ſuppeditant Libri *Iurisconſultorum*.

Imitatio ſimplex eſt, et *Liuorem* atque *Inuidiam* non admittit; *Aemulatio* autem habet quidem *imitandi* ſtudium, ſed cum *Malitiae* operatione (kk). Cic. in Caeſar. *Quaſi quodam* aemulo *atque* imitatore *ſtudiorum et laborum meorum et comite abſtracto*. Nonius.

(kk) Ideoque recte dicitur *Aemulus*, qui ductus *inuidia* alterius opus *imitari*, aut *ſuperare* conatur. *Comen.*

Immolare et *Mactare* hoc differunt, quod IMMOLARE *proprie* eſt victimas mola ſalſa tactas ante Aram ſtatuere; MACTARE vero eſt victimas caedere, et inde porrigere, ſiue offerre (ll); Varro lib. 2. de Vita Populi Rom. MACTARE *Verbum eſt* ſacrorum κατ' ἐυφημισμὸν *dictum*, *quaſi* magis augere, *vt* Adolere. *Vnde et* Magmentum, *quaſi* maius Augmentum. *Nam hoſtiae tanguntur mola ſalſa, et tum* immolatae *dicuntur*; *cum vero ictae ſunt, et aliquid ex illis in* Aram *datum eſt*, mactatae *dicuntur*, *per laudationem itemque boni ominis ſignificationem*; *et cum illis mola ſalſa imponitur*, *dicitur* macte eſto.

(ll) ſeu

Digitized by Google

(ll) ſeu Pecudes ad cibum occidere. Leg. Perotti Cornucopiae *Epigr* I. col. 138. lin. 27. ſeqq.

Imperare eſt onus imponere, vt apud Salluſtium: Imperauit *frumentum*, *et alia*, *quae bello vſui forent* (mm). *Iubere* eſt velle aliquid neceſſario fieri, quod ad dignitatem et vtilitatem alterius pertineat, vt, *Regem Populus* iuſſit, et: *bellum ex autoritate patrum Populus* iuſſit. Liuius. *Mandare* (nn) vero eſt gerendum, pronunciandumue aliquid alteri committere. Vnde *Mandata* appellantur Praecepta Principum, quae *Praeſidibus* in Prouincias proficiſcentibus dabantur, vt quod illis cautum eſſet et ipſi Prouinciales obſeruarent. Hoc amplius. *Imperamus* non aliis modo, ſed etiam nobismet ipſis; *Iubemus* tantum his, qui in noſtra ſunt poteſtate; *Mandamus* quibuslibet. Terent. in Eunucho: Imperaui *egomet mihi omnia adſentari.* Idem ibidem (oo): Iubeo, *rogo*, *atque* impero. Coelius Ciceroni: *In hoc negotio nulla tua*, *niſi loquendi*, *cura eſt*, *hoc eſt*, imperandi *et* mandandi.

(mm) Denotat quoque *Imperare* ex autoritate aliquid iniungere. Sic, ſcribente *Comenio*, IMPERATOR *imperat* Exercitui, *imperatorio* iure edicens *Imperia*; ROMANVS autem *Imperator* ad *Imperium* electione promotus *imperiali* Maieſtate eminet.

(nn) qſ. *in manum* dare et cum *mandato* mittere.

(oo) Act. II. Scen. III. v. 97.

Imperium eſt ciuilis quaedam *Magiſtratus* autoritas, quae in prehendendo et animaduertendo conſiſtit; *Poteſtas* eſt minor *Magiſtratus* coërcitio (pp). Itaque DICTATOR, CONSVLES et PRAETORES, qui vocare, prehendere, tenere, abducere

re poterant, *Imperium* ſimul et *Poteſtatem* habebant; TRIBVNI vero PLEBIS, AEDILES CVRVLES et QVAESTORES *Poteſtatem* tantum, quia alteri prehenſionem ſolam, alteri neque prehenſionem, neque vocationem habebant †. Praeterea IMPERIVM aliquando *bellicum* eſt et *militare*, quo Imperatori Exercitum habendi et Belli gerendi facultas datur; POTESTAS ſemper eſt ciuilis. Vnde, *cum Imperio eſſe* dicebatur Dux, qui *imperabat* Exercitui. *Cum Poteſtate eſſe* Magiſtratus, qui *Iurisdictionem* habebat, aut *ciuili* aliquo *munere* fungebatur (qq). Cicero pro Fonteio: *In Honoribus petendis, in* Poteſtatibus, *in* Imperiis *gerendis.* Idem Lib. I. Epiſtolar. ad Q. Fratrem: *Quare cum iſtis in vrbibus cum ſummo* Imperio *ac* Poteſtate *verſeris.* Vlpianus de Officio Proconſulis 7. l. 1. D. ad l. Iul. m. *Magiſtratus Populi Romani, quiue* Imperium Poteſtatemue *habet.* Idem Inſtit. I. l. I. D. Conſt: Princ. *Populus ei et in eum omne ſuum* Imperium *et* Poteſtatem *conferat.*

(pp) *Generaliter* pro *agendi Libertate* haud inique ponitur.

† *Cum imperio* eſſe dicebatur apud antiquos, cui nominatim a populo dabatur imperium: *cum poteſtate* eſſe dicebatur de eo, qui a populo alicui negotio praeficiebatur. Feſt. *Poteſtates* omnes magiſtratus in genere, qui auſpiciis vel maioribus vel minoribus creabantur. Gell. Lib 13. c. 15. *Dominium* eſt ius vtendi, abutendi re, et excludendi alios. *Imperium* eſt in perſonas, *dominium* in res. *Imperium* eſt mandantis, *dominium* poſſidentis. R.

(qq) Conf. *Doleti* Phraſes, ſeu Formul. eleg. fol. 74. fac. b. col. 2. vbi et fol. 131 fac. b. col. 1. extat: *In poteſtate eſſe*, quod non *Actiue*, ſed *Paſſiue* capiendum eſſe arbitror. Nam

Nam ea dicuntur eſſe IN POTESTATE NOSTRA, quae *in Poteſtatem noſtram* venerunt. Sed dicimur *in Poteſtate eius eſſe*, qui *Poteſtatem Autoritatemque* in nos habet, vel ſub cuius *Poteſtatem* ſubiecti ſumus aut *ſponte* aut *Dominationis* iure, aut *Emptionis* nexu, aut accepti *Beneficii* obligatione.

Impetrat, qui acquirit; *Conſeruat*, qui Impetrati eſſentiam continuat. H.

Impluuium, quo aqua impluit collecta de tecto, (rr) *Compluuium*, quo de diuerſis tectis aqua pluuialis confluit in eundem locum. *Feſt.*

(rr) ſeu eſt Locus in aedibus ſine tecto, quo imber impluit.

Imprudens per ſe, *Ignauus* per alios. Donat. R.

Imprudentia et *Culpa* videntur diſcerni poſſe, ita vt *imprudenter* peccemus neſcienter, cum *culpa* autem ſcientes, volentes, proinde flagitioſe. Plaut. Epid. 5. 2. v. 63. R.

Imum ſummo reſpondet; *Infimum* vt infra humum. *Corn. Fronto.*

Imus loco, *Infimus* ordine. R.

Incertum nec tempus, nec numerum recipit; *Dubium* (ss) duobus incipit. *Corn. Fronto.*

(ss) dicitur qſ. *Duabium*, h. e. duas vias habens, et eſt, vbi neſcimus, quid eligamus.

Inceſtus in conſanguineas et ſacras, *Adulterium* in nuptam, *Stuprum* in virginem et viduam. R.

Inchoat, qui incertum facit; *Incipit*, cuius exitum ſperat. *Corn. Fronto.*

Incidunt res praeter ſpem; *Veniunt* expectatae. Goclenius. H.

Inco-

Digitized by Google

Incola a *Ciue* et *Municipe* differt L. 29. D. ad Municip. Nam *Ciues* origo, vel manumiſſio, vel adeptio, vel allectio; *Incolas* domicilium facit, L. 7. C. de Incol. Haec *Briſſonius*.

Incruſtationes ſolido de Marmore (tt); *Tectoria* ex marmore contuſo et cribrato atque cum calce mixto inducuntur parietibus. *Briſſon*.

(tt) *Incruſtationes*, ſiue *Cruſtationes*, ſunt, cum cruſtae *Parieti*, aut *Pauimento*, aut *Vaſi* applicantur. Hinc *Vaſa cruſtata* dicuntur, quae vitreis *cruſtis* tecta ſunt; e quibus *cruſtariae Tabernae* vocitatae, in quibus eiusmodi opera venduntur. Haec *Perottus* in Cornucop. Epigr. VII. col. 615. lin. 43. ſeq.

Indicare eſt pretium deſignare, die Waar bieten; *Addicere* eſt zuſagen, laſſen. Sed *Liceo* ſignificat proſtare, feyl ſeyn, et *Liceor*, ſeu *Licitor*, eſt pretium deferre, feylſchen, bieten. H.

Indicat is, qui de ſe volens aliquid et de aliis prodit, *Confitetur*, qui de ſe tantum et inuitus. *Donat*. R.

Indigenae homines dicuntur, *Indigenes* Dii. Idem *Indigetes*, vnde geniti Dii. *Agraet*. R.

Indocile eſt, quod penitus non poteſt diſcere; *Indoctum*, quod nondum didicit. Seru.

Induſtrius eſt, qui ſemper (uu) aliquid agit (xx): *Nauus*, qui ſtrenue negotia exſequitur, et conſtanti animo contra omnes difficultates obnititur. ILLE *aſſiduitate*; HIC *fortitudine* et *tolerantia* commendatur. Et *Induſtrius* ſibi ſtudet; *Nauus* alteri nauat operam. Cicero pro Lege Manilia: *Homi-*

nes

nes naui *et* induſtrii *partim in* Aſia *negotiantur*. Salluſt. in Iugurtha: *Imperata* naui *fecerant*.

(uu) (addamus *ſtudioſe*, *vigilanter* atque *callide*)

(xx) Dicimus et INDVSTRIVM in *Neutro*, quod veteres *Induſtruum* dicebant, quod, quidquid quispiam ageret, *intro* ſtrueret, et ſtuderet domi. *Perottus*.

Induxit pro decepit (yy); *Seduxit* dicimus, cum ſignificamus, in aliam partem duxit, vt *ſeduxit* foras (zz). *Clarus*.

(yy) *Inducere* ponitur quoque pro *Perſuadere*, quod ſit *paulatim* et *cum tempore*, ſeu, loquente Goclenio, *maiori mora*. Vid. doctiſſimi *Schoppii* Lib. V. *Suſpectar. Lection.* Epiſt. III. p. 323. qui et Lib. II. Epiſt. V. p. 101. *Induci* quoque pro *Accuſari* dici ſcribit.

(zz) Alias *ſeducere* (1) eſt *ſeorſum abducere*. (2). *a recta via* ducere, et quidem per *Metonym. Signi* pro *Signato*.

Ineptum eſt tantum ſtultum, *Abſurdum* quod et ſtultum eſt, et in ipſa ſtultitia diuerſum et ſibi quaſi repugnans. Donat. *Ineptum*, quod a quouis reprehendi poteſt: *Falſum*, quod etiam prudentem poſſit fallere. Id. R.

Infamia ex multorum ore, *Ignominia* ab eo, qui punit. R.

Infectores, qui alienum colorem in lanam coniiciunt (a); *Offectores*, qui proprio colori nouum officiunt. *Feſtus*.

(a) et quidem caute, ne nimis acriter inficiendo officiat. Notandum autem, quod Barbari INFECTOREM, quem Cicero ſic vocat, *Tinctorem* ſaepe nuncupent.

Infenſus eſt, qui ira (in alium eſt elatus, ſeu) accenſus, et odium gerit, *Infeſtus*, qui alteri malum

Digitized by Google

lum infert, vt *infenſus* Hoſtis, *infeſta* ſigna. *Ille* animo et vultu ſaeuit; *Hic* vi et manu graſſatur (b). Cicero Orat. 1 in Verrem: *Pro offenſione hominum, qui illi inimici* infenſique *ſunt.* Salluſt. in Iugurtha: *Hoſtis* infeſtus *auxilii ſpem nullam.* Sed Haec aliquando confunduntur. Idem ibidem: *Vir acer et* infeſtus, *potentiae*, *nobilitatis.* Tacitus Annal. Lib. 5. *Adequitare caſtris*, infenſare *pabula.* Idem: *Palam bello* infenſare ARMENIAM.

(b) Alias *infenſus* dicitur inimicus et iratus. Quicunque autem dicitur *Infeſtus* mihi, is mihi eſt moleſtus, ſeu grauis. Sed mihi *Inuiſus* eſt, cui ego inuideo. *Gocl.* Notandum autem, quod *infeſtus* nonnunquam idem ſit, ac *periculoſus*, ſeu *periculis obnoxius*, vt: *Via excurſionibus hoſtium* infeſta. Leg. *Giſanii* Obſeru. *L. L.* p. 338.

Infenſus proprie plus dicitur, quam *Inimicus.* Seruius. R.

Infidus dicitur, cui non eſt fidendum (c): *Perfidus*, qui fidem violat (d). Cicero in Laelio: *Quos* fidos *amicos haberet*, *quos* infidos.

(c) Sic apud LIVIVM *infida Regni Societas* legitur.

(d) Et *Perfidia* eſt *Fidei* violatio et ſaepe numero pro *Vitio* atque *Improbitate* accipitur.

Infra ad Dignitatem et Locum: *Intra* vero ad Numerum et Spatium refertur.

Ingens (e) valet immenſus, τρισμέγιστος, et plus eſt, quam *Magnus.* Plautus in Captiuis (f):

Ignem ingentem, *ita dico*, magnus *vt ſit.*

Lucretius Lib. 6. *) v. 677.

Maxima quae vidit quisque, haec ingentia *fingit.*

Teren-

Terentius in Eunucho (g):

Magnas *vero agere gratias*, THAIS, *mihi?*
Ingentes. - - - - - - -

Quem Verſum adducens Cicero in Laelio ait: *Satis erat reſpondere* Magnas, Ingentes *inquit*, *ſemper auget aſſentatio id, quod is, cuius ad voluntatem dicitur, vult eſſe* magnum.

(e) quaſi *incens*, ab *in* et *cenſeo*, quod tamen ſit, vt *cenſeri non poſſit*, ſicuti (praeter *Comenium*) ex *Ioſephi Scaligeri* Notis in *Orpheum* annotauit litteratiſſimus *Gerardus Ioannes Voſſius* in *Etymologico L. L.* p. 266. col. b. Sunt etiam, qui *Ingens* a GENTE, *Perotto* teſte, dictum velint, quaſi ſit *Vltra Gentem ſuam*, et ſic omnino *magnus* atque *immenſus*.

(f) Act. IV. Scen. II. v. 64.

(g) Act. III. Scen. I. v. 1.

Inhibere eſt retinere et retrahere ab incepto opere, aut curſu, quo modo *Nautae* dicuntur *Inhibere Nauem*, cum eius impetum contraria remorum percuſſione retardant: *Prohibere* (h) eſt auertere et impedire, ne quid fiat, vel incipiatur. Vnde *Prohibitoria Edicta* appellantur, quibus *Praetor* vetat aliquid fieri. Virgil. Lib. 6 Aeneid. (i)

- - - Prohibere *infandos nauibus ignes*.

Idem (k):

Parcite iam RVTVLI, *et vos tela* inhibere LATINI.

Cicero Lib. 13. ad Atticum (l): INHIBERE *illud tuum, quod valde mihi arriſerat, vehementer diſplicet. Eſt enim Verbum totum* nauticum. *Quanquam id quidem ſciebam, ſed arbitrabar ſuſtineri remos, cum*

inhibere *eſſent remiges iuſſi. Id non eſſe eiusmodi, didici heri, dum ad villam noſtram nauis appelleretur. Non enim ſuſtinent, ſed alio modo remigant.* Liuius Lib. 36. *Cum noſtris concurriſſent, neque retro nauem* inhiberent. Iuſtinus Lib. 2. *Commiſſo praelio, ite ceſſim*, inhibete *remos*.

(h) Hoc eſt *generale* et ante rem inceptam; ILLVD *ſpeciale*, et fit, re iam incepta.

(i) Hic locus *Virgilii* non Lib. VI. ſed Lib. I. *Aeneid.* v. 529. in *Vellutelliano*- ac *Erythraeiano-Venetis*, vt et *Plantiniano-Antuerpienſi* Editionibus his verbis formatus extat:

\- - - - Prohibe *infandos a nauibus ignes.*

(k) Lib. XII. *Aeneid.* v. 693.

(l) Epiſt. XI. fol. 210. fac. b. Edition. *Sturmiano-Argent.*

Iniquus ſibi; *Iniurius* aliis. R.

Iniuria ſemper iniuſta eſt, *Laeſio* etiam iuſta eſſe poteſt. Aſcon Pedian. *Iniuria* a *Contumelia* hoc diſtat. *Iniuria* leuior res eſt. Paccuuius Periboea: Patior facile *Iniuriam*, ſi eſt vacua a *Contumelia*. Non. R.

Innocens † eſt, qui ab omni iniuria, aut maleficio ſe abſtinet (m); *Innocuus*, qui alteri non nocet. ILLVD de *Hominibus* tantum; HOC etiam de *Beſtiis* et *Herbis* dicitur. Plautus in Captiuis (n):

Decet innocentem *ſeruum atque* innocuum
Confidentem eſſe.

Virgilius *) Lib. VII. *Aeneid.* v. 229. ſequ.

\- - - - - - - *Littusque rogamus*
Innocuum. - - - - - - -

Quanquam *Innocuus* interdum ſumitur παθητικῶς pro eo, cui non nocetur. Idem Lib. 10. Aeneid. *) v. 301. et 302.

- - *Sic*

- - - - - *Sic conſedere* (o) *carinae*.

Omnes innocuae, id eſt, *illaeſae*, vt interpretantur *Nonius* et *Seruius*, a quibus Valla fruſtra diſſentit.

† *Innocens* re, *innoxius* animo dicitur, teſte Seruio in 10. Aeneid. Pſeud. 1. 5. v. 45.

(m) qs. *non nocens*. Contra vero proprie *Nocens* dicitur, qui *iniuriam*, aut *maleficium* commiſit. Conf. *Perotti* Cornu cop. *Epig. IV.* col. 463. lin. 42. ſeq.

(n) Act. III. Scen. V. v. 7. ſeq.

(o) Editiones *Virgilianae* nuper ad Notul. (i) cit. vt et *Calagiana* atque plures aliae pro *Sic conſedere*, legunt, *Et ſedere.*

Innuere † eſt facie ſignificare; *Annuere* concedere. Virgil. lib. 10. *Annuit* his Iuno. Sed vtrumque narium, vel labiorum: *Nutare* Capitis (q): *Nictare* Oculorum (r). Plaut. in Aſin. *Nec illa vlli homini* nutet, nictet, annuat. Enn. Lib. 10. Annal.

- - - *Si forte feram ex nare ſagaci*
Senſit, voce ſua nictat*que, vlulatque ibi acute.*

† *Innuit* vel capite vel ſupercilio: *Annuit* ad id, quod dictum vel factum eſt. Cornel. Front. Terent. in Adelph. Non *innueram*, verum in iſtam partem potius peccata tamen. R.

(p) ſeu *nutu* voluntatem ſuam indicare. *Nuimus* enim, ſeu *innuimus* cum, loquente *Comenio*, alicuius rei indicium facimus *nutu*, aut *renutu*; *annuendo* ſcilicet vel abnuendo. Sed voluntas noſtra in multis *nutat*, ſaepeque ipſi diuino Numini *renutat*.

(q) Sic per *Metonym. Signi pro Signato* etiam dicimus *Nutare aedificia*, cum male ſolidata ruinam minantur.

(r) quando nempe *eos* contrahimus atque *pupillam*, *cilia* et *palpebras* motitamus.

Inopia eſt paucitatis, *Caritas* pretii: poteſt enim annona copioſa et tamen *cara* eſſe. R.

Inquilinus eſt conductor aedium alienarum (s); *Colonus* praediorum ruſticorum. *L. vlt. de Migr.* *l.* 37. *D. de A. G.*

(s) ſeu in alieno priuato domicilio, proprie autem conducto habitans, ſiue ſit in *Vrbe*, ſiue *ruri*, ac idem eſt, ac *cohabitator*.

Inſcius aliquid neſcit; *Neſcius* nil nouit. *Alter* in parte errat; *alter* in toto. *Corn. Fronto.*

Inſigne ſingulari Numero aliud eſt; aliud *Inſignia* (t), in quibus veſtis et Sella regia accipi poteſt. *Seruius.*

(t) Alias INSIGNIA dicuntur *Signa* et *Ornamenta* ob *Virtutem* adepta. INSIGNIS autem eſt *Comenio* noſtro, qui certis *Signis* eſt diſcretus. Deinde ponitur quoque pro *claro*, *praeſtanti* atque *nobili* viro. Sed INSIGNE in *Neutro* eſt *Signum gentilitium*. Sic *Sceptrum* et *Purpura* ſunt INSIGNIA *Regis*. *Toga* eſt INSIGNE *Pacis* et *Otii*. *Moeroris* INSIGNIA apud *Ciceronem* eſt *ater Veſtitus*.

Inſimulat, qui arguit, vel fingit (u); *Simulat*, qui (x) probare vult, quod non eſt. *Corn. Fronto.*

(u) vel criminatur per *ſimulationem quandam*.
(x) (*externo geſtu* nempe aliquid)

Inſita arbor eſt, cui inſiſſae alienum germen includitur; *Adſita*, cui incolumi aliquid, vt ſuſtineat, adiungitur. Horatius (y):

- - - - - - *Qua populus* adſita *certis*
Limitibus vicina refugit iurgia.

(y) Lib. II. *Epiſtol.* II. v. 170. ſeq.

Inſomnia

Inſomnia ſignificat *Vigiliam* (z), cum dormiri non poteſt. *Inſomnium* vero id, quod (aa) in *Somnis* obſeruatur: etſi *Latini* eo, niſi *Multitudinis* Numero, non vtuntur. Alterum *Graeci* vocant ἀυπνίαν; alterum ἐνυπνίαν. Caecilius Plocio: *Conſequitur comes* Inſomnia, *ea porro inſaniam adfert*. Terentius in Eunucho (bb):

Aut mox noctu te adigent horſum Inſomnia.

Suetonius in Caligula: *Incitabatur* Inſomnia *maxime, neque enim plus, quam tribus nocturnis horis, quieſcebat.* Salluſt. in Catilina: *Dies noctesque feſtinare, vigilare, neque* Inſomniis, neque *labore fatigari.* Idem Lib. 4. Hiſtoriar. *Quia pacto vitam dederant*, Inſomniis *occidere*, id eſt, *Vigiliis.* Virgilius (cc):

- - - *Quae me ſuſpenſam* Inſomnia *terrent.*

Idem (dd):

Sed falſa ad coelum mittunt Inſomnia MANES.

Liuius Lib. 30. *Curis* Inſomniis*que agitant et excitant ſaepe ſomno*, pro Somniis. Plautus in Menaechmis (ee):

Haec nihilo mihi videntur eſſe ſecius, quam Inſomnia.

Quem Verſum ſic explicat *Varro* in Quaeſtionibus Plautinis: *Nihilo magis narranda eſſe, quam ſi ea eſſent* Somnia. *Inſomnia* Plurali Numero ſignificare volunt *Grammatici*, SOMNIA; Singulari vero Numero VIGILIAM, vt Pacuuius in Antiopa (ff) dixit: *Perdita illuuie atque* Inſomnia, i. e. *Vigilia.* Soſipater.

(z) ſeu Tempus *Somno* vacuum;

(aa) (per *Somnum* videmus, ſeu nobis)

(bb) Act II. Sc. I. v. 13.

(cc) Lib. IV. Aenid. v. 9. vbi pro TERRENT Editio *Erythraei Veneta* non prorſus inique in Margine ſubſtituit, *terret*, ſcilicet Anna ſoror.

(dd) Lib. VI. Aeneid. v. 897.

(ee) Act. V. Scen. VII. v. 57.

(ff) p. 258. Edition. Stephanianae, et quidem ex *Chariſio*.

Inſpicere diligentioris curae eſt; *Aſpicere* negligentioris et quaſi primoribus (vt itam dicam) oculis delibare. R.

Inſtitutiones ſunt Praecepta, quibus docentur homines atque inſtituuntur, vt inſtitutiones Oratoriae, Iuris ciuilis, et aliarum Artium; *Inſtituta* † ſunt boni Mores, qui per quandam conſuetudinem (addamus *ratione atque conſilio inſtitutam*) obſeruantur (gg). Liuius Lib. 35. *Suam Diſciplinam*, *ſuaque* Inſtituta *ſequi iubet.* Idem Lib. 44. *Me more atque* inſtituto *Maiorum feciſſe.*

† *Inſtituta* Philoſophiae ſunt doctrina, qua Philoſophi ſuos diſcipulos voce et Diſputationibus quotidianis inſtituunt. *Inſtitutum* eſt mos, vt Ciceroni *Inſtitutum* Platonis dicitur mos conueniendi et diſputandi in Academia. Sic dicitur pro inſtituto ſuae vitae, ſectae etc. Goclen. R.

(gg) Vid. *Goclenii* Obſeruationes L. L. p. 234. ſeq. *Rhodiginus* Lib. XIIX. L. A. Cap. XIX. col. 998. G. ea quoque voluit INSTITVTA dici, quae ſunt *Principum Inſtitutiones*, quae ad optimum illum Legis ſcopum certa ratione nos non dirigant, quae quaſi Legis nomine indigna ſint, et ſacro illo Legis nomine priuata potius, quam *Decreta* et *Edicta* nuncupentur. Pro INSTITVTO *Ciceronem* quoque *Inſtitutionem* dicere, ex *Giſanii* Phraſibus L. L. eleg. p. 119. eſt diſcendum.

Inſtru-

Inſtructum eſt, quod Paterfamilias ornatus, vel vſus ſui cauſa habet (hh); *Inſtrumentum* vero, quod ad exercendam colendamue rem adhibetur. *Itaque praediis inſtructis legatis Supellex, Bibliotheca, Tabulae et Mancipia, caeteraque, quae ibi fuerunt vſus, aut delectationis gratia,* Inſtructo *continentur. At cum* Inſtrumento *legatis ea inſunt, quae fructus quaerendi, cogendi, conſeruandi cauſa parata ſunt,* vt autor eſt *Vlpianus L. 12. D. de Inſtr.*

(hh) *Inſtructum* ab *Inſtrumento* ſic differre *Schardius* loc. cit. p. 458. col. b. opinatur, vt *Totum* a *Parte*. Nam INSTRVCTI nomine non modo, quae fundo neceſſaria ſunt, continentur; verum etiam quae praeterea Teſtator habuit, quibus ſuum fundum inſtruxit. INSTRVMENTI vero ea duntaxat, ſine quibus fundus dici inſtructus non poteſt.

Intelligitur aliquid argumentis, *Animaduertitur* ſenſibus, praeſenti animo vtentibus. Aſcon. Paedian. Plerumque enim *animaduertimus* rem aliquam oculis, aut quouis ſenſu corporis, ſiue animi attentione, ergo plus eſt *animaduerſum* quam *intellectum.* An ab aliis *intellectum*, ab aliis *animaduerſum* intelligi poſſet? quod ſi eſt, rurſus plus erit *intelligere* quam *animaduertere*. Paedian. R.

Inter coenam eſt (in *coena*, ſeu) inter *coenatum* miſſus, aut Fercula, quae Antiqui terna, aut ad ſummum ſex ſeptem in *coena* praebebant (ii); *Super coenam* eſt inter *coenandum*. Seneca Lib. 3. de Beneficiis: *Narrat, quae inter* coenam *ebrius dixiſſet.* Suetonius in Auguſto: *Si vellent inter* coenam *vel talis, vel par impar ludere.* Idem in Tiberio: *Cum*

Digitized by Google

ſoleret ex lectione quotidiana quaeſtionem ſuper coenam *proponere*.

(ii) De *Ferculorum* in *Coenis* appoſitorum apud Veteres *Romanos* inprimis, *numero* leg. *Stukii* Lib. III. *Antiquitat. Conuiuial.* Cap. I. fol. 290. fac. a.

Interdicere Foro plus eſt, quam *Interdicere* (kk) *Aduocationi*. Nam, *Aduocatione interdicta*, reliqua *Fori* negotia non ſunt interdicta: *Foro interdicto*, Aduocationes quoque interdicuntur. *Fori* enim *pars eſt Aduocatio*; vt tradunt Iuriſconſulti L. 9. D. de Poenis. Plinius Lib. 5. Epiſtolar. *Is* Interdicendum *ei* Aduocationi *in quinquennium cenſuit*.

(k) INTERDICERE *proprie* idem eſt ac *prohibere*, et, ne aliquid fiat, *vitare*. Deinde denotat ex *Interdicto petere*, et ad ipſos *Litigatores* pertinet. Sic ex *Goclenii* ſententia INTERDICIMVS *vetando*; DENVNCIAMVS autem *iubendo*. Et differunt haec duo verba, vt *Nolo* et *Volo*.

Interficere et *Perimere* priſca ſunt, *Occidere* ob caedem dictum eſt, *Iugulare* ob iugulum, *Necare* (ll) a nece, *Interficere* a facto, *Perimere* ab emtione, quaſi iure tollere. *Corn. Fronto*.

(ll) Antiqui dixere quoque INTERNECARE, pro *Interficere*, quod Verbum *totam* ferme *multitudinem* complectitur. Vnde *Internecio*, quod *vitae priuationem*, ſeu potius *interitum vniuerſum* deſignat.

Interire eſt ex quacunque cauſa occidere, et emori (mm) *Perire* caſu, vel infortunio, vt *igni*, *fame*, *naufragio*. Itaque INTERIRE *generalius* eſt, et maiorem vim habet, quam PERIRE, quod aliquando ſignificat *euaneſcere* et *extenuari*, *ſpe decidere* (nn). Plautus in Captiuis (oo):

Vel

Digitized by Google

Vel te interiiſſe, *vel* periiſſe *praedicent.*

Terentius : Perii, interii, *cur mihi non dixit.* Sed non ſemper obſeruatur haec Differentia, vt Curtius Lib. 6. CALLISTHENES *quoque ante tortus* interiit. Petronius in Satyrico: *Non enim tam magnum facinus admiſimus, vt debeamus torti* perire.

(mm) *Proprie* eſt qs. *inter alia ire*, h. e. intercidere, amitti, et (*conſequenter*) mori.

(nn) Hoc *leuius* eſt quam *interire*, habet inuentionis ſpem, et neutiquam *omnium rerum finem* denotat. Plaut. Capt. qui per virtutem *perit*, non pol *interit*. Non. Marc. Conf. *Perotti* Cornucop. Epig. XLI. col. 862. lin. 42. vbi *Perire* dictum eſt, quaſi *in totum ire*, quod, qui *perit*; prorſus abit.

(oo) Act. III. Scen. V. v. 35. vbi vtraque *Taubmanni* Editio *pro interiiſſe* et *periiſſe* per *contractionem* legit *interiſſe* et *periſſe*.

Interpretes ſunt, per quos inducitur pactio, *Sequeſtres*, apud quos pecunia deponitur. Paedian. R.

Interrogare eſt noſcendi cauſa quaerere. *Percontari* (pp) vero arguendi, vt tradit Quintilianus Lib. 9. his verbis: *Quid enim tam commune, quam* interrogare, *vel* percontari? *Nam vtroque vtimur indifferenter, cum alterum* noſcendi, *alterum* arguendi *gratia videatur adhiberi.* Ego contra obſeruaui, *Percontari* vt plurimum eſſe *noſcendi* gratia quaerere; *Interrogari* autem *refellendi, arguendiue*; ſicut *Interrogari* legibus dicebatur reus, cum primum ab accuſatore actio intendebatur. Cicero Lib. 6. de Republ. *Ego illum de ſuo regno, ille me de noſtra Republica* percontatus *eſt.* Idem Lib. 3. de Natura DEorum: *Sin me* interrogare *non tam* intelli-

gen-

Digitized by Google

gendi *cauſa, quam* refellendi. Salluſt. in Catilina: *Legibus ambitus* interrogati *ſunt*.

(pp) Rectiſſime h. l. ſcriptum eſt *Percontari* (*a Conto*, qui eſt pertica nautica, qua altitudinem aquae pertentant) et non *Percunctari*, qs. *per cuncta* quaerere.

Interrogatio eſt, cui neceſſario reſpondetur, aut etiam, aut non. *Percontatio*, cui nihil horum. Donat. R.

Intro ſignificat ad Locum, vt eo intro: *Intus* in Loco (qq), vt ſum intus. Quam Differentiam *Lucilius* quoque refert his verbis:

Nam veluti Intro *aliud longe eſſe, atque* Intus, *videmus*.
Sic et Apud te *longe aliud eſt, neque idem valet* Ad te.
INTRO *nos vocat* Ad ſeſe, *tenet* INTVS Apud ſe.

Plautus in Aulularia (rr):

Redi nunc iam intro *atque* intus *ſerua*.

Idem in Captiuis (ss):

Ibo intro, *atque* intus *ſubducam ratiunculam*.

(qq) Ideoque *Intus* eſt Nota Situs in occluſo, et denotat quoque *Motum* ex occluſo.

(rr) Act. I. Sc. II. v. 3.

(ss) Act. I. Sc. II. v. 89.

Intueri eſt Oculorum; *Contemplari* et *Speculari* Animi; *Aſpicere* Animi et Oculorum ſimul. H.

Inuenire (tt) eſt Conſilii, inquit Valla; *Reperire* vero Fortunae. Sed alii contra putant (uu). *Inuenire* vel caſus, vel conſilii eſſe: *Reperire* laboris et ſtudii, quod Verbi etymo nituntur probare. Deducitur

citur enim ex Re et Pario, id eſt, laborioſe adquiro. Sed haec Differentia non obſeruatur, et optimus quisque *Latinitatis* autor his verbis promiſcue vtitur. Varro Lib. 3. de Re Ruſt. *Et hunc, dum ſeruit, non ſolum in areo* reperit, *ſed etiam, ſi riuus non prohibet, in parietes ſtantes* inuenit. Cicero Lib. 2. de Oratore: *Nequaquam ſatis eſſe* reperire, *quid dicas, niſi id* inuentum *tractare poſſis.* Idem Lib. 3. Tuſculanar. Quaeſt. *Nam vt Medici, cauſa morbi* inuenta, *curationem eſſe* inuentam *putant; ſic nos, cauſa aegritudinis* reperta, *medendi facilitatem* reperiemus. Plaut. in Aulularia (xx):

> *Ibo hinc intro, perſcrutabor fanum, ſi* inueniam *vſpiam*
> *Aurum, dum hic eſt occupatus. Sed ſi* reperero, *o Fides!*

Idem in Captiuis (yy):

> *Tu enim* repertus, PHILOCRATEM *qui ſuperes veriuerbio!*
> *Pol ego, vt rem video, tu* inuentus, etc.

Ouidius Lib. 1. Metamorphoſ.

> - - - *Tu non* inuenta, reperta *es;*

hoc eſt, *Tu, quae* inueniri *non potuiſti, quod in Iuvencam mutata eſſes et formam Puellae amiſiſſes,* reperta *es in Bucula* †.

(tt) proprie ſignificat *in rem amiſſam venire,* 2. *in rem nouam venire,* et 3. *Inuentionibus* Officii *praeire.*

(uu) Vid. *Goclenius* l. c. p. 235. vbi inter alia extat, quod *inueniamus* Quaeſita; *reperiamus* autem non Quaeſita. Interea

terea ſuper res, quae cito *reperire* cupimus, *Repertorium*, COMENIO monente, conficiamus, ita tamen, vt *Reperta* ab *Irrepertis* diſtinguamus.

(xx) Act. IV. Sc. II. v. 13. ſeq.

(yy) Act. III. Sc. IV. v. 36. ſeq.

† *Reperimus* noſtra, *Inuenimus* aliena. Fronto. R.

Inuenire ſapientis eſt, *Incipere* audacis, *Perficere* conſtantis. Donat. R.

Inuenuſtus, cui diſplicens obiicitur, *Infelix*, cui placens negatur. Donat. R.

Inuidia, quae *proprie* dicitur, plus eſt, quam *Odium* (zz). Nam *Inuidia* eſt deteſtantis et abominantis alterius turpitudinem cum Infamia coniunctam; *Odium* vero eſt aduerſantis malum, quod videtur, et alicuius vel facto, vel dicto laeſi, vel ſe laeſum opinantis. ILLI *gratia*; HVIC *amor* opponitur. Et in *Inuidia* homo aut res eſt apud multos, *Odio* et multis, et vni eſſe poſſumus. Salluſt. in Iugurtha: *Quod in* Inuidia *res erat.* Idem ibidem: *Vbi ex maxima* Inuidia *in gratiam et fauorem nobilitatis* Iugurtha *veniret.*

(zz) *Inuidia* autem atque *Inuidentia* inter ſe ſic differunt, vt *Ebrietas* atque *Ebrioſitas*. Quippe *Inuidia* eſt, cum inuidetur, hoc eſt, actus ipſe inuidendi. *Inuidentia* vero eſt aegritudo animi, quae propter res ſecundas alterius ſuſcipitur, quaeque nullam iacturam inuidenti afferant. Nam ſi quis doleret eius rebus, a quo ipſe laederetur, non recte diceretur *Inuidia*. Haec *Perottus* in *Cornucopiae* Epigr. II. col. 99.

Inuidus, qui (a) inuidet; *Inuidioſus*, qui Inuidiam ſuſtinet (b). *Clarus.*

(a) (addamus *actu alicui*)

(b) ſeu qui morbo *Inuidentiae* laborat.

Inuium

Digitized by Google

Inuium eſt ſine via: *Auium* extra viam; *De[illegible]m* eſt Deſertum. H.

Innolat, qui in die venit; *Surripit*, clam, i. e. furtiue. Seru. et Corn. Fronto.

Iocus eſt in Verbis; *Ludus*, ſiue *Luſus* i[illegible] rebus, vel factis (c): Quae duo iuncta *Prouerbialiter* fere dicuntur de re leui et nullius pretii, quae ludibrio haberi poſſit. Lucilius Lib. 3. Satyr. (d)

Susque et deque fuere, inquam, omnia, Ludus Iocus*que*.

Terentius in Evnucho (e);

- - - Ludum Iocum*que*
Dices fuiſſe illum alterum. - - -

Cicero pro Flacco: *Quibus ius iurandum* Iocus *eſt*, *teſtimonium* Ludus. Seneca ad Lucilium: *Non minus inter Seria, quam* inter Luſus *et* Iocos. Idem: *Homo iam per* Luſum *et* Iocum *occiditur*. Confunditur tamen aliquando haec Differentia, et LVDVS in *Verbo*, IOCVS in *Facto* eſt, vt *Valla* pluribus exemplis oſtendit.

(c) HIC eſt Exercitium delectabile; ILLE eſt Verbum, aut Factum ludicrum, ſeu eſt condimentum ſermonis tempeſtiue adhibiti. IOCI formam repraeſentare *Laurentii Ramireſii* Notas ad MARTIALEM *Caſp Barthius* in Animadu. ad *Papin. Statii* Lib. I. *Sylu.* VI. v. VI. p. 146. tradit. Et ſcribit *Ianus Douſa* in *Centurionatu* ſuo, ſ. Lib. I. *Explanation. Plautinar.* Cap. IIX. p. 57. IOCOS quoque pro *Naeniis* ſumi.

Ipſe dignitatis, *Iſte* abiectionis eſt, vt: *iſti* vituperant factum. Ter. in Andr. Agraetius. R.

Ira

Digitized by Google

Ira de cauſa eſt, *Iracundia* de moribus et de vitio multum iraſcentis. Donat. R.

Iracundia ex iniuria, *Dolor* ex miſeria. Donat. R.

Iracundus eſt, qui natura in iram pronus eſt; *Iratus* eſt, qui *offenſus* excanduit (f): ſicut *Iracundia* naturae ad iram procliuitatem oſtendit; *Ira* eſt ſubita excandeſcentia (g). Seneca de Ira. Ira, *quo diſtet ab* Iracundia, *apparet*, *quo* Ebrius *ab* Ebrioſo, *et* Timido. IRATVS *poteſt non eſſe* Iracundus, IRACVNDVS *poteſt aliquando* iratus *non eſſe*. Suetonius in Claudio: Irae *atque* Iracundiae *conſcius ſibi*. Interdum tamen *Iracundia* pro *Ira* vſurpatur. Terent in Adelphis (h):

Vix ſum compos animi, *ita ardeo* iracundia.

Cicero ad Atticum; *Haec ſine* iracundia, *ſine dolore*, *ſine metu*, *permotus grauius ſcripſi*. Idem ibidem: *Eum plane* iracunde *elatum*.

(f) ſ. Iracundus eſt natura; Iratus ex offenſa.

(g) *Haec* caſu naſcitur; *Illa* eſt animi vitium; *Odium* vero inveterata *Ira* eſt. Sic *Ira* non eſt vitium, ſi quis malis rebus *iraſcitur*; ſed cum *Iracundus* nimis facile et furenter *excandeſcit*. Tu fac nihil *iratus*, ſine *Iracundiam* deferuere. *Comenius*.

(h) Act. III. Scen. I. v. 12.

Iraſci leuius; *Succenſere* † grauius; *Indignari* grauiter ferre. H.

† h. e. in re graui et iuſta iraſci. Donat. R.

Iratus, qui ex aliqua cauſa iraſcitur, *Iracundus*, qui ex parua nullaue cauſa praecedente iraſcitur. Donat. *Aegre ferens*, qui praeter ſpem. Donat. R.

Irri-

Digitized by Google

Irritum Teſtamentum eſt, cum ſine vitio quidem eſt, ſed deſtituitur vel ab *Haerede*, vel a *Teſtatore*, quando capite minuitur (i), *Ruptum eſt*, ſi vitium ſuperveniens in ipſum Teſtamentum incurrat; *Nullum* et *iniuſtum* eſt, quando vitium tempore *Teſtamenti* factionis extat. *tt.* I. *et D. quib. mod. teſt. infirm. et de rupto et irr.*

(i) Leg. *Schardii* Lexicon Iuridicum p. 478. col. b. Alias IRRITVM *proprie* dicitur, quod eſt *improbatum*, ſeu quod *effectu firmum non* eſt. Pro *futili* quoque et *vano* poni *Giſanius* loc. cit. p. 121. ſeqq. eſt autor.

Iter † eſt via latior et publica, quae Populo patet (k); *Semita* (l) eſt anguſtior, et priuatus trames; *Via* continet vtrumque. Aelius Gallus de *Verborum*, quae ad *Ius* pertinent, Significatione, Via *eſt*, *ſiue* ſemita; *ſiue* iter *eſt*. Plautus in Trinummo (mm):

Decedam ego illi de via, *de* ſemita.

Liuius Lib. 54. *ſimul in ſyluam ventum eſt, vbi plures diuerſae* Semitae *erant, et mox appropinquabat, cum perpaucis maxime fidis* Via *diuertit.*

† *Iter* (ein Fuß-Pfad) eſt vbi aliquis it, vel per pedes vel iumento, *actus*, in quo pecudes aguntur, *Via*, in qua curru vehitur. R.

(k) ſiue Itio in via, et ipſa via,

(l) quaſi *Semi Iter*, ſeu *dimidia Via*, loquente *Comenio*.

(m) Act. II. Scen. IV. v. 80.

Iucundum eſt dulce, et ſpecialius: *Gratum* eſt acceptum, et generalius. Omne *Iucundum* eſt gratum: ſed non omne *Gratum* eſt iucundum. *Grata* eſt Ae-

Digitized by Google

groto Medicina: verum *inſuauis* et *iniucunda*. Sitienti potus et *gratus* et *iucundus* eſt. Goclen. H.

Iudicare praeſentia, *Proſpicere* futura. Donat. R.

Iudicium ſignificat Iurisdictionem (n): *Ius* continet Leges et Decreta, quibus conſtituendo exercendoque Iudicio vtimur. Itaque hoc prius eſt (o). Salluſt. Lib. I. Hiſtoriar. *Vtique* Iura *et* Iudicia *ſibimet extorquerent*. Liuius Lib. 49. *Totam* Arcananiam *ſub* Ius Iudicium*que Regis veniſſe*. Idem Lib. 51. *Sub* Ius Iudicium*que ſuam totam coegit gentem*. Praeterea IVDICIVM † ad priuatarum Litium *Iudices*, vt *Recuperatores*, aut *Arbitros*; IVS ad *Practores* pertinet. Vnde dicimus in *Iudicio*, cum de *Iudice* loquimur. In *Iure* vero, cum de *Praetore*: ſicut illud Edictum, *Ne quis eum*, *qui in* Ius *vocabitur*, *vi eximat*, pertinet ad Magiſtratum Populi Romani; alterum, *de eo*, *per quem factum erit*, *quo minus quis in* Iudicio *ſiſtat*, ad Iudicem pedaneum, vt interpretatur Vlpianus l. 4. D. de Interr. Plaut. in Maenaechmis:

Seu ad Populum, *ſeu in* Iure, *ſeu apud* Iudicem *res eſt*.

Cicero Lib. I. Officior. *Leges*, Iura, Iudicia, *Suffragia*; et Lib. 2. Iuris *et* Iudiciorum *aequitate ſuum quiſque teneat*. Idem pro Quintio: In *Prouincia* ius *dicebatur*; *et Romae* Iudicia *dabantur*.

(n) *Iudicium* dici putat *M. Varro*, quaſi *ius dicendi*, hoc eſt *poteſtatem audiendi cauſa*, *et ſententiam iuſtam proferendi*, quam denique et exſequi poteſt, et quod ſuum eſt, cuique addicere.

(o) Vnde

(o) Vnde autem *Ius* deriuetur, tradit *Scipio Gentilis* Lib. ſingul. *Originum* p. 204. et 206. *Helfrico Vlrico Hunnio* Diſp. I. *Collegii Inſtitution.* §. I. p. 2. ſeq. dicitur, quod ſit diuinarum et humanarum rerum notitia, Iuſtique et Iniuſti ſcientia. *Eius* Nomen *varie* accipi, probat *Arnoldus Coruinus a Belderen*, Part. I. Lib. I. *Digeſtor.* per §§. *ſtrictim explicatorum* Tit. I. p. 4.

†† *Iudicia publica* et *priuata* differunt. *Priuatis* enim *iudiciis* quiſque, quod ſua intererat, perſequebatur, *publicis* vel ipſe populus ea, quae reipublicae detrimenti quidquam adferre potuiſſent, vel accuſator populi nomine crimina publico dedecori futura, vindicabat. Heinecc. R.

Iurgium eſt inter *Beneuolos*, aut *Propinquos* leuis diſſenſio, vel contentio; *Lis Inimicorum* concertatio vehementior (p). Itaque *Lis* nulla nobis eſſe poteſt cum eo, quem in poteſtate habemus, autore Caio Iuriſconſulto l. 4. D. de Iudic. Cicero lib. 4. de Republica; *Si* IVRGANT, Beneuolorum *concertatio eſt*, LIS Inimicorum, *non* Iurgium *dicitur*. Idem lib. 2. de Legibus: *Feriarum feſtorumque dierum ratio in Liberis requiem habet* Litium *et* Iurgiorum. Liuius lib. 5. Iurgiis *ac* Litibus *temperatum*. Idem lib. 48. *Itaque cum hodie* Litibus *et* Iurgiis *ſuperſedere aequum ſit*. Ouidius *) lib. I. *Faſtor.* v. 73. ſeq.

> Lite *vacent aures, inſanaque protinus abſint*
> Iurgia, *differ opus, liuida lingua, tuum.*

(p) Caeterum *Lis* plerumque res eſt, de qua eſt *Controuerſia*, quae addicitur *alteri*; praeſente tamen *Aduerſario*. Nam, eo *abſente*, non temere ſtatim adhuc adiudicare *praeſenti* rem ſolemus, ſed comperendinamus. Conf. *Turnebius* Lib. XIII. *Aduerſ.* Cap. XXVII. col. 451. lin. 11. ſeqq.

Digitized by Google

Iurisdictio cuiuis iure magiſtratus competebat, *Imperium* vero proprie ſic dictum non niſi lege curiata, adhibitis auſpiciis dari poterat. Liu. V. 46. Magiſtratibus ergo, qui iudiciis praeerant, *Iurisdictio* tribuebatur et *Imperium.* R.

Ius † generale eſt, *Lex* Iuris Species. *Ius* ad non ſcriptum etiam pertinet (q); *Leges* ad Ius ſcriptum. *Seru.*

† *Ius* eſt, quod omnia recta et inflexibilia exigit: *Aequitas* eſt, quae de iure multum remittit. Donat. *Ius* ad doctrinam pertinet, *Officium* ad virtutem. Paedian. *Ius* reſpicit humanas leges, *Fas* diuinas proprie. Sed et *Ius* pro more et conſuetudine accipitur. Goclen. R.

(q) De *Diuiſionibus* atque *Diſtinctionibus* IVRIS *ab Interpretibus confictis* vid. *Anthonii Matthaei* Diſp. XIII. *Iur. Ciu.* p. 102. ſeqq.

Iuſtitia, virtus, in communione quae poſita eſt, dicitur, eaque erga Deos *Religio*, erga parentes *Pietas*, vulgo autem *Bonitas*, creditis in rebus *Fides*, in moderatione animaduertendi *Lenitas*, *Amicitia* in beneuolentia nominatur. Cic. in Partit. Orator. R.

Iuſſum plus eſt, quam *Mandatum* (r), vt *Iubere* plus eſt quam *Mandare*, de quibus ſupra diximus. Nam *Iuſſum* neceſſitatem iniungit; *Mandatum* autem licet repudiare, et non ſuſcipere. Vnde ſi Filiusfamilias egit *Mandato* Patris, non reſtituitur in integrum, quoniam licuit illi non agere. Si vero *Iuſſu* Patris egit, datur reſtituto, quia opportuit illum Patre iubente agere, vt *Iurisconſulti* ſcribunt.

(r) *Man-*

(r) *Mandatum* proprie eſt *Edictum*: deinde denotat *Litteras fidei publicas*, Credentz-Briefe, Vollmacht.

Iuſtum eſt, quod ex lege deſcendit, *Aequum* vero, quod ex natura. Agraet. *Iuſtum*, in quo nihil iniquum eſt, *Clemens*, in quo etiam multum de iuſto remittitur. Donat. R.

Iuuenta † l. 3. et 23. D. de Minor. ſignificat lanuginem, erumpentemque barbam, atque ipſum tempus primae Adoleſcentiae; *Iuuentus* Dea Iuuentutis eſt, quae Graece dicitur ἥβη; *Iuuentus* et iuvenilem aetatem, et Iuuenum multitudinem denotat (s). Salluſt. in Catilina: *Ibique* Iuuentutem *ſuam exercuit*. Idem ibidem: Iuuentutem, *quae domum* Catilinae *frequentabat, parum pudice habitam*. Licet aliquando et *Iuuentus* et *Iuuenta* pro *Dea* vſurpetur. Ouidius Lib. I. Triſtium (t):

Nectar et Ambroſiam, latices, epulaſque Deorum
Det mihi formoſa gnaua Iuuenta *manu.*

Liuius Lib. 46. Iuuentutis *aedem in circo maximo*.

† *Iuuenta* aetas putatur, *Iuuentas* numen ipſum, *Iuuentus* adoleſcentia. Acron. R.

(s) Leg. *Perotti* Cornucopiae *Epigr.* XVI. col. 719. lin. 58. ſeqq.

(t) Eleg. XI. v. 11.

Iuuentus, iuuenes. *Iuuenta*, aetas ipſa. *Iuuenilitas*, quod ὁρμὴν vel πάθος vocant Graeci. *Iuuentas Dea* ἥβη Cic. in Bruto. Ludis Iuuentutis, et Liuius lib. 5. *Iuuentas* terminusque maximo gaudio patrum noſtrorum moueri ſe non ſunt paſſi. Non. *Iuuentus* ipſa hominis aetas, *Iuuentas* dea, poetice, ἥβη, vt graece dicitur. Agraet. R.

Digitized by Google

L.

Labo et *Labor* hoc differunt, quod *Labare* eſt ruere et repente cadere, vt apud Virgilium (u):

> - - - - Labat *ariete crebro*
> *Ianua*. - - - - - - -

Labi vero eſt leniter ſenſimque deorſum ire, vt *Labuntur Flumina*; *Labitur Coelum* (x). Ennius: Labat, labuntur *ſaxa*.

(u) Lib. II. *Aeneid.* v. 492. ſeqq.

(x) Dicimus etiam *Labi* eos, qui in lubrico figentes veſtigia in terram ruunt. Immo et *Labaſci* pro LABI legi, *Laurenbergius* in *Antiquario* autor eſt.

Labra et *Labia* Verrius Flaccus eo ſeparat, quod *Labra* (y) ſunt modica; *Labia* immodica, et praeter iuſtum craſſa, a quibus *Labeonum* cognomen inditum *Antiſtias* Genti. *Labra* eſſe Virorum, *Labia* Mulierum vult *Seruius*. Donatus vero ad illud Terentii in Eunucho: *Labiis demiſſis*, *Labra* ſunt ſuperiora, *inquit*, *Labia* inferiora †. Quae Differentia non obſeruatur.

(y) *Labrum* proprie eſt margo et extrema ora Fluminis, Lacus, Fontis et aliorum huiusmodi, quae leui aquae motu perluuntur. Hinc *Labra* et *oris*, et *aliarum rerum extremitates* vocamus, quae in homine etiam *Labia* dicuntur, et Foeminino genere *Labiae*. Haec *Perottus* l. cit. *Epigr.* XIIX. col. 729. lin. 25. ſeq.

† *Labium* ſuperius dicitur, *labrum* inferius. Agraet. R.

Lacrimari eſt flere lacrimis; *Gemere* fit pectore; *Plorare* voce flebili; *Plangere* membrorum percuſſu;

ſu; *Vociferari* immani voce; *Lamentari* dolorem teſtari. H.

Lacteus, qui lacte alitur; *Lactans*, qui decipit, (z), item qui lacte abundat, vt lactantes Ficus; item, qui lac praebet. *Lacteo* lac ſugo, ſed lac, dum praebeo (nato,) *lacto*.

(z) Conf. *Pacuuius* in *Iliona*, p. 246. Edition. *Stephan*.

Lacus † eſt, qui perpetuam habet aquam, licet interdum creſcat, aut decreſcat; *Palus* eſt Lacus maior; *Stagnum* eſt, quod continet aquam temporalem ibidem ſtagnantem, quae quidem aqua plerumque *hyeme* colligitur ex imbribus; *aeſtate* exareſcit (aa), autore Vlpiano l. 1. D. Vt in flumine publ. nauigare liceat. Liuius lib. 54. *Cingunt* paludes *inexſuperabilis altitudinis, aeſtate et hyeme quas reſtagnantes faciunt* Lacus. Quanquam aliquando *Lacus* dicitur; qui habet aquam ex flumine, aut compluuio, ad aquandum, vel lauandum, exceptam. Terent. in Adelphis: *Apud ipſum* Lacum *eſt piſtrilla.* Varro lib. 1. de Re Ruſt. *Ciſternae faciendae ſub tectis, et* Lacus *ſub Dio.* Horat. lib. 1. *Sermon.* *) Sat. IV. v. 37.

Geſtiet a furno redeuntes ſcire lacu*que*.

† *Lacus*, lacuna magna eſt, vbi aqua contineri poteſt. *Palus* paululum aquae in altitudinem et palam diffuſae. Varro. R.

(aa) Alii dicunt, *Lacum* Stagnum maius eſſe, aquas habens defluas; *Paludem* autem terra vliginoſa ſcatentem atque ita ſtantem. Sed *Stagnum* aquam ſtagnantem, ſiue a *propria ſcaturigine*, ſiue a *ſtagnante*, quod *Reſtagnationem* vocamus.

Laeditur corpus, *Offenditur* animus. R.

Laetamur de noſtris, *Gratulamur* de alienis. *Hoc gratificans*, Cicero dixit, *neque iſtius hominis*

nis perditi ſubita laetitia, *quam huius hominis amplisſimi noua* gratulatio, *diuitiis eum commouebat*. Agraet. R.

Laetus affectu, *Hilaris* vultu, *Gaudens* animo. R.

Lamina, eâ dicuntur lata portio ferri, aeris, plumbi, ſtanni, auri, argenti, *Bractea* vero potius auri argentiue, ac orichalci. Eſt enim tenuis et plicabilis, *Lamina* autem craſſior. Anton. in Virgil. Georg. I. R.

Lanii, qui laniunt Pecora; *Laniſtae*, qui laniandis praeſunt Gladiatoribus (bb). Donat.

(bb) Seu ſunt *Gladiatorum* Doctores, qui vſum *armorum* docent auctoratos. Vid. *Reineſii* Lib. III. *Var. Lect.* cap. XVI. p. 612. Sed *auium* LANISTAE *Columellae* dicuntur, qui, teſtante *Laurenbergio* in *Antiquario* p 248. col. b. *Aues* ad pugnam condocefaciunt. LANISTARVM quoque memor eſt *Martialis* Lib. VI. Epigr. LXXXII. ad *Rufum*. v. 2. et Lib. XI. Epigr. LXVII. *in Vacerram*, v. 3.

Lapillos, *Gemmas* et *Margaritas* (cc) diſtinguit Vlpianus l. 20. ad Sabin. l. 19. §. 17. ſeq. D. de Aur. arg. leg. quod GEMMAE ſint perlucidae naturae, velut *Smaragdi*, *Chryſolithi*; LAPILLI contrariae materiae, veluti *Obſiani*, *Veiatani*; MARGARITAE ſint partus *Concharum* apud rubrum Mare creſcentium et coaleſcentium.

(cc) Dicitur et MARGARITVM in *Neutro*; ſicuti teſtatur *Varro* in *Hecatombe* apud *Nonium* his verbis: *Vbi illa Phalera gemmeaque Ephippia et Arma* margarito *candentia*.

Lapis e ſaxo, *Saxum* magnum et naturale. R.

Lares et *Penates* hoc differunt, quod LARES erant communes *omnium* aedium (dd); PENATES

Digitized by Google

TES autem ſingularium aedium proprii, et ILLIS res diuina fiebat ad *focum*; HIS in *atrio*, aut *interiore parte aedium*. Plaut. in Mercat.

Ego mihi alios Penates *Deos perſequar*, *alium* Larem.

(dd) HOS *Vicorum* atque *Itinerum* quoque DEOS eſſe, *Arnobius Afer* indicat, quando Lib. III. aduerſ. *Gent.* p. 124. hunc in modum ſcribit: *Poſſumus, ſi videtur*, inquiens, *ſummatim aliquid et de* Laribus *dicere, quos arbitratur vulgus* Vicorum *atque* Itinerum DEOS *eſſe, ex eo, quod* Graeci VICOS *cognominant* Lauras. Quaenam autem Differentia ſit inter LARES, LEMVRES, ſeu LARVAS atque MANES, tradit *Auguſtinus* Lib. IX. de *Ciuit. DEI* Cap. XI. et ex eo *Blondus Flauius* Lib. I. de *Roma Triumf.* Litt. a. III. fac. a. vterque haec verba proferens: PLATONICOS *affirmare*, *animas hominum* Daemones *eſſe, et ex hominibus fieri putare* Lares, *ſi meriti boni ſunt*; Lemures, *ſeu* Lares, *ſi mali*: Manes *autem incertum, vtrum boni vel mali.* Plura leg. apud *Claudium Salmaſium*, ſtupendae eruditionis Virum in *Not.* et *Animaduerſ.* ad *Epictet.* et *Simplic.* p. 323. et 328. vt et *Chriſtoph. Ad. Rupertum* in Diſſert. II. ad *Val. Maxim.* Lib. II. Cap. IV. §. III. p. 143.

Large ſignificat profuſe et liberaliter; *Largiter* multum, vel vt Iulius Modeſtus ait, LARGE eſt *Qualitatis*; LARGITER *Quantitatis*. Quae differentia meo iudicio nimis ieiuna atque coacta eſt, et non magis haec Aduerbia differunt, quam DVRE *duriter*, HVMANE *humaniter*, LONGE *longiter*. Sed Vetuſtiores promiſcue dixerunt *Large* et *Largiter*, vt Catullus (ee):

Large *multiplici conſtructae ſunt dape menſae.*

Apuleius lib. 4. de aureo Aſino: *Menſas dapibus* largiter *inſtructas accumbunt*. Diomedes lib. 1.

 Quae-

Digitized by Google

Quaedam ſunt nomina in VS *Syllabam terminata, quae ex ſe bina Aduerbia faciunt, vt eſt Veterum autoritas. Tranſit enim in quibusdam rationem, et aliter ipſa enunciat, aliter conſuetudo vſurpat.* Nam Nauus nauiter *dicunt, quod nos* naue; Largus largiter, *quod nos* large.

(ee) Epigr. LX. quod *Argonautica* inſcribitur, v. 304.

Largitio eſt liberalitas, vel expenſa, quae fit ad *aucupandum fauorem* in petitione *Magiſtratuum*, quemadmodum *Doletus* ſcribit loc. cit. fol. 85. fac. b. col. a. *Largitas* autem eſt dandi promtitudo. Haec ex mente *Agraetii* dicitur eſſe *Humanitatis*; Illa vero *Ambitionis* †. H.

† *Largitudo* vero nuſquam inuenitur, niſi apud Nepotem. Suſip. R.

Laſerpitium (ff) florem; at caulem *Laſer* aiunt. *Clarus.*

(ff) De *Laſerpitio*, quod *Graeci* dicunt Σίλφιον, conf. *Perotti* Cornucopiae Epigr. XXVII. col. 797. lin. 18. seqq. et in ſpecie *Leonhardi Fuchſii* cap. CCXCI. de *Stirpium atque Plantar. Hiſtor.* p. 721 vbi *Autor.* et pp. ſeqq. huius HERBAE *Nomen, Formam, Locum* et *Tempus, vbi* et *quando* naſcitur, immo et *Temperamentum*, eiusque *Vires* ex *Dioſcoride, Galeno* et *Plinio* deſcribit, additque loco appendicis, *Laſerpitium* in horto, *Diui Germani Pratenſis Pariſienſis* multum eſſe.

Laſſus † cura ex praeterita ſpe (gg); *Confectus* ſic vulneratus, aut percuſſus, vt ſanari non poſſit, quod conuenit Gladiatoribus. Cicero in Catilin. *Gladiatori illi* confecto *et ſaucio.* Donat.

† *Laſſus* adempta attentione, *Confectus* cura, confirmato timore. Donat. R.

(gg) *Laſ-*

(gg) *Laſſum* quoque a *labore* dictum plerique exiſtimant. Significat enim LASSVS non ſolum *corpore*, ſed *animo* quoque *fatigatum*, hoc eſt, *labore affectum*. Vnde *Laſſitudo* pro *defatigatione* accipitur, eaque *moleſtia*, quam, loquente *Perotto*, loc. cit. Epigr. I. col. 7. lin. 55. ex *labore* ſuſcipimus.

Latebra eſt locus, vbi *Homines* ſe occultant (hh); *Latibulum*, vbi *Ferae*. Cicero lib. 1. Officior. *Omniaque, quae ſunt ad videndum neceſſaria, acquirat et paret, vt Paſtum, vt* Latibula, *et alia generis eiusdem*. Liuius lib. 48. *Nec vbi notis ſibi* Latebris *deliteſcerent Latrones*. Interdum tamen LATEBRA eſt *Ferarum*. Idem ibidem: *Inter vepres in* Latebris Ferarum *noctem vnam delituit*. Varro lib. 2. de Re Ruſt. *Ibique eſſe* Latebras, *vbi lepores interdiu deliteſcant in virgultis atque herbis*.

(hh) *Scrutari Latebras* inquit *P. Papinius Statius* Lib. I. *Thebaid*. v. 615. Sic qui *latere* cupit, quaerit *Latibulum* in aliquo *latebroſo* loco, vbi *latanter* degat. Peccator autem, vbi quaeret *Latebram*, in qua *obliteſcat* ac *deliteat*? Comenius.

Laudare † (ii) plus eſt, quam *Probare* et *Praedicare* (kk). Nam *Laudamus* id, quod excellit, *Probamus* bonum factum; *Praedicamus* id, quod profitemur et teſtatum facimus. *Primum* ſemper eſt cum *laude*; alia *duo* etiam ſine *laude* eſſe poſſunt. Cicero Rufo: *Non ſolum* probant, *ſed etiam* laudant. Idem Mario: *Iſtam rationem otii tui et* laudo *vehementer, et* probo. Terent. in Eunucho: *Quid ego eius tibi nunc faciem* praedicem, *aut* laudem. Vbi Donatus: *Praedicamus* argumentis.

† *Laudat* etiam alienus, *Gaudet*, qui pater eſt. Don. R.

(ii) *Laudare* non ſemper *Originis ſuae* ſignificationem retinet.

tinet, ſed etiam αἰπλῶς vſurpatur pro *nominare*, aut *citare*, vt monet *Gellius* Lib. II. *N. A.* Cap. VI. p. 64.

(kk) *Praedicare* eſt ſolenniter aliquid narrare et laudare Sic *Praedicator* indicat pretium rei, quam impenſe *praedicat*, Sed *Praedicator* EVANGELII frequenti *praedicatione praedicabilem* DEI gratiam *praedicat*.

Laudat coram, qui non tacet apud alios, et hoc agit praeſens ipſe; non per Epiſtolam. *Laudat in Os*, qui apud ipſum loquitur, quem collaudat. *Donatus*.

Laus Facti inſtrumentum eſt (ll); *Laudatio* vero eſt rerum geſtarum relatio. *Corn. Fronto*.

(ll) f. Rei bene aeſtimatae pradicatio. LAVS *autem tum eſt ſtabilis et firma, quando meritum laudati non poterit iam perire*, ſcribente *Saluiano Maſſil.* Lib. IV. contra *Auaritiam* p. 146. Edition. ſecundae *Ritterſhuſinae*. Vnde autem LAVS deriuetur, Vid. *Voſſii* Etymolog. *L. L.* p. 282. col. b. Ἔπαινος et Ἐγκώμιον quomodo inter ſe differant, leg. ap. *Scal.* Lib. III. *Poet.* cap. CIX. p. 370.

Legatum, per teſtamentum conſtituitur, *Legatiuum*, quod legato proficiſcenti ſoluitur. *Fideicommiſſum* codicillis ſolis etiam relinqui poterat. *Legatum* vero non niſi teſtamento confirmatur. R.

Legere et *Eligere* non ſub eadem ſignificatione intelligi vult Varro lib. I. de Re Ruſt. *Vna non ſolum* legitur *ad bibendum*; *ſed etiam* eligitur *ad edendum* (m). Ita *Legitur* erit colligitur; *Eligitur* vero melior quaeque de plurimis. *Nonius*.

(m) Conf. *Giſanii* Obſeruationes L. L. p. 343.

Legiones peditum ſunt, *Turmae* equitum. Seru. R.

Legu-

Digitized by Google

Legumen dicitur, quod manu legatur, nec ſectionem requirat (nn); *Frumenta* ſunt omnia, quae ex ſe ariſtas mittunt. *Seru.*

(nn) Vid. *Varro* Lib. I. de R. R. Cap. XXIII. p. 37. Editionis *Stephanianae*. Editio autem *Commeliniana* facit p. 76. Alii *Legumina* LEGARIA etiam appellare, idem *Varro* loc. cit. Cap. XXXII. nequaquam vanus autor eſt.

Lenitas ad permittendum (oo): *Facilitas* (pp) ad ignoſcendum adhibetur. *Donatus.*

(oo) Eſt enim *Lenitas* quaſi quaedam mollities, ſiue lenitudo, aut quaedam animi moderatio, conueniens *Perſonis* non ſolum, ſed et *Rebus aliis*. Leg. *Doletus* loc. cit. fol. 87. fac. a. col. 1.

(pp) Haec extra *Perſonam* omnino quoque eſſe poteſt, quando nempe dico, *Orationis* atque *Styli facilitas*.

Lenones ſunt ſcortorum, *Perductores* etiam inuitarum perſonarum, et in quibus ſtupra exercita legibus vindicantur. Paedian. R.

Lepus animal eſt, *Lepor* Iucunditas Voluptatis. Vnde gratum aliquid *Lepidum* dicimus; *Lepos* Eloquii (qq). *Agraetius.*

(qq) Vnde et *Suauiloquentia* dicitur, ſeu ſuaue *Dictum*, qu. ex λεῖαν ἔπος. Vt autem ſermo *Leporem* habens eſt *lepidus*: ſic Mores *Barbarorum* prorſus ſunt *illepidi*.

Lex † eſt *generale* Iuſſum, quod in *omnes Homines Res*ue Populus ſciuit, rogante Magiſtratu; *Priuilegium* (rr) eſt, quod de *ſingulis Hominibus*, aut *Rebus*, Populus Plebsue iuſſit ††, vt de *Cn. Pompeio* contra *Mithritatem* mittendo, item *Ciceronis* Exilio et Reditu; *Rogatio* (ss) eſt cum *Populus*, aut *Plebs* rogatur, *Velint iubeantne illud fieri*, ſiue id ad *uniuer-*

uerſos Ciues, ſiue ad *ſingulos* pertineat. Itaque *Rogatio* velut *Genus* alia duo continet, vt Gellius prolixe oſtendit (tt). In *Sanctione* ††† Legis Regiae de Imperio *Veſpaſiani* : SI QVIS HVIVSCE LEGIS ERGO ADVERSVS LEGES ROGATIONES PLEBISVE SCITA SENATVSVE CONSVLTA FECIT.

† *Lex* eſt generale iuſſum populi aut plebis, rogante magiſtratu. *Plebiſcitum* eſt lex, quam plebs, non totus populus ſancit et recipit. Agell. *Lex* ad homines, *Omen* ad rem diuinam refertur. *Donat.* Sic Terentius bene : *Lege* atque *Omine*; quia leges auſpiciis ſeruatis ferebantur. *Omen* autem eſt, quicquid ore dicitur. *Donat.* R.

(rr) quod alias Lex data *priuato Homini* dicitur.

†† pertinet itaque ad vnum. Veteres enim ſingula *priua* dixerunt. R.

(ss) Haec vox *vulgari vſu* ponitur pro *Rogato*, vel *Rogatu*; eleganter vero *Rogationis* nomine continetur *Lex*, *Plebiſcitum* atque *Priuilegium*, vti h. l. Conf. *Doletus* loc. cit. fol. 146. fac. a. col. 2. et *Schardii* Lexic. Iurid. p. 821. col. 2. et p. ſeq. col. 1.

(tt) Lib. X. *Noct. Attic.* Cap. XX. p. 327. ſeq.

††† *Sanctio* eſt Lex cum terrore poenae. R.

Liber et *Volumen* hoc differunt, quod *Liber* ſignificat quemcunque Codicem, magnum, aut paruum; *Volumen* proprie eſt plurium paginarum, chartarumue inuolutio. Quod indicat Etymon. Eſt enim ab *inuoluendo*, eo, quod Veteres Libros in *cylindri* modum circa vmbilicum *inuoluere* ſolebant. Vnde hodieque dicitur *Euoluere* Libros, quaſi *inuolutos* explicare, cum lectitandi gratia aperiuntur, Gellius lib. 4. *Dat mihi* Librum *grandi* Volu-

Volumine. Cicero ad *Appium de vna Epiſtola longiſſima: Mihi* Volumen *a te plenum querelae iniquiſſimae reddiderunt.* Idem Lib. 9. ad Atticum: *Euolui* Volumen *Epiſtolarum tuarum.* Sed interdum haec Vocabula nulla re differunt omnino, et duplicem Significationem habent. Nam LIBER et *certam* OPERIS *Partem* denotat, vt Liber *primus*, Liber *ſecundus*: et tum OPVS, vt Cicero Lib. 13. ad Atticum: DICAEARCHI Librum *accepi.* Et Lib. 15. Librum *tibi celeriter mittam de* Gloria; cum DICAEARCHI Libros tres de *Anima*, et duos de *Gloria* ſignificaret. Vlpianus ad Sabinum 24. l. 52. D. de Legat. III. *Si cui centum* libri *ſint legati, centum* Volumina *ei dabimus, non centum, quae quis ingenio ſuo metitus eſt, cui ad* Libri *ſcripturam ſufficerent; vtputa cum haberet* HOMERVM totum *in vno* Volumine, non quadraginta octo LIBROS *computamus*; *ſed* vnum HOMERI Volumen *pro* Libro *accipiendum eſt.* Similiter *Volumen* et pro *integro* OPERE accipitur, vt in proximo Vlpiani loco: et pro *parte* OPERIS, vt Plinius ſingulos *Naturalis Hiſtoriae* LIBROS *Volumina* appellat. Et eius Nepos: Libri *tres in ſex* Volumina *propter amplitudinem diuiſit* (uu). Liuius lib. 5. *Superſunt etiam nunc* Samnitium *bella*, *quae continua per quartum iam* Volumen. Ouidius in Metamorphoſ.

Sunt mihi mutatae ter quinque Volumina *formae.*

Varro lib. 6. de Lingua Lat. *In illis, qui ante ſunt, in primo* Volumine *eſt.*

(uu) Vid. *Oliuerii Arzignanenſis* Commentar. Hiſtor. et Litteratus ad *Val. Maxim.* Proleg. Lib. 1. fol. 1, fac. a.

Liber

Digitized by Google

Liber † interior; *Cortex* exterior. Goclen. H.

† *Liber* eſt totum, *Solumen* pars. R.

Liber a *Soluto* ita diſtingui videtur a Cicerone lib. VI. Epiſt. 7. vt plus ſit *liber*, quam *ſolutus*. *Liberum*, quod perſpicue et aperte, *ſolutum*, quod omnes eximit. R.

Libertas in bonam, *Licentia* in malam partem. R.

Libertus et *Libertinus* Inſt. de Libert. pr. eo differebant antiquitus, quod *Libertus* dicebatur, qui manumiſſus erat ex iuſta ſeruitute (xx); *Libertinus* vero erat Liberti filius (yy). Suetonius in Claudio: *Latum clauum* Libertini *filio tradidit, cuius rei reprehenſionem verens, etiam* APPIVM COECVM Cenſorem, *generis ſui Proautorem*, Libertinorum *filios in Senatum allegiſſe docuit, ignarus temporibus* Appii, *et deinceps aliquandiu* Libertinos *dictos non ipſos, qui manumitterentur, ſed* Ingenuos *ex his procreatos*. Quae poſtrema verba parum animaduerſa doctiſſimis Viris occaſionem dederunt immerito reprehendi *Suetonium*. Deinde non ita diu poſt *Appii Claudii* aetatem alia coepit horum Verborum ſignificatio et differentia. Nam *Libertus* et *Libertinus* pariter dictus, qui ex *ſeruitute* manumiſſus eſſet; ſed *Libertus* habet reſpectum *Patroni*, a quo eſt liberatus, vt Libertus CAESARIS, Libertus CICERONIS. *Libertinus* ſignificat conditionem generis, vt *Libertinus* Homo, *Libertina* Mulier. Cicero in Verrem: P. TREBONIVS *facit haeredem* Libertum *ſuum*. Et mox de eodem: *Equiti Romano* Libertinus *homo ſit haeres*.

Quod

Digitized by Google

Quod ergo Liuius ſcripſit in extremo Libro nono: APPII CLAVDII *Cenſura vires nacta*, *qui Senatum primus*, Libertinorum *filiis lectis*, *inquinauerat.* Rurſus Autor Libelli de Viris *illuſtribus*: APPIVS CLAVDIVS Coecus *in Cenſura* Libertinos *quoque in Senatum legit*. In eo *ille* ſui et poſterioris temporis rationem habuit; *hic* ad priorem aetatem reſpexit, niſi forte *Libertinos* vocauit eos, qui *Libertini generis* fuerunt.

(xx) Ideoque *huic* neque nocere, neque etiam prodeſſe poteſt id, quod fecit, dum *ſeruus* fuit, quemadmodum tradit *Philippus Decius* in Enarr. in *Tit. ff.* de *Reg. Iur.* *Vlpianus* eum eſſe *Libertum* definit, quem quis e *Seruitute* ad *Ciuitatem Romanam* perduxit.

(yy) *Libertinorum* Statum olim *tripertitum* fuiſſe *Schardius* in Lex. Iuridico p. 534. col. b. oſtendit, dicendo, EOS vel *Ciues Romanos*, vel *Latinos*, vel *Dedititios* fuiſſe.

Libertas l. 4. D. Stat. hom. eſt naturalis et licita Poteſtas agendi, vt velis (zz). *Licentia* vero eſt morum vitaeque diſſolutio, vel procacitas linguae (a). ILLA in *bonam* partem fere ſumitur; HAEC in *malam* Luius lib. 37. Libertatem *cum aliis vanam oſtendiſſet*, *totam in ſuam* Licentiam *verterat*. Idem lib. 44. *Omnium rerum* Libertatem, *immo* Licentiam *ſi vera dicere volumus*, *deſiderant.* Tacitus de claris Oratoribus: *Eſt magna iſta et notabilis Eloquentia*, *Alumna* Licentiae, *quam ſtulti* Libertatem *vocant*. Confunduntur tamen quandoque haec Duo, et *Licentia* accipitur in *bonam* partem; Libertas in *malam.* Salluſt. in Iugurtha; *Componendi Belli* Licentiam *ipſi permittit.* Cicero lib. 1. Off. *Magnis enim illi et diuinis Bonis hanc* Licen-

Digitized by Google

tiam *adſequebantur.* Aliquando vtrumque in *malam* partem. Cicero pro Flacco: Graecia *hoc vno modo concidit* Libertate *immoderata, et* Licentia *Concionum*, et Lib. 3. in Verrem: Nunquam *ipſimet nobis praecideremus iſtam* Licentiam Libertatemque *viuendi.*

(zz) Ideoque *publica* et non *priuata* res eſt et opponitur *Seruituti.* LIBERTAS etiam DEA eſt *Libertatis*, cuius Templum in *Auontino* conſtitutum fuiſſe *Hiſtoriae* tradunt.

(a) *Proprie* autem LICENTIA non ſolum eſt *data* aliquid faciendi facultas, ſed et *vſurpata* facultas. De *nimia* autem *Licentia* ſcribit *Deſ. Eraſmus Roterod.* Cent. II. Epiſt. 47. hoc modo: *Ita ſit, quoties ſemel, effractis repagulis, ſeſe in* Licentiae *campum effudit hominum temeritas, nullum facit inſaniendi finem, donec omnia ſecum inuoluat exitio.* Leg. *Goclenii* Obſeru. L. L. p. 236.

Liberum eſſe (b) et *in Libertate eſſe* multum differre volunt Iuriſconſulti. Nam *Liber eſt*, qui nullius Poteſtati ſubiectus eſt, vt qui *iuſta libertate* manumiſſus; In *Libertate* vero eſt, qui ſe *Liberum* putat, et ſe pro *Libero* gerit, quamuis *Seruus* ſit; Itemque qui Domini voluntate in *Libertate* eſt. Vlpianus ad Edictum 53. l. 10. D. de liber. cauſ. *Quod autem diximus in* Libertate *fuiſſe, ſic eſt accipiendum, non vt ſe* Liberum *doceat is, qui* liberale *iudicium patitur, ſed in poſſeſſione* Libertatis, *ſine dolo malo fuiſſe.*

(b) Huic eſt affine *Liberum agere*, quod, teſtante *Zaſio*, nihil aliud eſt, quam *nullum habere Dominum, cui ſubiectum eſſe oporteat.*

Librarius eſt, qui Libros Inſtrumentaque conſcribit, et tam priuatus eſt, quam publicus (c);

Scri-

Scriba, qui Rationes publicas refert in Tabulas, et tantum publicus eſt; *Scriptor*, qui Libros componit. Cicero Orat. 2. in Rullum: *Ornat eos Apparitoribus*, Scribis, Librariis, *Praeconibus*, *Architectis*. Idem pro Domo: Scribae, *qui nobiscum in rationibus, monumentisque publicis verſantur*. Horatius in Arte Poetica *) v. 354. ſeq.

Vt Scriptor *ſi peccat*, *idem* Librarius *vſque*,
Quamuis eſt monitus, *venia caret*.

Quanquam interdum priora duo iunguntur, et SCRIBA Librarius dicitur, qui *Magiſtratui* apparet, idem *publicus*, idem *priuatus* a manu. Varro lib. 3. de Re Ruſt. *Ex quibus rebus* Scriba Librarius *libertus eius*. Senatusconſultum de Aquaeductibus: *Seruos publicos ternos Architectos ſingulos et* Scribas Librarios, *Accenſos*, *Praeconesque totidem habere*, *quot habent ii*, *per quos frumentum plebi datur*. Vetus Inſcriptio: T. CECIENVS FELIX AVGVSTALIS SCRIBA LIBRARIVS AEDILIS CVRVLIS VIATOR AEDILIS PLEBIS ACCENSVS CONSVLIS. Alia: HERCVLI ET SILVANO SANCTO SACRVM L. IVN. LYCO SCRIBA LIBRARIVS AEDILIVM CVRVLIVM D. D.

(c) *Librarius* etiam non tam *Scriptor* dicitur, quam *Librorum compoſitor*. Vnde *Martialis* de Libris ſuis Lib. II. *Epigramm.* VIII. v. 3. ſeq.

Non meus eſt error: *nocuit* Librarius *illis*,
Dum properat Verſus annumerare tibi.

Apud ROMANOS *Librarii* non ſolum erant, qui *Libros* transſcribebant, ſed eos quoque vendebant, quorum Tabernas in *Argileto* fuiſſe conſtat.

Digitized by Google

Librarios a *Notariis* quidam putant hoc differre, quod LIBRARII ſcribebant *litteris*: NOTARII verba dictantis per *Notas*, (d) et *Compendia* excipiebant. Hi ταχυγράφοι et ὀξυγράφοι: Illi καλλιγράφοι *Graecis* dicuntur. Vlpianus de omnibus tribunalibus 8. l. 1. D. de var. et ext. *Iam et* Librariis, Notariis *et Calculatoribus ſiue Tabulariis*. Paul. Reſponſ. 1. l. 40. D. de Teſt. milit. Lucius Titius *miles* Notario *ſuo Teſtamentum ſcribendum* Notis *dictauit, et antequam litteris perſcriberetur, vita defunctus eſt.* Etſi conſtat Librarios etiam *Notis* vſos in perſcribendis Libris. Cicero lib. 3. de Oratore: *Neque* Librariorum Notis; *ſed verborum et ſententiarum modo.* Quam Scribendi rationem, vt incertam et obſcuram, *Iuſtinianus* Imperator ſuſtulit; cum de veteri Iure enucleando ita edixit: *Ipſe autem* Librarius, *qui ea inſcribere auſus fuerit, non ſolum criminali poena, ſecundum quod dictum eſt, plectetur, ſed etiam* Libri *aeſtimationem in duplum Domino reddet, ſi ipſe Dominus ignarus talem* Librum *vel comparauerit, vel confici curauerit.*

(d) Ipſum *Ciceronem* de NOTIS *Librum* conſcripſiſſe, ex eius *Fragmentis paſſim impreſſis* eſt videre.

Ligare †, eſt iniicere alicui vincula (e); *Alligari* quis dicitur ad aliquid, ſine quo eſſe non poſſit. *Donatus.*

† *Ligat* quis vinculo, *legat* teſtamento. Agraet. R.

(e) ſeu aliquem vinculis conſtringere. *Comenius* noſter doctiſſimus dicit, *hoc Verbum habere* vſus varios; neque *Ligamina* eſſe vniusmodi. Caligas enim *colligamus* ligu-

ligulis; Femori *ſubligamus* ſubligaria; Fronti *praeligamus* frontalia. Lictor *circumligat* ac *perligat* Maleficos lictoriis loris, *religatisque* poſt tergum manibus *alligat* polo. Chirurgus ad *obligandos* vulneratos *ligamentis* ad *deligandum* idoneis eſt *obligatus*.

Lignum et *Materiam* Vlpianus ſubtiliter diſtinxit ad Sabinum 25. l. 15. D. de Legat. III. LIGNI *appellatio*, inquit, *nomen generale eſt*, *ſed ſic ſeparantur*, *ne ſit aliquid* Materia, *aliquid* Lignum. MATERIA *eſt*, *quae ad aedificandum fulciendumue neceſſaria eſt* (f); LIGNVM, *quicquid comburendi cauſa paratum eſt*, Idem 17. l. 12. D. de Vſuf. *Nec* Materia *eum pro* Ligno *vſurum*, *ſi habeat*, *vnde vtatur* Ligno. Paulus ad Sabinum 4. l. 56. D. de Leg. III. *Pali et Perticae in numero* Materiae *redigendi ſunt*, *et ideo* Lignorum *appellatione non continentur*. Quibus et Varro conſentit de Lingua Lat. (g) *A* legendo LIGNA *quoque*, *quod ea caduca* legebantur *in agro*, *quibus in focum vterentur*.

(f) *Proprie* autem eſt *Materia*, ſeu *Materies*, (qſ. *Mater rei* dicta) omne id, ex quo aliquid fit. In *ſpecie* denotat *Lignum*, ſeu *Lutum*, ſiue *Lapides*, queis Aedes ſolemus exſtruere.

(g) Lib. V. (et non IV. ſicuti in diuerſis Editionibus falſo extat) p. 61. Edition. *Scaligeriano-Stephanianae*. *Perottii* autem Editio conſtituit col. 1081. Conf. *Voſſii* Etymologicum L. L. p. 289. col. a.

Liguritor vel *ligurio*, quod deprauatum eſt ex voce liguritor, qui cupediis ita deditus eſt, ut lingat digitos vel catinos. *Cupes* eſt, cui delicatum eſt palatum, qui cupediis eſt deditus. *Lurco*, qui ventri,

 et

Digitized by Google

et iis, quae ſub ventre ſunt, deditus eſt. *Gulo* eſt, cui inexplebilis venter eſt. *Popino*, qui popinas celebrat, id eſt, frequentat. *Ganeo* eſt, qui non tantum ventri, ſed libidini etiam ſeruit. Goclen. R.

Limatum plus eſt, quam *Politum*. ILLVD prius; HOC poſterius. *Goclenius* loc. cit. p. 236. H.

Limen aedium eſt. *Limes* regionum. Aegrot. R.

Lingula cum non a linguendo dicta eſt, in argento: in calceis vero *lingula* a ligando: ſed vſus ligulam ſine N frequentat. Soſip. R.

Lintearii ſunt, qui lintariam negotiationem exercent (h); *Linteones*, qui Lintea conficiunt atque texunt. Vlpianus ad Edictum 28. l 5. D. de Inſt. Act. *Sed etiam eos inſtitores dicendos placuit, quibus Veſtiarii, vel* Lintearii *dant veſtem circumferendam et diſtrahendam, quos vulgo* CIRCITORES *appellamus.* Idem Lib. 39. l. 5. D. de Trib. Act. *Duas negotiationes exercebat, puta ſagariam et lintearium.* Vetus Inſcriptio; NEGOTIATORES LINTEARII ET CASTRASIARII. Plautus in Aulularia. *) Act. III. Sc. V. v. 38.

Propolae, LINTEONES, *Calceolarii.*
Vegetius Lib. I. de Re militari: *Piſcatores, Aucupes, Dulciarios*; Linteones.

(h) h. e. Lintea, ſeu Pannum lineum vendunt;

Liquor cum *Nomen* eſt (i), *li* breuis eſt; cum *Verbum* (k); producitur, vt Virg. Lib. I. *Georgic.* *) v. 43. ſeq.

Vere

Vere nouo gelidus canis cum montibus humor
Liquitur.

(i) et Humorem fluidum denotat,

(k) Verbum autem *Liquari* idem eſt, ac *calore diſſolui.*

Lis naſcitur (l), Pertinacia efficit *Controuerſiam* †: Et *Ligant* homines, Res in *Controuerſiam* deducitur. Ita *Controuerſia* Partis eſt, *Lis* Summa *Corn. Fronto.*

(l) et eſt Controuerſia inter Partes iudicio contendentes. Interdum tamen etiam eſt extra *Forum*, et pro *Rixa*, vel *qualibet concertatione* ponitur. *Lis* autem *aeſtimata* vocabatur *Pecunia mulctatitia* et *nummaria Sententia*: vt hodie cum Iudices certa ſumma Actorum diſpendia et incommoda aeſtimantes *certae pecuniae* Reos damnant. Vid. *Doleti* Phraſes, ſeu Form. L. L. eleg. fol. 89. fac. b. col. 2. *Nicolai Erythraei* Index in *Virgilium* p. 151. col. a. Edition. *Venetae.*

† *Controuerſiae* ſunt in facto; *iudicia* in iure. *Controuerſiae* ad litigatores, et teſtes, *iudicia* ad iudices referuntur. *Lis* quidam volunt proprie ante conteſtatam, *controuerſiam* poſt conteſtatam litem. Sed *litem* et *controuerſiam*, ſaepiſſime pro eadem accipi, certum eſt. R.

Litare † eſt propitiare, et votum impetrare (m); *Sacrificare* (n) vero eſt offerre ſacrum, et veniam poſcere. Cic. in Somn. Scip. l. 8. Plautus in Poenulo:

Si hercle iſtuc unquam factum eſt, tum Iupiter
Faciat, vt ſemper ſacrificem, *nec vnquam* litem.

Suetonius in Caeſare: *Dein pluribus hoſtiis caeſis cum* litare *non poſſet, introiit curiam, ſpreta Religione.* Dicitur autem *Litare*, non, ut *Grammatici* volunt, ἀπὸ τῶν λιτῶν, id eſt, a Precibus, ſed a ver-

 bo

Digitized by Google

bo *Luere*, id eſt, ſoluere. Varro in Hecatombe: *In quo ego, vt puto, quoniam eſt* LVERE *ſoluere*, litaui.

† *Litare* ſpecialius, *immolare* generalius. R.

(m) Leg. *Virgilius* Lib. IV. *Aeneid.* v. 50. ſeq. hunc in modum canens.

Tu modo poſce DEOS *Veniam*, *Sacrisque* litatis

Indulge hoſpitio. - - - - - - -

(n) *Sacrificari* quoque pro *Sacrificare* dici, ex *Varrone* Lib. II. de *R. R.* Cap. VIII. p. 119. Edition. *Commelin.* eſt diſcendum, vbi extant verba ſequentia: *Cum hanc loqueremur*, *Venit* a MENATE *Libertus*, *qui dicat*, Liba *Abſoluta eſſe*, *et ad rem diuinam* (ita enim legit non incommode *Laurenbergius* in *Antiquar.* p. 395. col. p. ubi et pro MENATE, *Maecenate* ſubſtituit) *parata*; *ſe Vellent*, *Venirent illuc*, *et ipſi pro ſe* ſacrificarentur. Quae verba retinuit quoque *Scaligeriano - Stephaniana* Editio, vbi extant p. 98. Conf. Cap. XI. eiusd. Libri p. 107. iuxta *Commelin.* v. p. 125. vbi habentur haec verba: *Non negarim*, *ideo apud* Diuae Ruminiae *Sacellum a Paſtoribus ſatam Ficum. Ibi enim ſolent* Sacrificari *lacte pro Vino et pro lactentibus.*

(o) Act. II. Sc. I. v. 41.

Litteratum † a *Litteratore* quidam diſtinguunt, inquit *Suetonius*, vt GRAECI *Grammaticum* a *Grammatiſta*, et ILLVM quidem *abſolute*; HVNC *mediocriter* doctum exiſtimant. Quorum opinionem *Orbilius* etiam exemplis confirmat. *Nam apud Maiores*, ait, *cum Familia alicuius venalis produceretur*, *non temere quem* Litteratum *in titulo ſed* Litteratorem *inſcribi ſolitum eſſe*, *quaſi non perfectum litteris*, *ſed imbutum.*

† *Litteratus* eſt, qui a Cicerone *politus*, qui aliquid eleganter, et acute poſſit dicere aut ſcribere: *eruditus*, qui

ipſam

ipſam ſententiam vel artem nouit, ſe polite et eleganter explicare non ſciat. Corn. Nep. vid. Paraeus. R.

(p) *Litteratum* etiam in *malam partem* pro LITTERIS, h. e. *Notis contumeliae ac malae famae* compuncto, ſumi, *Chalinus* Seruus apud *Plautum* in *Caſina* docet Act. II. Sc. VI. v. 49. his verbis:

- - - - - *Si hic* Litteratus *me ſinat.*

In quem locum videndus *Taubmanni Commentar.* p. 390. col. 1 B.

Littus (q) Inſt. de Rer. diuiſ. §. 1. & ſeqq. proprie Maris eſt; *Ripa* (r) Fluminis. *Illud* commune eſt, nec in vllius dominio cenſetur; *Hoc* pertinet ad eos, qui habent proxima Praedia. Ouidius:

- - - - - *campoque recepta*

Liberioris aquae pro Ripis Littora *pulſant.*

Idem Lib. 10. Metamorph.

- - - - *Reſpondent flebile* Ripae,

Iamque Mare inuectae flumen populare relinquunt,

Et Methymnaeae *potiuntur* littore LESBI.

Suetonius in Nerone: *Diſpoſitae per* Littora *et* Ripas *diuerſoriae tabernae parabantur.* Sed interdum LITTVS *generaliter* appellatur, quicquid *iuxta aquam* eſt, autore *Seruio.* Vnde et LITTVS *Fluminum* dicunt *Poetae*, quibus haec licentia tribuitur. Virgilius: (ſ)

Cum tibi ſollicito ſecreti ad fluminis vndam,

Littoreis *ingens inuenta ſub ilicibus ſus.*

Et *Lacuum*: Catullus. (t)

Comi *moenia* Lariumque LITTVS.

Digitized by Google

bo *Luere*, id eſt, ſoluere. Varro in Hecatombe: *In quo ego, vt puto, quoniam eſt* LVERE *ſoluere*, litaui.

† *Litare* ſpecialius, *immolare* generalius. R.

(m) Leg. *Virgilius* Lib. IV. *Aeneid*. v. 50. ſeq. hunc in modum canens.

Tu modo poſce DEOS *veniam*, *Sacriſque* litatis
Indulge hoſpitio. - - - - - - -

(n) *Sacrificari* quoque pro *Sacrificare* dici, ex *Varrone* Lib. II. de *R. R.* Cap. VIII. p. 119. Edition. *Commelin.* eſt diſcendum, vbi extant verba ſequentia: *Cum hanc loqueremur*, *venit* a MENATE *Libertus*, *qui dicat*, Liba *Abſoluta eſſe*, *et ad rem diuinam* (ita enim legit non incommode *Laurenbergius* in *Antiquar.* p. 395. col. p. ubi et pro MENATE, *Maecenate* ſubſtituit) *parata*; *ſe vellent*, *venirent illuc*, *et ipſi pro ſe* ſacrificarentur. Quae verba retinuit quoque *Scaligeriano-Stephaniana* Editio, vbi extant p. 98. Conf. Cap. XI. eiusd. Libri p. 107. iuxta *Commelin.* v. p. 125. vbi habentur haec verba: *Non negarim*, *ideo apud* Diuae Ruminae *Sacellum a Paſtoribus ſatam Ficum. Ibi enim ſolent* Sacrificari *lacte pro vino et pro lactentibus*.

(o) Act. II. Sc. I. v. 41.

Litteratum † a *Litteratore* quidam diſtinguunt, inquit *Suetonius*, vt GRAECI *Grammaticum* a *Grammatiſta*, et ILLVM quidem *abſolute*; HVNC *mediocriter* doctum exiſtimant. Quorum opinionem *Orbilius* etiam exemplis confirmat. *Nam apud Maiores*, ait, *cum Familia alicuius venalis produceretur*, *non temere quem* Litteratum *in titulo ſed* Litteratorem *inſcribi ſolitum eſſe*, *quaſi non perfectum litteris*, *ſed imbutum*.

† *Litteratus* eſt, qui a Cicerone *politus*, qui aliquid eleganter, et acute poſſit dicere aut ſcribere: *eruditus*, qui

ipſam

Digitized by Google

ipſam ſententiam vel artem nouit, ſe polite et eleganter explicare non ſciat. Corn. Nep. vid. Paraeus. R.

(p) *Litteratum* etiam in *malam partem* pro LITTERIS, h. e. *Notis contumeliae ac malae famae* compuncto ſumi, *Chalinus* Seruus apud *Plautum* in *Caſina* docet Act. II. Sc. VI. v. 49. his verbis:

- - - - - *Si hic* Litteratus *me ſinat.*

In quem locum videndus *Taubmanni Commentar.* p. 390. col. 1 B.

Littus (q) Inſt. de Rer. diuiſ. §. 1. & ſeqq. proprie Maris eſt; *Ripa* (r) Fluminis. *Illud* commune eſt, nec in vllius dominio cenſetur; *Hoc* pertinet ad eos, qui habent proxima Praedia. Ouidius:

- - - - - *campoque recepta*

Liberioris aquae pro Ripis Littora *pulſant.*

Idem Lib. 10. Metamorph.

- - - - *Reſpondent flebile* Ripae,

Iamque Mare inuectae flumen populare relinquunt,

Et Methymnaeae *potiuntur* littore LESBI.

Suetonius in Nerone: *Diſpoſitae per* Littora *et* Ripas *diuerſoriae tabernae parabantur.* Sed interdum LITTVS *generaliter* appellatur, quicquid *iuxta aquam* eſt, autore *Seruio.* Vnde et LITTVS *Fluminum* dicunt *Poetae*, quibus haec licentia tribuitur. Virgilius: (ſ)

Cum tibi ſollicito ſecreti ad fluminis vndam,

Littoreis *ingens inuenta ſub ilicibus ſus.*

Et *Lacuum*: Catullus. (t)

Comi *moenia* Lariumque LITTVS.

Ouidius lib. VI. Faſtor.

Sunt tibi Flaminius, Thraſimena*que* LITTORA *teſtes.*

RIPAM vero etiam *Maris.* Horatius: (u)

Hoſtium vxores, puerique coecos
Sentiant motus orientis Auſtri, et
Aequoris nigri fremitum, et trementes
Verbere Ripas.

(q) qſ. *Lutus*, a *luendo*, ſeu *lauando*, et eſt Ora *Maris*.

(r) quod a ῥιπῇ, hoc eſt *Ventorum*, vel *Aquarum*, quem ſuſtinet, *impetum* denotans, deriuatur, et eſt Labrum *Fluminis*.

(ſ) Lib. III. *Aeneid.* v. 389. ſeq. Vid. Lib. VIII. *Aeneid.* verſ. 43.

(t) Epigr. XXXIII. v. 4. Editio autem *Tuſcanellae* Hanouiana facit Epigr. XXXVI.

(u) Lib. III. *Carmin.* Od. XXVII. v. 21. ſeqq.

Lituus Equitum eſt, et incuruus; (x) *Tuba* vero Peditum et directa. (y) *Illius* ſonus eſt acutus; *Huius* grauis. *Acron.* Horatius (z):

Multos caſtra iuuant, et Lituo Tubae
Permiſtus ſonitus.

(x) Deſcribitur autem a *Perotto* in *Cornucop.* Epigr. V. col. 512. quod ſit *Buccina minor incurua, ſono acuto. Lituo* qui canit, *Liticen* appellatur.

(y) *Tubae* fiunt vel ex *Lignis*, vel ex *Cornibus*, vel ex *Aere.* HAE dicuntur *ductiles*; ILLAE *Corneae*: *Iſtae* autem *Ligneae.* Qui *Tuba* canit, dicitur *Tubicen.*

(z) Lib. I. *Carmin.* Od. I. v. 23. ſeq.

Locuples a copia Locorum; (aa) *Diues*, quia diuidendi facultatem habet; *Opulentus* ab Opibus; *Potens*

Potens, qui, quod vult, poteſt; *Fortunatus*, cui forte aliquid contingit; *Beatus*, qui apud *Graecos* μακάριος eſt: *Pecunioſus*, qui habet pecuniam, vel pecora. *Corn. Fronto.*

(aa) Erant enim omnes Veterum diuitiae in *Agris* atque *Pecoribus*, et quem, *Catone* referente, Virum bonum *Colonum* dixiſſent, ampliſſime laudaſſe exiſtimabantur.

Locus natalium eſt, *Ordo* fortunae. Donat. R.

Longitudo Menſura eſt (bb), *Longinquitas* Regionis, aut Temporis. *Soſip.*

(bb) et nonnunquam idem eſt, ac *prolixitas*;

Longum praeuerbium eſt, itaque verbum illi opponitur, *Longinquum* itineris eſt. Corn. Front. R.

Loquax, qui nimium loquitur, *Eloquens*, qui copioſe loquitur. Varro. R.

Loqui eſt Hominis; *Obloqui* Obtrectatoris; *Alloqui* Suadentis vel Adhortantis, vel Blandientis; *Eloqui* Oratoris (cc) *Agraet.*

(cc) Leg. *Barthii* Lib. XXXII. *Aduerſar.* Cap. I. col. 1466.

Loquimur naturaliter; *Famur* facunde; *Sermocinamur* cum aliis. H.

Loquitur is, qui ſuo loco quodque verbum ſciens ponit, *Proloquitur* iſte, cum animo quid habuit, idque extulit loquendo. Varro. R.

Lubens et *Libens*, voluntatem et voluntarias actiones ſpectant, *Charus*, *Iucundus*, *Amans* animi beneuolentiam indicant. R.

Lucens eſt, quod aliunde illuminatur (dd); *Lucibile*, quod lucet per ſe. *Seru.*

Digitized by Google

(dd) ſeu Lucem aliunde habet.

Lucidum eſt, quod aperto coelo lumen accipit, *Luminoſum*, quod multis foraminibus illuminatur. Corn. Front. R.

Luctus plus eſt, quam *Moeror*. (e) Salluſt. in Catilina: *Varie per omnem exercitum Laetitia*, Moeror, Luctus *atque* Gaudia *agitabantur*. Tacitus Lib. 3. Annal. *Conueniſſe recenti dolore* Luctum, et *ex* Moerore *ſolatia*.

(e) *Valla* Lib. IV. *Elegantiar*. Cap. LX. p. 194. LVCTVM definit, quod ſit dolor, qui exterius proditur vultu ipſo atque aſpectu. Audiamus et *Ciceronem* Lib. IV. *Tuſcul. Quaeſt.* fol. 213. fac. a. Editionis *Sturmiano - Argentor*. hunc in modum loquentem: Angor *eſt aegritudo premens*. Luctus aegritudo *ex eius, qui charus fuerit, interitu acerbo*. Moeror *aegritudo flebilis*. Aerumna *aegritudo laborioſa*. Dolor *aegritudo crucians*. Lamentatio *aegritudo cum eiulatu*. Sollicitudo *aegritudo cum cogitatione*. Moleſtia *aegritudo permanens*. Afflictatio *aegritudo cum vexatione corporis*. Deſperatio *aegritudo ſine vlla rerum expectatione meliorum*. Vnde *Lugere* eſt ob rem charam amiſſam vehementius triſtari. Sic *Fida Vxor* luget luctuoſum *Mariti obitum* lugubri *voce*, *grauique animi* luctu, *nec*, *loquente Comenio*, *facile* elugere *poteſt*.

Lucus (ff) eſt vtplurimum incaeduus, religioſusque; *Nemus* voluptatis cauſa comparatum eſt, et plerumque *Dis* ſacrum; *Sylua* nomen generale eſt, et habet arbores incaeduas pariter et caeduas; *Saltus* vero dicitur locus ſecluſus, vbi paſcuntur armenta, feraeque verſantur (gg). Catullus (hh):

Syluarum*que virentium*,
Saltuum*que reconditorum*.

Lucretius lib. 5.

Auia

Auia per Nemora, *ac* Syluas, Saltus*que reperta.* Liu. lib. 24. Lucus *vbi frequenti* Sylua, *et proceris abietis arboribus ſeptus.*

(ff) LVCVM *Pindarus* Od. III. *Olympicor.* Stroph. II. v. *3.* ſeq. tum propter amplitudinem, cum propter maximam hominum in *Ludis Olympicis* frequentiam πάνδοκον ἄλσος, hoc eſt, *omnes*, ſeu *omnia recipiens*, haud inepte nuncupat. Vid. *Eraſmi Schmidii* doctiſſimus Commentarius in hunc *Pindari* loc. p. 127. col. a. Sic LVCI *Petelini* meminit *Plutarchus* in *Camillo* p. 148. C. Tom. I. Oper.

(gg) Leg. *Henrici Decimatoris* Theſaurus Lingg. p. 752. col. 2. *Lipſiae* Litteris *Lanzenbergianis* Anno M. DC. IIX. in fol. impr.

(hh) Epigr. XXXII. v. 10. ſeq.

L*udere* piſcem, eſt non laeſum viuere, *Natare*, quod etiam languidi poſſunt. Donat. R.

Ludum † *et Luſum* putat *Valla* (ii) hoc differre, quod *Ludus* cum *periculum*, tum *ſpem* Lucri ſibi propoſitam habet (kk). *Luſus* nihil, praeter *meram Voluptatem.* Qua ratione LVSVS *Pilae*, *Trochi* et *Ocellatorum.* *Aleae* LVDVS dicitur; cum tamen veteres Autores ſaepius vſurpent *Luſum Aleae.* Vt Cicero in Philippica 2. et Suetonius in Auguſto: *Cum effuſe in* Luſu *liberalis fuiſſem.* Idem in Caligula: *Ac ne ex* Luſu *quidem* Aleae *compendium ſpernens.* Paulus ad Edictum 10. l. 2. D. de Aleat. *Solent enim quidam et cogere ad* Luſum, *vel ab initio*, *vel victi dum retinent.* Ego potius crediderim LVDVM de *honeſtis* et *grauioribus oblectationibus* dici; LVSVM de *puerilibus*, vel *quaeſtuoſis.* Liu. lib. 47. *Pars in iuueniles*

Digitized by Google

les Lvsvs, *Laſciuiamque verſi.* Et lib. 49. *Alius conceſſum* Ludum, *et Laſciuiam eſſe credere.* Columella lib. 7. Luſus *ac* Laſciuiae *cauſa.*

† *Ludus* lucri, *luſus* voluptatis. R.

(ii) Lib. IV. *Elegantiar.* Cap. XVI. p. 260.

(kk) Sic in *Ludo* gladiatorio ſi *luſio* ſeria eſt, periculoſa eſt; ſed ſaepius eſt *colluſio* et ſpectatorum *ludificatio.* Comenius.

Lues eſt qualiscunque contagio, quae *Homines, Arbores* et *Fruges* inficit (ll); *Peſtis* ſignificat omne Malum, quod tam *inanimis*, quam *animatis* mortem et exitium repentino adfert. Ita HAEC ſemper *Capitalis* (mm); Illa quandoque *leuior.* Liuius lib. 52. *Locuſtarum tanta nubes a Mari vento repente in* Apuliam *illatae ſunt, vt examinibus ſuis agros late operirent: ad quam* Peſtem *frugum tollendam.* Lucanus lib. 6. *) v. 100. ſeqq.

Sed languor cum morte venit, turbaque cadentum
Aucta lues, *dum mixta iacent incondita viuit,*
Corpora.

(ll) ſeu eſt morbus contagioſus, *Animalia* et *Homines* depaſcens.

(mm) Quoniam *peſtifera* contagio (ſemper) inficit aerem, excitatque *Peſtilentiam* in locis *peſtilentioſis.* Huic (sc. PESTILENTIAE) opponitur proprie *Conſeruatio* et *Salus*; PESTI autem *Salubritas.* Leg. Gambarellae Liber *Oppoſitor.* p. 585.

Lugere eſt, lugubri habitu incedere: *Elugere,* legitimum tempus a nuptiis, et aliis, quae prohibita lugentibus ſunt, abſtinere. Iacob. Raeuard. lib. 1. Variorum Cap. 20. R.

Lumen

Digitized by Google

Lumen l. 15. et 10. D. de Seru. Vrb. Praed. aliud eſt omnino, aliud *Proſpectus*. *Lumen* enim de *coelo* capitur (nn); *Proſpectus* etiam ex locis inferioribus (oo) HIC plerumque *Voluptatis* eſt; ILLVD *Neceſſitatis*. Et *Proſpectus* ſeruitus eſt, ne quid officiatur ad gratiorem *Proſpectum* et liberum; *Luminis* autem ſeruitus eſt, ne *Lumina* cuiusquam obſcuriora fiant: de quibus cauent Iurisconſulti.

(nn) et eſt *Lucis* per vicina Corpora repercuſſio, dictum qſ. *Lucimen*. Quomodo autem vſurpetur *Metaphorice*, vid. apud *Doletum* loc. perſaepe alleg. fol. 93. fac. a. col. 1. ſeq. atque *Giſanium* in *Obſeru*. L. L. p. 130. et 346.

(oo) et eſt *libera* et *non impedita* proſpectio, quemadmodum teſtatur *Perottus* in *Cornucop*. Epigr. II. col. 189. lin. 30. ſeq.

Luſcus dicitur, qui altero oculo caret, et Graece μονόφθαλμος appellatur (pp). Martialis *) lib. 3. *Epigr*. VIII.

- - - - *Thaida* LVSCAM
Vnum oculum Thais *non habet*;

Luſcitioſus eſt, qui μύωψ, aut νυκτάλωψ vocatur a *Graecis*, et propter vitium Oculorum parum videt *tempore veſpertino*, vt putant *Varro* et *Opilius*, aut *meridie*, vel *lumine adhibito*, vt voluit *Vlpianus*, cui *Seneca* et *Grammatici* conſentiunt. Plautus in Milite:

- - - - *Aedepol tu quidem*
Non Coecus, *non* Luſcitioſus.

Varro lib. 8. Diſciplinarum: *Veſperi non videre, quos appellant* Luſcitioſos. Seneca lib. 3. de Benefi-

Digitized by Google

neficiis: Luſcitioſi *oculi ſunt, qui lucem reformidant;* Coeci, *qui non vident.*

(pp) *Luſcum* altero oculo captum, vel orbum, Veteres dixerunt *Coclitem.* Vnde et *Cyclopes*, qui *Siciliam* inhacitaſſe dicuntur, vnum tantum oculum in fronte habentes *Coclites* dicti: Et *Horatius* Patricius Romanus, quod oculum vnum in praelio amiſit, *Coclitis* cognomen eſt adeptus.

Luxuria datur in ſumtu; *Licentia* in actione, Conf. *Goclen.* l. c. p. 236. H.

Luxurio et *Luxurior* ita ſeparat Diomedes, vt alterum ſit in *Laude*, alterum in *Vituperatione*; cum tamen *Autores* his promiſcue vtantur, et vtrumque referant ad *Foecunditatem* vel *Luxuriam* (qq).

(qq) Alii dicunt *Luxuriare* animo; *Luxuriari* corpore.

M.

M*adidus* extrinſecus; *Vuidus* eſt intrinſecus. *Acron.* R.

Magiſtratus † appellantur, qui Tribunali ac Iurisdictioni praeſunt (rr); *Poteſtates* ſunt hi, qui Imperium aliquod Poteſtatemue obtinent. Cicero de Lege Agraria; *Non* Poteſtas, *non* Magiſtratus *vllus aliis negotiis ac legibus impeditus.* Suetonius in Claudio: *Iurisdictionem de Fideicommiſſis quotannis, et tantum in Vrbe delegari* Magiſtratibus *ſolitam in perpetuum atque etiam per prouincias* Poteſtatibus *delegauit.* Arnobius Lib. 6. *Secundas poſcitis Valetudines,* Magiſtratus, *Imperia,* Poteſtates, *Victorias.* Vlpianus ad Edictum l. 1. D. Quod quis-

quisque iur. *Qui* Magiſtratum, Poteſtatem*ue habebit.* Idem 35. l. 3. D. de Reb. eor. *Iuſſu* Magiſtratus, *vel Praeſidis*, *vel alterius* Poteſtatis. Martianus Inſtitut. 14. l. 3. D. ad l. Iul. m. *Quiue priuatus pro* Poteſtate Magiſtratu*ue quid ſciens dolo malo geſſerit.* Sed interdum MAGISTRATVS *Poteſtate* praeditus POTESTAS appellatur. Valerius Maximus de Caſſio, Tribuno plebis: *Poſtquam illam* Poteſtatem *depoſuit.* Iuuenalis Satyra 10. *) v. 100.

An Fidenarum Gabiorum*que eſſe* Poteſtas?

Vlpianus ad Edictum Aedilium Curulium 2. l. 17. D. de Aedil. Aed. *Ab Aliqua* Poteſtate *damnatus.* Modeſtinus Reſponſor. 4. l. 16. D. de Pign. *Fideiuſſor impetrauit a* Poteſtate, *vt et antequam ſoluere pignora ipſe poſſideat.*

† *Magiſtratus* in vrbe, *Poteſtas* extra vrbem in coloniis, etc. R.

(rr) Seu qui in Poteſtate aliqua ſunt conſtituti, quemadmodum eſt *Conſul*, *Pro-Conſul*, *Praetor*, *Pro-Praetor* et alii, qui *Ciuitatibus* et *Prouinciis* praeſunt. Leg. *Doletus* loc. cit. fol. 94. fac. a. col. 1. et *Schardii* Lexic. Iuridic. vbi p. 555. col. a. extat, quod MAGISTRATVS *multiplex* ſit *diuiſio*.

Malus Hic pars *Nauis* eſt; (ſſ) *Haec Malus* frugifera *Arbor*; (tt) *Hoc malum fructus* ex ea. *Clarus.*

(ſſ) ſeu Arbor *Nauis* vela tenens, (Maſtbaum) et tunc *prior Syllaba* eſt producta, *Malus* autem *priore Syllaba* correpta, eſt non Bonus a Μαλὸς h. e. *exitioſus*.

(tt) ſeu Arbor *Malum* ferens.

Digitized by Google

Mammas eſſe Hominis ſcito; (uu) at Pecudis *Vbera*; (xx) *Clarus.*

(uu) et denotant in *ſpecie* geminum in *Pectore* tuberculum.

(xx) Deſcribuntur autem, quod ſint *lactis in Animali officina.*

Mancipare plus eſt, quam *Vendere.* Nam *Mancipat is*, qui et proprietatem, et vſum atque fructum transfert, et euictionem praeſtaturum ſe ſpondet; (yy) *Vendit* etiam is, qui nuda et ſimplici traditione alienat. Praeterea MANCIPARE poterant ſoli *ciues Romani*, *Latini colonarii* et *Latini Iuniani*, iique *peregrini*, quibus datum erat commercium; VENDERE *cuilibet* permiſſum. Cicero Orat. Philippica 2. *Tum iſte* venditum *atque* mancipatum *Tribunatum conſiliis noſtris oppoſuit.* Quintilianus lib. 6. *Requirebat* CRASSVS, *vbi eſſent eae poſſeſſiones. Omnes autem illas Brutus* vendiderat, *et cum paterna* manciparet *Praedia*, *turpis habebatur.* Tacit. lib. 1. Annal. Venditis *hortis Statuam* AVGVSTI *ſimul* mancipaſſet.

(yy) Vnde *Manceps*, qui *publicum Vectigal* conducit, indeque quotidie qſ. *manu* quid capit, *Germanis* Ein-Mit-Zöllner. Denotat quoque aliorum ſimiliter *Redituum Conductorem*, einen Pacht-Mann.

Mancipium (zz) et *Nexus* ſunt Species abalienationis rerum Mancipi, quae hoc differunt, quod *Mancipium* eſt Proprietas et legitimum Dominium vel Dominii traditio, quae fiebat Teſtibus quinque praeſentibus, et libripende, certisque prolatis verbis, hunc videlicet in modum: *Is, qui rem*

Man-

Mancipio, *aes tenens ita dicebat*: (*Inſt. de Teſt. in pr.*) *Vlp. in Inſt. tit. 19.* HVNC EGO HOMINEM EX IVRE QVIRITIVM MEVM ESSE AIO, ISQVE MIHI EMTVS EST HOC ASSE AENEAQVE LIBRA: Deinde *Aere* percutiebat *Libram*, idque *Aes quaſi pretium* dabat ei, a quo rem accipiebat *Mancipio*. NEXVS ſiue NEXVM dicitur omnis obligatio, quae per *Aes* et *Libram* fiebat. (a) Itaque MANCIPIO res promittitur, datur, accipitur, quae *proprie* et *perpetuo* fit accipientis, neque euinci, aut vindicari poteſt; NEXV res oppignoratur, addicitur et obligatur: ſicut *Teſtamenta* NEXV fiebant, non MANCIPATIONE; quia Haeres quidem Familiam per *Aes* et *Libram* emebat, adhibitis quinque teſtibus et eo, qui Emptor Familiae vocabatur, ſed *Teſtator* idemque *Venditor* nihil iſti Emptori tradebat; tantum Haeredem in Teſtamento ſcriptum tali modo conſtituebat, vt ſcilicet poſt mortem ipſius poſſet Haereditatem adire: Pignora nectebantur, et Homo liber, qui ſuas operas in temporariam Seruitutem Creditori dabat, dum Debitum ſolueret, NEXVS dicebatur. Quo ſenſu Mutius Scaeuola dixit: NEXVM *eſſe*, *quod per Aes et* Libram *fiebat*, *vt contrahentes obligarentur*, *et ſe inuicem* necterent, *non vt res* mancíparentur. Quod et verum eſſe ex *Verbi* notatione *Varro* oſtendit. *Nam a* nectendo, (inquiens) *dicitur* NEXVM, *id quod per* Aes et Libram *obligatur*, *neque tamen alterius fit.* Lex. 12. Tab: CVM NEXVM FACIET MANCIPIVMQVE VTI LINGVA NVNCVPASSIT, ITA IOCVS

Digitized by Google

ESTO. Cicero de Aruſpicum Reſponſis: *Iure haereditario, iure Autoritatis, iure* Mancipii, *iure* Nexi. Idem ad Curtium: *Cuius quando proprium te eſſe ſcribis* Mancipio *et* Nexu; *meum autem vſu et fructu, contentus iſta ſum.* Sed interdum NEXVS nomen *generale* eſt, et in eo MANCIPIVM, vt *Species* in Genere, continetur. Ex quo Manilius Iuriſconſultus NEXVM definiuit *quodcunque per* Aes *et* Libram *geritur, ita vt in eo ſint res mancipi*: Sic iſtam rem, qua mancipatur, NEXV TRADI, NEXV OBLIGARI dixit Cic. in Topicis: *Abalienatio eſt*, inquit, *eius rei, quae* Mancipi *eſt, aut traditio alteri* Nexu, *aut in iure ceſſio, inter quos ea iure ciuili fieri poſſunt.* Idem ibidem: *Vt* Mancipia, *quae ſunt facta Dominorum* Nexu. Idem pro Muraena: *In rebus repetendis, quae* Mancipi *ſunt, is periculum praeſtare debet, qui ſe* Nexu *obligauit.* †

(zz) qſ. MANVCVPIVM, *proprie* eſt res ipſa, in quam habeo poteſtatem. Deinde denotat in *ſpecie* hominem in Bello manu captum, ſeruitutique ſubiectum. Cui accenſendi *Serui* atque *Ancillae emptitiae.* Vid. *Perotti* Cornucop. *Epigr. LVII.* lin. 51. ſeqq.

(a) *Elegantius* autem accipitur pro *quodam genere obligationis ciuilis*, qua *Corpus* etiam, vt *Pignus*, afficitur. Ob hoc *Nexi* et *Addicti* vocati ſunt *Homines obaerati*, qui *Lege* XII. *Tabb.* ob *aes alienum* Creditoribus in *temporariam Seruitutem* addicebantur. Conf. *Doletus* loc. perſaepe denomin. fol. 109. fac. b. col. 1.

† *Mancipia* dicuntur, quod manu capta ſunt, *ſerui*, qui ſeruati ſunt, cum eos occidi oporteret iure belli. Donat. R.

Maneo

Digitized by Google

Maneo ſimplicem moram; *Retineo* moram cum detinentis voluntate ſignificat. H.

Mango, eſt venalitius, qui ſcilicet ſeruos venales habet (b), *Mercator*, qui merces quaslibet emit, venditue. Nam *Veteres* appellatione *Mercis* homines cenſeri noluerunt et ob eam rem MANGONIVM a *Mercatura*, et MANGONES a *Mercatoribus*, ſeiunxere, vt ſcribit Africanus Quaeſtion. 3. Plautus in Trinummo (c):

Mercaturam*ue an venales habuit, vbi rem perdidit.*

Cicero pro Cornelio: *Neque me diuitiae mouent, quibus omnes* Africanos *et* Laelios *multi* Venalitii Mercatoresque *ſuperarunt*. Seneca lib. 4. de Beneficiis; Mercator *Vrbibus prodeſt*, *Medicus Ignotis*, Mango *Venalibus*.

(b) dictus quaſi a *manu agendo* vel a μάγγανον, quod *Praeſtigias*, ſeu *Deceptionem* denotat, quia *Mangones* et *Mares* et *Foeminae*, Rerum Veteratarum, *Veſtium* inprimis, Politiores dicuntur. Meminit et MANGONIS *Martialis* Lib. I. *Epigr. LIX.* de *Pueri pretio* v. 1. et apud eundem Epigr. Lib. IX. v. 4. dicitur *auarus* MANGO. *Graeci* hos ab *Equis componendis* vocant *Hippoconios*.

(c) Act. II. Scen. II. v. 51.

Manifeſtum eſt publica, ſeu famoſa inſinuatio communis, ex certa ſcientia et certis Autoribus proueniens; Maſcard. de *Probat*. Concluſ. MXLIV. *Notorium* dicitur, quod omnibus liquet, et a nemine poteſt inficiari ſine rubore. Leg. *Ahaſueri Fritſchii*, ICti aeſtimatiſſimi, *Additamenta eruditiſſima* ad Speculum *Speidelii* p. 684. col. b. H.

Digitized by Google

Manubiae appellantur Pecunia ex venditione Praedae contracta (d); *Praeda* vero dicitur (e) corpora ipſa rerum ab hoſtibus capta, donec non ſunt diuiſa, aut diuendita, autore Gellio. Cic. de Lege agraria: Praedam, Manubias, *Sectionem*, *Caſtra denique* Cn. Pompeii, *ſedente Imperatore*, *Decemuiri vendent.* Idem ibidem: *Ex* Praeda, *ex* Manubiis, *ex Auro coronario.* Suetonius in Nerone: *Ac ne non hinc quoque quantum poſſet* Praedae *et* Manubiarum *inuaderet.* Aliquando tamen MANVBIARVM vocabulo pro *qualibuscunque ſpoliis* vſi ſunt *Veteres*, atque etiam ipſe *Cicero*, cum ait: *Ex* Manubiarum *venditione*, Liuius lib. 29. *Cum magno piaculo ſacrilegii ſui* Manubias *retulit*, Suetonius in Veſpaſiano: *Sunt contra, qui opinentur*, *ad* Manubias *et Rapinas neceſſitate compulſum.* Itaque verius eſt, PRAEDAE nomine contineri omnia *Spolia* ab *Hoſtibus* capta, MANVBIAS † vero ſignificare *Ornamenta Hoſtibus* ademta, quae *manu* ferri poſſint, ad hoc *Pecuniam* inde redactam.

(d) ſeu ſunt *honeſtior Praeda* de *Hoſte*, dictae, quod *Manu* habeantur, tanquam *Virtutis Monumentum.*

(e) et quidem *generaliter*, quicquid ad *eſcam* rapitur ſeu

† *Manubiae* ſunt praeda imperatoris pro portione de hoſtibus capta. Pedian. in 3. contra Verrem. Cicer. Spolia quaeſita de viuo hoſte nobili per deditionem *manubias* veteres dicebant; et erat imperatorum haec praeda, ex qua, quod vellent, facerent. Ibid. Pedian. R.

Manus huius hominis dicimus: *Hanc Manum*, multos homines coniungentes. Agraet. R.

Mari-

Digitized by Google

Marinum vocatur, quod Mare incolit, vel eſt ex Mari (f); *Maritimum*, quod prope abeſt a Mari, vel quod in eo geritur. Hinc dicuntur *Dii* Marini, qui in imis *Gurgitibus* et *Vadis* habitare putantur, Marinus *Piſcis*, *Sal* Marinus, tum *Color* Marinus, *Aqua* Marina, rurſus *Agri* Maritimi, *Ora* Maritima, *Bellum* Maritimum: quae omnia notiora ſunt, quam vt exemplis firmari debeant. Interdum tamen haec confunduntur. Varro lib. 1. de Re Ruſt. *Vbi ſalem nec foſſitium, nec* maritimum *haberent.* Idem lib. 2. *Quin aſpergi ſolent ſales, melior foſſilis, quam* marinus. Vlpianus ad Edictum 28. lib. 1. D. de extr. Crim. *Nauem accipere debemus ſiue* marinam, *ſiue fluuiatilem.* Calliſtratus lib. 1. de Cognitionibus: *Immunitatem nauium* maritimarum *duntaxat habere, quae annonae vrbi ſeruiant.* (Vid. Leg. 5. D. de *Iure Imm.*)

(f) *Transmarinum* autem dicimus, quod *trans Mare* eſt. Vnde *Transmarinum Triumfum* vocamus et *Transmarinas Merces.*

Materies Animi eſt; *Materia* Arboris (g); et *Materies* qualitas ingenii; *Materia* Fabris apta. *Corn. Fronto.*

(g) *Materia*, et *Materies*, qſ. Nomen abundans, in *genere* eſt omne id, ex quo aliquid fit, qſ. *Mater rei.* In *ſpecie* autem denotat lignum domis exſtruendis commodum.

Matronam † et *Matremfamilias* eo differre *Gellius* (h) tradit, quod MATRONA *proprie* dicatur, quae in *Matrimonio* cum *Viro* quoquo modo con-

 ue-

Digitized by Google

uenerit ††; etiamſi Liberi nondum nati forent †††. Qua notione *Plinius* LOLLIAM PAVLINAM CAII *Principis* MATRONAM appellat. MATERFAMILIAS autem ea ſola, quae in *Mariti* manu mancioque, *confarreatione* vel *coemptione* conuenerit, et non in *Matrimonium* tantum, ſed in *Familiam* quoque *Mariti*, et in ſui *Haeredis* locum tranſierit ††††. Vnde fuit illa *Coemptionis* antiqua Formula: VIS MIHI ESSE MATERFAMILIAS. *Feſtus* autem MATRESFAMILIAS ait *non ante dictas, quam pepererunt ex* Marito Patrefamilias: *ſed neque* Viduam, *neque eam, quae ſine* Liberis *eſſet, eo nomine appellari*; MATRONAS *eas eſſe, quibus ſtolas habendi ius erat* (i). Iuriſconſulti l. 13. 10. D. de Adult. longe aliter, nec vno modo, his Vocabulis vtuntur. Nam interdum MATRONAS accipiunt *notae Autoritatis ſpectataeque Vitae Foeminas*; MATRESFAMILIAS vero *generaliter* appellant *quaslibet Mulieres honeſtas*; ſiue *Nuptae* ſint, ſiue *Viduae*; *Ingenuae*, an *Libertinae*; *Puellas* item, quae *ſui iuris* ſunt. Quibus conſentit Tertullianus in Libro de Virginibus velandis: MATERFAMILIAE, inquit, *vocatur, licet Virgo*, *et* PATERFAMILIAE, *licet inueſtis*. Aliquando easdem *indifferenter* vocant *Matronas* et *Matresfamilias*, et ſolum honeſtatem ſpectant, vt ex ipſorum *Reſponſis* liquet. Mihi videtur propria et vera horum Verborum Differentia eſſe, quod *Matronae* ſunt ſpectatae Autoritatis et Pudicitiae Foeminae, Nuptae, aut Viduae; *Matresfamilias* omnes, quae legitimae Vxores habentur. Ita MATRONA omnis eſt *Materfamilias*, non con-

Digitized by Google

contra, atque ſic Veteres fere vſi. Ennius in Andromeda *) p. 111.

Liberum quaeſendum cauſa Familiae matrem *tuae.*

Liu. lib. 10. *Vt nulla, niſi ſpectatae pudicitiae* Matrona, *et quae vni viro nupta fuiſſet, ius ſacrificandi haberet.*

† *Matrona* dicitur prima pueri mater. *Materfamilias*, quae plures peperit. Seruius. Inter *matrem* et *matremfamilias* hoc intereſt, quod *mater* eſt, quae praeter illam ſignificationem, quae eſt πρός τι, tantum conuenit in matrimonio, quod alii *matrisfamilias* applicuerunt, *materfamilias* vero, quae conuenit per coemptionem. Seru. R.

(h) Lib. XIIX. *N. A.* cap. VI. p. 591. Conf. *Schardii* Lexicon Iuridic. p. 566. col. a.

†† et in eo matrimonio manſerit. Seru. R.

††† dicta matris nomine ſpe atque omine, vnde et matrimonium dictum. Seru. R.

†††† *Foemina* enim vſucapta non conueniebat in manum et poteſtatem mariti, non ſuccedebat marito ab inteſtato; non fiebat materfamilias, ſed matrona. R.

(i) *Douſa* in *Centurionatu*, ſeu *Plautinar. Explanation.* Lib. II. Cap. II. in ſpecie ad *Caſin.* p. 136. dicit, quod criminis loco antiquitus aeſtimatum fuerit, *Matronas*, ſeu *Matresfamilias Romae ſine ancillarum comitatu* in proximum prodire, ne ſi in proximum quidem diuerteret, quo videlicet non culpam ſolum, ſed et ſuſpiciónes omnes in *alienis* potius, quam *ſuis* pectoribus ſitas ſegregarent a ſe, ſpernerentque quam longiſſime.

Matrimonium (k) et *Nuptias* ſeparant Iurisconſulti. Iulianus Digeſtorum 62. l. 11. 10. D. de Ritu Nupt. *Puto recte* Matrimonium, *vel* Nuptias *contrahi.* Paulus ad Edictum 35. *Non prohiben-*

Digitized by Google

hibentur Liberi vtriusque Sexus, Matrimonium, *vel* Nuptias legitimas *contrahere. Quae verba indicat haec differre ſecundum Perſonas vtriusque Sexus, et* Matrimonium *eſſe* VIRI, Nuptias MVLIERIS; *ſi modo ſunt* Iurisconſultorum, *et non potius a* Triboniano, *homine* Graeculo, *alterum fuit adiectum, vt et in Inſtitutionibus ab ipſo compoſitis: quod mihi quidem videtur.* Nam Differentiam iſtam nulli idonei Autores obſeruant, et pro *eodem* haec Nomina vſurpant. Illud vnum mutat, quod NVPTIAE *proprie* ſunt *Matrimonii* celebritas (l), quae *Coniugii* teſtificationem praebet. Cicero de Inuentione. Nuptiae *non* Matrimonii *dignitate: ſed ſceleris ſocietate coniunctae.* Arnobius lib. 2. *Non* Matrimonia *copulant*, Nuptiarum *ſolemnibus iuſtis.* Idem lib. 4. *Vbi enim* Nuptiae, Matrimonia, *Puerperia.*

(k) *Matrimonium* quibusdam ex eo videtur dictum, quod, loquente *Auguſtino*, propterea *nubat Mulier*, vt *Mater* fiat, et deſcribitur, quod ſit *Maris* et *Foeminae coniugatio.* Vnde *Formulae iſtae* CICERONIANAE: *In Matrimonio collocare: In Matrimonium ducere: In Matrimonium habere, ſ. Matrimonium tenere.*

(l) (ſeu *Nubentium* ſolennis ritus) Caeterum de NVPTIIS leg. *Nomognoſticon* Iuris vniuerſi bipartiti *Hermanni VVeſſelingii* Volum. poſter. p. 1188. ſeq.

Maturare eſt perficere modeſte; *Matureſcere* fieri maturum; *Celerare* raptim; *Properat* efficiens; *Feſtinat* nihil perficiens. H.

Mediocris videtur eſſe maius quid, quam *Modicus.* Cicero Parad. 6. Meam autem quoniam pecuni-

cuniam contemnis et recte. Eſt enim ad vulgi opinionem *mediocris*, ad tuam nulla, ad meam *modica*; de me ſilebo, de te loquar. Paraeus. R.

Meminiſſe (m) et *in Memoriam redigere* hoc differre *Ariſtoteles* putat, quod *illud* ſit omnium *Animantium*, vt Cibi, Potionis, Somni, Voluptatis; *In memoriam reuocare*, quod exciderit, non niſi *Homines* poſſe. Nonius. *Memorioſus* (n) habet ad *Dicta Facta*que referenda memoriam; *Memor Beneficii* vel *Iniuriae* memoriam refert. Ita MEMORIOSE qui facit, oſtendit in omni re *Naturae Bonum*; MEMORITER *gratum*, vel *fortem* ex eo oſtendit, quod vel retribuit *Beneficium* grate, aut *Iniuriam* vindicat fortiter. *Corn. Fronto.*

(m) *Meminiſſe* a *Memoria* deriuatur, cum id, quod remanſit in mente, in id rurſus mouetur. Vid. *Varro* Lib. V. de *L. L.* col. 1080. lin 6. et 7. *Stephaniana* autem *Editio* facit p. 57 MEMINI cum *Praeſenti Infinitiuo* etiam conſtrui, *Giſanius* noſter autor eſt loc. cit. p. 345.

(n) Legitur et *Memorioſior* et *Memorioſiſſime*, ſicuti tradit *Feſtus* Lib. IX. col. 1171. lin. 16.

Memor, qui apud ſe meminit, *Gratus*, qui meruit hoc nomine vocari, dum vicem reddit. Nam multi ſunt memores, ingrati tamen. Donatus. R.

Memoria ſolum fit cogitatione, *Commemoratio* fit verbis. Goclenius. H.

Mendicus † eſt, qui palam precatur omnes, vt vitae ſuae medeantur cibo (o); *Pauper* eſt, qui parum habet (p), et honeſte victum quaerit. *Alter*

Digitized by Google

ter miſer et odioſus eſt; *alter* tenuis et honeſtus, vt eleganter definit Ariſtophanes in Pluto:

Πτωχȣ̃ γὰρ βίος, ἣν σὺ λέγεις, ζῆν ἐςὶ μη-
δὲν ἔχοντα,
Τȣ̃ δὲ πένητος ζῆν φειδόμενον καὶ τοῖς ἔργοις
προσέχοντα.
Περιγίνεσθαι δ' αὐτῷ μηδὲν, μὴ μέντοι μηδ'
ἀπολείπειν.

Id eſt,

MENDICI *quidem vita, viuere eſt nihil habentem;* PAVPERIS *autem viuere vtentem et operibus intendentem: Supereſſe autem ipſi nihil; non deeſſe tamen.*

† *Mendicus* nihil habet, *inops* multis caret, *pauper* habet ad victum. R.

(o) Conf. *Perotti* Cornucop. *Epigr. XLIV.* col. 878. lin. 20. ſeqq. *Briſſonius* Lib. I. de *Formul.* p. 111. *ex Tertulliano* ſcribit, quod *Mendici Gentilium* iis, qui Eleemoſynam ſunt largiti, DEOS precati ſint *propitios.*

(p) ex πάω παῦρα *pauca poſſideo.* Notandum autem, quod *Pauper* non ſit miſer, ſi *Paupertatis* commoda nouit. Non enim eget Medico, nec metuit *pauperari*, et ſic extra curas eſt. *Comenius.*

Mendum in *Mendacii* ſignificatione dicitur: *Menda* (q) in culpa *Operis* aut *Corporis.* Soſip.

(q) *Mendas* rei *mendoſae emendare* iuſtum eſt, ſi *emendabiles* ſunt; alias *emendationem* fruſtra tentabit *emendator.* Tu interea, *Comenio* monente, *mendas* tuas cogita et caue eſſe *inemendabilis.*

Men-

Digitized by Google

Mentiri et *Mendacium dicere* P. Nigidius Figulus, qui fuit *Ciceronis* aequalis, ſubtili quadam differentia ſeparauit. *Qui* mentitur, inquit, *ipſe non fallitur, ſed ſciens alterum fallere conatur*; *Qui* Mendacium dicit, *ipſe inſcius et ignarus veri, fallitur. Itaque Vir bonus praeſtare debet, vt non* mentiatur; *Prudens*, *ne* Mendacium dicat. *Alterum iudicat in* homine, *alterum non*. Non. (r) †. Similiter differunt *Peierare* et *Falſum iurare*. Nam qui *peierat*, is ſciens et ex animi ſententia falſum iurat. Qui autem *Falſum iurat*, non decipiendi animo hoc facit, ſed quia rem ita ſe habere putat. Atque *Chryſippus* diſtinxit inter ἐπιορκεῖν καὶ ψευδορκεῖν, Vid. Gellius II.

(r) Leg. Doleti Formul. ſeu Phraſes elegantiores *L. L.* fol. 99. fac. b. col. 1. Alias *Mendacium* eſt Orationis vanitatis atque falſus ſermo, et *mentitur Mendax*, quoties *mendaciter* loquitur; etiamſi *Mendacia* coloret Veritate.

† Nihilominus haec ſaepe confunduntur. R.

Mercatores Romae, *Negotiatores* in prouinciis negotiabantur. Sigon. de antiq. iure Ciu. Rom. II. 10. p. 319. R.

Merces a merendo, quod manu factum erat et datum pro eo *manuprecium*, a manibus et precio: *Praemium* a praeda, quod, ob recte quid factum, conceſſum. Varro. R.

Mereri (s) eſt beneficium praeſtare; *Commereri* eſt committere, peccare (t); *Meret* pretium, *Meretur* gratiam. Itaque illud vectigale; *hoc* honorarium eſt. *Corn. Fronto.* Terent. in Hecyra: *Quae*

Quae nunquam quidquam erga me commerita *eſt Pater,*
Quod nollem, et ſaepe quod vellem, meritam *ſcio.*

Vbi Donatus: *Mereri Bona* dicimus, *Commereri Mala*, id eſt, delinquere, peccare. Ergo hic *meritam* pro praeſtitiſſe dixit. Virgil. lib. 6. Aeneid. *) v. 664.

Quique ſui memores alios fecere merendo;
id eſt, beneficium praeſtando.

(s) et *Merere* eſt ex *Andreae Reyheri* mente *mercedis aliquid pro labore parare*, ſeu, loquente *Comenio*, *praemium digne acquirere.*

(t) et *ſic poenam mereri.* Prout quiſque autem *meruit*: ita *mercedem* merito accipit iuxta *meritum.*

Meretrix, honeſtioris loci eſt, et quaeſtus, quae copiam ſui tantummodo *noctu* facit † (uu); *Proſtibulum* ††, vel Proſtibula, quae ſe proſtituit quaeſtus *diurni* et *nocturni* cauſa, autore *Nonio*. Plautus:

\- - - *Intro ad bonam* Meretricem
Adſtat in ea via ſola, Proſtibula *ſane eſt.*

† *Meretrices* a merendo dictae ſunt. Non. R.

(u) *Plautus* in *Trucul.* Act. II. Sc. VII. v. 16. ſeq. *eam* ſic deſcribit:

Meretricem *ego item eſſe reor, Vt Mare eſt; quod des, deuorat, nec Vnquam*
Abundat.

†† quod ante ſtabulum ſtat. Non. R.

Merita (x) maiora ſunt, quam *Officia.* Cicero in Philippica 13. *Magna eius in me* Merita; *mea quae-*

quaedam Officia *in illum.* Idem ad Brutum: *Magna eius non dico in me* Officia, *ſed* Merita. Et ad Cornificium: *Ad haec* Officia, *vel* Merita *potius, iucundiſſima conſuetudo accedit.*

(x) Sunt autem *Merita* Beneficia, vel *Promerita*, et capiuntur in *bonam partem.* In *malam* autem, quando pro *Culpa* ponuntur. Cicero pro Seſtio: *Nullo meo merito a me alienum eſſe debebat.*

Meritum dicitur id, quod negari poteſt; *Debitum*, quod negari non poteſt. *Benemeriti* repulſam pati poſſunt; *Illi*, quibus debetur, non facile. *Goclen.* H.

Merx eſt Species ipſa (y), *Mercatura* Actus ipſe, vel Lucrum de Merce; *Mercatus* Locus, in quo Mercatura agitur (z). *Non.*

(y) ſeu id, quod lucri cauſa emitur et venditur. Sunt etiam Merces annui reditus ex *fundis* atque *praediis*, ſicuti docet *Giſanius* in *Obſeru. L. L.* p. 345.

(z) ſeu Tempus *publice vendendi* atque *emendi* Merces.

Metior, metiris, menſus ſum, eſt menſura rationem ſubducere (aa), *Metor, metaris, metatus ſum,* ſignificat eligere (bb). Vnde Lucanus:

Heſpericos audax veniam metator *in agros.*

(aa) ſeu *Quantitatem rei* explorare.

(bb) *Proprie* autem AGRVM vel CASTRA *meta* terminare denotat.

Metuo illum, qui mihi ipſi aliquid facturus eſt; *Timeo* ab illo, cuius cauſa poſſum aliquid Mali pati; etiamſi ipſe nihil mali in me conſulat. Sic *Metuimus* eos, qui nos amant; *Timemus* etiam inimicos. *Donat.*

Metui-

Digitized by Google

Metuimus Periculum †; *Veremur* etiam Virtutem ††; *Horremus* geſtu et indiciis, quae ſub oculos cadunt. Ideoque *Metus* diſſimulari ac tegi poteſt: *Horror* vero non poteſt. *Cicero* in *Catone* dicit, quod *Metuere* ſit Seruorum, *Vereri* Liberorum. Goclen. Sic dicimus quoque *Metuo tibi*, h. e. Sollicitus ſum pro te; *Metuo te*, h. e. reformido te, vt *Aduerſarium*. H.

† mortem, calamitatem. R.

†† *Vereri* igitur generalius eſt, quam *metuere*. Goclen. *Veretur* liber, *metuit* ſeruus. Donat. *Vereri* dicimur parentes et ſeniores, et qui ſunt in honore aliquo aut dignitate conſtituti. Manut. R.

Metus † motus eſt Animi; *Timor* quaſi tumor; *Formido* fert interdum rationem; *Pauor* puerilis eſt. *Corn. Fronto.*

† Vid. ſub ſequenti voce *Minae*. R.

Minae ſunt Periculorum nuncii et ab *Aduerſariis* proficiſcuntur. *Formido* in nobis eſt periculorum metus, et *Ciceroni* eſt metus permanens; Goclen. *Metus* futura perſpicit; *Timor* eſt ſubita conſternatio; *Pauor* Animi metus. Cic. Tuſcul. lib. 5. *In quem autem* metus, *in eum* formido, *timiditas*, pauor, *ignauia incidit*. H.

Minores res eſſe aliquas aut homines dicimus. Nam *minoris* emptum aut aeſtimatum aliquid recte dicimus, ſicut eſt *pluris*, quod maioris ſummae taxatur. Agraet. R.

Miramur Opera, *Admiramur* Virtutes. *Agraet.*

Mira-

Digitized by Google

Mirari eſt ſtupefieri, ſeu aliquid intente et ſuſpenſo intellectu intueri; *Admirari* eſt valde mirari. Nonnunquam etiam idem eſt, ac *Venerari*, ſeu *Suſpicere aliquem*, et non de *Virtute* ſolum, ſed de *virtuoſis Perſonis* quoque dicitur. Sic *Miramur* omnia *Mira*; *Miracula* vero *demiramur*. Comenius. H.

Miſer eſt generalius, *Miſerandus* ſpecialius; ſi quis merito *ſupplicio* afficiatur, *Miſer* quidem eſt, ſed non *Miſerandus*; qui vero *iniuria* afficiuntur, *Miſerandi* ſunt. Quilibet igitur *Miſerandus* eſt etiam *Miſer*, ſed non omnis *Miſer* eſt *Miſerandus*. Goclenius. H.

Miſereor ac *Miſeror* † verba ita diſtinguuntur, vt MISERERI *Paſſiuum affectum* habeat. Eſt enim *corde* anxium eſſe ex *alicuius Miſeria*: MISERARI vero *Actiuum*, eſtque *verbis* aut *lacrymis*, aut *ope* dolorem, quem ex *Miſeria alicuius* habemus, oſtendere. *Perottus*. H.

† *Miſeratur* is, qui conqueritur aliena incommoda, *miſeritur* is, qui miſerum ſubleuat, *miſeret me* eadem forma dicitur, qua *piget me*. Feſt. R.

Miſeria et *Luctus* differunt vt *Antecedens* et *Conſequens*; *Luctus* tantum *Mortem* ſequitur; MISERIA *damnum* plerumque. *Goclenius*. H.

Miſſio apud milites et *Exauctoratio* differebant. Apud veteres quidem ſimplex et vna honeſta miſſio, ſed ab Auguſti aeuo facta duplex, *exauctoratio* et *miſſio*. In *miſſione* liberi a labore, iuramento et vexillo fiebant, in *exauctoratione* quidem

 et-

etiam labore et iuramento: ſed retinebantur ſub vexillo. vid. Tacit. Annal. l. 36. R.

Mitrae foeminarum, *Pilea* ſunt virorum. Seru. R.

Moderatio eſt et in ipſa rei tractatione et geſtione; *Modeſtia* † in Animo, Vultu et Voluntate. Goclen. H.

†] *Modeſtia* eſt probitas morum et vultus, *Venuſtas* eſt corporis. Donat. R.

Modulari eſt carminis modos facere: *Moderari* eſt modum imponere. Corn. Front. R.

Moeſtitia et *Moeror* in omnibus aduerſis periculis et damnis, *Luctus* eſt ex morte, eſtque hoc ſpeciale, illa generaliora. Goclen. R.

Moeſtus eſt, qui animo angitur (c); *Triſtis*, qui vultu demiſſo, aut ſeuero, aegritudinem prementem oſtendit. Plautus in Bacchidib.

Quid vos moeſtas, *tamque* triſtes *eſſe conſpicor.* Caeſar Lib. 1. Belli Gallici: Triſtis *capite demiſſo terram intueri.*

(c) Vnde *Moeſtitia* et *Moeror* in omnibus aduerſis eſt Periculis et Damnis; *Luctus* vero ex morte eſt. Eſtque *hoc* ſpeciale; *illa* generaliora.

Monaſterium aedificium et locus ipſe; *Coenobium* conuictus, vitae communio, vt conſeſſus eſt coetus conſidentium. Goclen. R.

Moneo † et *Admoneo* hoc differunt, quod *Monemus* Futura, *Admonemus* †† Praeterita; *Illo* vt caueamus et diſcamus, *Hoc* vt recordemur. Li-

uius

uius Lib. 31. *Per* DEOS *foederum arbitros ac teſtes*, monuiſſe, *praedixiſſe ſe.* Idem Lib. 34. Admonet *ſaepe vſurpatae* Dionyſii *Tyranni vocis.* Caeterum *Monemus* propter Beneuolentiam; *Admonemus*, vt confirmetur Memoria; *Submonemus*, vt ordinate Pronunciatio fiat; *Obiurgamus* eum, qui eſt in noſtra Poteſtate: Igitur in *Obiurgante* Poteſtas; in *Monente* Beneuolentia; in *Admonente* Memoria; in *Submonente* Officium. *Corn. Fronto. Hortari* autem magis eſt, quam *Monere*, vtpote cum imperio coniunctum, l. 4. C. ad L. Iul. reper. *Admonere* aliquando eſt caſtigare et corripere. L. 7. ff. de Poen.

† *Monemus* conſilio, *hortamur* impulſu. Donat. Cic. l. 10. Epiſt. 5. ad Plancum. Sic *moneo* vt filium, ſic faueo, vt mihi, ſic *hortor* vt et pro patria et amiciſſimum. Paraeus. R.

†† Alii ita: *admonemus* praeſentia, *commonemus* praeterita, *monemus* futura. R.

Monimentum † a *Mentis* admonitione dictum eſt; *Monumentum* (dd) eſt, quod in *Defuncti* memoriam ponitur, ſiue cadauer contineat, ſiue ſit inane, quod *Graeci* vocant Κενοτάφιον: *Sepulchrum*, in quo corpus oſſaue hominis condita ſunt, vt definiunt Iuriſconſulti D. de Religioſ. et Sumpt. Iun. Quibus conſentit *Seruius*, qui *Operis constructionem* SEPVLCHRVM, *inſcriptum Nomen Memoriamque* MONVMENTVM eſſe tradit (ee). Liuius Lib. 41. *Capua quidem* Sepulchrum *ac* Monumentum *Campani Populi.* Idem ibidem: *Omnia* Sepulchra Monumentaque *diruta*

 eſſe

eſſe in finibus ſuis. Lampridius in Alexandro: CENOTAPHIVM *in* Gallia, Romae SEPVLCHRVM *ampliſſimum meruit.* Vetus inſcriptio: HOC MONVMENTVM SIVE SEPVLCHRVM EST HAEREDES NON SEQVITVR.

† *Monimentum* igitur doctrina, *Monumentum* ſepulchrum. R.

(dd) Hoc Nomen deriuatur a *monendo*, quod nos alicuius rei praeteritae *moneat*, vt ſunt *Sepulchra*, *Statuae*, *Inſcriptiones*, *Libri*, *Carmina*, *Hiſtoria*, *Documenta*, *Commentaria*, *Litterae*, *Exſtructio*, *Ornamentum*, *Opus publicum*, *Tropaeum*, *Moles*, immo quicquid ſit illud, quod nos in *alicuius rei memoriam* reuocat, *Latine* MONVMENTVM appellatur. Vid. *Doletus* loc. alleg. fol. 103. fac. a. col. 2. et fac. b. col. 1.

(ee) Ideoque ſecundum *Viam*, quo praetereuntes *admoneant*, et ſe fuiſſe, et illos eſſe *mortales*, id poſitum eſſe, *Varro* Lib. V. de L. L. p. 57. refert. *Momentum* autem *proprie* appellatur, quodcunque eſt minimum, vt *Momentum temporis*, i. e. exiguum temporis ſpacium. Ponitur et pro *Vi*, *Valore* atque *pondere rei alicuius.* Conf. *Giſanius* loc. multoties cit. pag. 346. vbi et pro *occaſione* et *mutatione temporum* ponitur.

Monſtrum † eſt contra Naturam; *Prodigium* in ſolitis Corporibus ſingulare; *Oſtentum* in non ſolitis. H.

† *Monſtra* et *oſtenta* ſimiliter intelliguntur, quod imminentia monſtrent et oſtendant. *Omen* vero votum eſt mentis et vocis. Vnde ſacrificantibus dicitur, bona omina habere, id eſt, vt circumſtantes et mente recta velint et bona oribus proferant. *Portentum* non ſolum, quod portendat, ſed etiam quod iam apportet, et faciat ex his ſignificationibus, quae in auſpiciis, et auguriis, et extipiciis oſtenduntur. *Prodigium* autem ſemper peſſimum eſt, dictum quaſi porro adigendum. Virg. Aen. lib. 3.

Sola

Digitized by Google

Sola, nouum, dictuque nefas Harpyia Celaeno
Prodigium *canit, et triſtes denuntiat iras.* Non.

Monſtra et *oſtenta* ſunt monita Deorum. Virg. lib. 3.

- - - *primumque parenti*
Monſtra *Deum refero.*

Prodigia, Deorum minae vel irae ſunt. Virgil. lib. 3. *Sola, nouum*, etc. vt ſupra. *Portenta Oſtenta*, quae aliquid imminere ſignificant. Lucil. lib. 25. *Niſi* portenta *anguesque bolucres ac pinnatos ſcribitis.* Non. *Monſtrum* dictum a monſtrando, et refertur ad praeſens eius ſignificatio. *Prodigium* eſt, quod in longum tempus dirigit ſignificationem. Seru. R.

Morbilli, ſunt puſtulae in ſumma cute exuberantes, die Maſern; *Varioli* ſunt Papulae, die Blattern, Bocken. Goclen. H.

Morbus et *Vitium* (ff) coniunguntur in Edicto Aedilium Curulium: *Titulus Seruorum ſingulorum vt ſcriptus ſit curato, ita vt intelligi recte poſſit, quid* morbi vitiique *cuique ſit.* Ea Modeſtinus Differentiarum 9. l. 101. De Verb. Sign. ita diſtinxit, *vt* MORBVS *ſit temporalis Corporis imbecillitas;* VITIVM *vero perpetuum Corporis impedimentum, veluti ſi talum excuſſit* †. At Labeo apud Sabinum in Libro, quem de Edicto Aedilium Curulium compoſuit, MORBVS, inquit, *habitus cuiusque corporis contra Naturam, qui vſum eius facit deteriorem; et cui* Morbus *eſt is, etiam* vitioſus *eſt: neque id tamen contra ſit. Poteſt enim, qui* vitioſus *eſt, non* morboſus *eſſe, vt* BALBVS *et* ATYPVS vitioſi *magis quam* morboſi *ſunt, et* EQVVS MORDAX, *aut* CALCITRO, vitioſus, *non* morboſus *eſt* (gg).

Digitized by Google

eſſe in finibus ſuis. Lampridius in Alexandro: CENOTAPHIVM *in* Gallia, Romae SEPVLCHRVM *ampliſſimum meruit.* Vetus inſcriptio: HOC MONVMENTVM SIVE SEPVLCHRVM EST HAEREDES NON SEQVITVR.

† *Monimentum* igitur doctrina, *Monumentum* ſepulchrum. R.

(dd) Hoc Nomen deriuatur a *monendo*, quod nos alicuius rei praeteritae *moneat*, vt ſunt *Sepulchra*, *Statuae*, *Inſcriptiones*, *Libri*, *Carmina*, *Hiſtoria*, *Documenta*, *Commentaria*, *Litterae*, *Exſtructio*, *Ornamentum*, *Opus publicum*, *Tropaeum*, *Moles*, immo quicquid ſit illud, quod nos in *alicuius rei memoriam* reuocat, *Latine* MONVMENTVM appellatur. Vid. *Doletus* loc. alleg. fol. 103. fac. a. col. 2. et fac. b. col. 1.

(ee) Ideoque ſecundum *Biam*, quo praetereuntes *admoneant*, et ſe fuiſſe, et illos eſſe *mortales*, id poſitum eſſe, *Varro* Lib. V. de L. L. p. 57. refert. *Momentum* autem *proprie* appellatur, quodcunque eſt minimum, vt *Momentum temporis*, i. e. exiguum temporis ſpacium. Ponitur et pro *Bi*, *Balore* atque *pondere rei alicuius*. Conf. *Giſanius* loc. multoties cit. pag. 346. vbi et pro *occaſione* et *mutatione temporum* ponitur.

Monſtrum † eſt contra Naturam; *Prodigium* in ſolitis Corporibus ſingulare; *Oſtentum* in non ſolitis. H.

† *Monſtra* et *oſtenta* ſimiliter intelliguntur, quod imminentia monſtrent et oſtendant. *Omen* vero votum eſt mentis et vocis. Vnde ſacrificantibus dicitur, bona omina habere, id eſt, vt circumſtantes et mente recta velint et bona oribus proferant. *Portentum* non ſolum, quod portendat, ſed etiam quod iam apportet, et faciat ex his ſignificationibus, quae in auſpiciis, et auguriis, et extipiciis oſtenduntur. *Prodigium* autem ſemper peſſimum eſt, dictum quaſi porro adigendum. Virg. Aen. lib. 3.

Sola

Sola, nouum, dictuque nefas Harpyia Celaeno
Prodigium *canit, et triſtes denuntiat iras.* Non.

Monſtra et *oſtenta* ſunt monita Deorum. Virg. lib. 3.

- - - *primumque parenti*
Monſtra *Deum refero.*

Prodigia, Deorum minae vel irae ſunt. Virgil. lib. 3. *Sola, nouum*, etc. vt ſupra. *Portenta Oſtenta*, quae aliquid imminere ſignificant. Lucil. lib. 25. *Niſi* portenta *anguesque volucres ac pinnatos ſcribitis.* Non. *Monſtrum* dictum a monſtrando, et refertur ad praeſens eius ſignificatio. *Prodigium* eſt, quod in longum tempus dirigit ſignificationem. Seru. R.

Morbilli, ſunt puſtulae in ſumma cute exuberantes, die Maſern; *Varioli* ſunt Papulae, die Blattern, Bocken. Goclen. H.

Morbus et *Vitium* (ff) coniunguntur in Edicto Aedilium Curulium: *Titulus Seruorum ſingulorum vt ſcriptus ſit curato, ita vt intelligi recte poſſit, quid* morbi vitiique *cuique ſit.* Ea Modeſtinus Differentiarum 9. l. 101. De Verb. Sign. ita diſtinxit, *vt* MORBVS *ſit temporalis Corporis imbecillitas;* VITIVM *vero perpetuum Corporis impedimentum, veluti ſi talum excuſſit* †. At Labeo apud Sabinum in Libro, quem de Edicto Aedilium Curulium compoſuit, MORBVS, inquit, *habitus cuiusque corporis contra Naturam, qui vſum eius facit deteriorem; et cui* Morbus *eſt is*, *etiam* vitioſus *eſt: neque id tamen contra ſit. Poteſt enim, qui* vitioſus *eſt*, *non* morboſus *eſſe, vt* BALBVS *et* ATYPVS vitioſi *magis qaam* morboſi *ſunt, et* EQVVS MORDAX, *aut* CALCITRO, vitioſus, *non* morboſus *eſt* (gg).

Digitized by Google

Vlpianus pro *eodem* accipi *Morbum* et *Vitium* ait, et *Aediles* tollendae dubitationis cauſa bis κατὰ τοῦ αὐτοῦ idem poſuiſſe. Ego *Labeonis* ſententiam veriorem arbitror, atque ita MORBVM a VITIO differre, vt *Genus* a *Specie*, quod idem ſentit Cicero Lib. 4. Tuſculanar. his verbis: Morbum *appellant totius Corporis corruptionem*; Aegrotationem *Morbum cum imbecillitate*; Vitium, *cum partes Corporis inter ſe diſſident*.

(ff) VITIVM dicitur *proprie*, quod *Virtuti* atque *Conuenientiae* eſt oppoſitum, et refertur non tantum *moraliter* ad *Animum*, ſed etiam phyſice ad *Corpus*. Eius *Oppoſita* vid. apud *Gambarellam* in *Oppoſitor*. Lib. p. 829. Sic *Vitium* Corporis, ſcribente *Commenio*, reddit quidem *Vitioſum*; non tamen meretur *Conuitium*; etiamſi, *Vitioſitas* tanta ſit, vt non *Vitioſe* non agere et opera non *Vitiare* non permittat. Sed *Vitium* Animi veram dat *Conuitiatcri* cauſam *conuitiandi*; cum illa ſit *Vitioſitas*, qua nos ipſi *Vitiamus*, alioſque nobiscum *Vitioſos* reddimus.

† *Morbum* a *Vitio* prudentia veterum ſic voluit ſeparari, vt ſit *morbus* cum acceſſu vtrique aut temporis, aut contagii. *Vitium* perpetua et inſanabilis atque irreuocabilis cauſſa. Non. R.

(gg) Conf. *Gellii* Lib. IV. *N. A.* Cap. II. p. 147. et *Schardii* Lex. Iuridic. p. 393. col. b.

Mors et *Interitus* plerumque ſumuntur in *bonam* partem; *Nex* et *Caedes* in *malam*, Goclenius. H.

Mos eſt Inſtitutum conſuetudine firmatum (hh); *Ritus* eſt Ordo et Modus in adminiſtrandis maxime Sacrificiis (ii). Virgil Lib. XII. *Aeneid.* *) v. 836.

- - - - Morem ritusque *Sacrorum*
Adiiciam.

Quam-

Quamuis interdum RITVS pro *More* ac *Inſtituto* vſurpatur. Cicero in Laelio: *Qui pecudum* ritu *ad voluptatem omnia referunt*. Idem Orat. Philippica 2. *Erat ei viuendum latronum* ritu. Pacuuius:

Halcionis ritu *littus peruulgans feror*:

Vbi *Varro* interpretatur RITVS, *Inſtitutum* †.

(hh) ſeu Ratio viuendi conſuetudine firmata, et per *Syncopen* a MODVS deriuatur, quod *Rationem* ſignificat. Leg. *Perotti* Cornucop. Epigr. X, col. 653. lin. 5. ſeqq. *Varro* MOREM definit Inſtitutum eſſe *Animi*, quod ſequi debeat *Conſuetudo*.

(ii) Vid. *Feſti* Lib. XVII. de *Verb. Sett. ſignificat*. col. 1203. lin. 8.

† *Mos* eſt, cuius certus non extat autor, *inſtitutum*, cuius certum habemus autorem. Goclen. R.

Mulcare eſt pugnis, vel calcibus caedere, lacerare, mutilare; a quo MVLCIBER dictus creditur, et MVLCATORES *peremptores* interpretatur Vetus Lexicon (kk). *Multare* (ll) eſt punire et infligere Multam cuiuscunque rei, vt Multare *pecunia*, *exilio*, *haereditate* et ſimilibus. Terent. in Adelphis:

Omnem familiam multauit *vsque ad mortem*.

Salluſtius Lib. 4. Hiſtoriar. Mulcato *foede corpore*, *poſtremo tamen periere*. Tacitus Lib. 1. Annal. *Magna pars nudo*, *aut* mulcato *corpore*.

(kk) Conf. *Laurenbergii*, Antiquar. pag. 283. col. b. et pag. ſeq. col. a. vt et *Adr. Turnebi* Aduerſarior. Lib. XXIIX. Cap. VI. Tom. III. col. 1010. lin. 18. et 19. vbi et Lib. XV. cap. II. Tom. II. col. 520. lin. 27. MVLCTARE pro *Mulcere* etiam apud *Plautum* inueniri extat.

(ll) vel commodius *Mulctare* a *Mulcta*, et idem eſt ac quaſi *alicui Pecuniam emulgere*.

Digitized by Google

Mulctra Tempus dicitur, quo mulgentur Animalia: *Mulctrale* Vas, in quod mulgentur (mm), *Seruius*

(mm) ſeu Vas mulſum Lac excipiens.

Muliebre dicimus a muliere aliquid factum: *Mulierarium*, per mulieres ordinatum et per viros geſtum. Agraet. R.

Multae (nn) et *Poenae* Differentiae plures traduntur, vt MVLTA eſt *ſpecialis Delicti* coercitio, et tantum *pecuniaria*; POENA vero *omnium Delictorum* animaduerſio, tum etiam *Capitis* atque *Exiſtimationis*. Rurſus POENA lege, vel quo alio iure ſpecialiter Delicto impoſita (oo); MVLTA arbitrio Iudicis definitur. l 244. D. de Verb. Sign. Iureconſulti etiam alias adferunt, quas non eſt operae pretium heic referre; cum magis ad vſum *Iuris*, quam *Sermonis* proprietatem pertineant: ſicut illa ad morem antiquum: MVLTA DICTA ET IRROGATA TRIBVTIS COMITIIS AD POPVLVM CERTABATVR: POENA CAPITIS CENTVRIATIS COMITIIS. Cicero pro Domo: *Ne* POENA Capitis *cum* Pecunia *coniungeretur*. Idem Lib. 3. de Legib. *Cum Magiſtratus iudicaſſit, inrogaſſitue per Populum* Multae, Poenae, *certatio eſto*. Liuius Lib. 35. *Tribuni Plebis ducentum millium aeris* MVLTAM M. Poſtumio *dixerunt: cuius certandae cum dies aduenisſet*.

(nn) De *huius Vocabuli* Origine leg. *Becmanni* Origines *L. L.* p. 694. ſeq.

(oo) POENAM autem *Delicto ſemper commenſurandam eſſe*, confirmat *Philippus Decius* in *Enarrat.* in *Reg. XLVI.* Tit.

Tit. ff. de *Reg. Iuris* num. 3. p. 192. col. a. Sed *quid Iuris ſit* in Poena *conuentionali*, docet incomparabilis *Frantzkius* Commentar. in Lib. IV. *Inſtitution. Iur. Ciu. Iuſtin.* Tit. VI. §. 21. num. 7. p. 579.

Multum et *Satis* eo diſtant, quod *Multum* infinitum eſt, *Satis* finitum. Auaris illud, hoc parcis et ſe continentibus applicandum eſt. Non. Lucil. lib. 18. *Denique vti ſtulto nil ſit* ſatis, *omnia cum ſint.* R.

Mundus et *Coelum* idem apud veteres ſaepius ſignificant, Plin. II. 1. Mundum *hunc et quod alio nomine* Coelum *appellare libuit.* R.

Municipes ſunt Ciues Romani ex *Municipiis* ſuo iure ſuisque legibus vtentes †. *Colonus* non extrinſecus venit in *Ciuitatem*, ſed ex *Ciuitate* quaſi propagatus, non *proprii arbitrii*, ſed *Populi Romani* Iura et Inſtituta habet. Vid. *Goclenii* Obſeruat. *L. L.* p. 238. H.

† *Muneris* tamen cum populo Romano honorarii participes, a quo munere capeſſendo appellari videntur, nullis aliis neceſſitatibus, neque vlla populi Romani lege adſtricti, cum nunquam populi Romani eorum fundus factus fuerit. Goclen. R.

Munificus eſt, tanquam beneficus (pp); *Munifex* autem tanquam opifex et artifex. Itaque *Munificus* Munera largitur; *Munifex* autem munere fungitur. Soſip.

(pp) Apud *Veteres* MVNIFICI non a *Largitione*, quae ignota erat, dicebantur, ſed ita appellabantur *conſentientes* ad *ea*, quae *Amici* vellent. Haec Perottus loc. ſaepiſſime denom. *Epigr. II.* col. 199. lin. 26. ſeqq.

Digitized by Google

Murus proprie aut Vrbis (qq), aut Munitionum; *Paries* eſt Domorum. *Ille* publicus et inuiolabilis; *Hic* priuatus. Rurſus *Murus* interdum *priuati Aedificii*, eſtque exterior. *Paries* eſt Interior (rr). Varro Lib. 4. de Lingua Lat. Parietes *poſtici*; Muri *ſunt ſcripti*. Tacitus Lib. 15. Annal. *Nec communione* Parietum, *ſed propriis quaeque* Muris *ambirentur*. Aliquando *Paries*, quae *ſine calce*, aut alia *materia compactionis* formatur. Aelius Gallus de *Verborum*, quae ad Ius pertinent, Significatione: PARIES *eſt*, *ſiue* Maceria *eſt*.

(qq) et eſt *lapideus* ambitus, a Μοῖρα, *Pars*. Quamlibet enim ciuium *partem quandam* MVRI olim aedificaſſe conſtat. Eſt et *Murus* omnis *caementitius* Paries.

(rr) Dicitur autem *Aedificii* latus, quod lutat *Parietarius*. Sed *Maceria*, *ſeu Macerias*, eſt *Murus*, ſiue *Paries*, conſtans ex *Lapidibus ſine Calce*, aut *alio genere Ferruginis*.

Murmurare eſt obſtrepere et tumultuari ſono obſcuro; *Muſſare* † eſt ſubmiſſa voce loqui, et intus verba voluere magis, quam eloqui (ss): ILLVD etiam ad *Inanima* transfertur, vt *Murmurantia* Littora, *Murmurans* Mare, Nemus et alia; HOC tantum eſt *Hominum* (tt). Salluſt. Lib. 1. Hiſtoriar. *Vos* muſſantes *et retractantes verbis*. Liuius Lib. 43. *Id decretum decem Legatorum clam* muſſantes *carpebant*. Virg. Lib. 1. *Georg.**) v. 359.

- - *Nemorum increbeſcere* Murmur.

† *Muſſare* hominum eſt occulte et preſſa voce loquentium, quod celatum velint. Virg. lib. 10. Aen.

- - - *ſe ſcire fatentur,*
Quid fortuna ferat populi, ſed dicere muſſant.

Murmu-

Murmurare maioris ſoni eſt, proximi ad tumultum. Virgil. Georg. Lib. I.

- - - *Et reſonantia longe*
Littora miſceri et nemorum increbeſcere murmur. Non.

Muſſitare eſt proprie diſſimulandi cauſa tacere. Donat. R.

(ss) ſeu preſſa voce loqui, vt non omnes audiant.

(tt) ſic blando *murmure murmurat* defluens aquae Riuulus; Indignabundus autem ingrata *murmuratione* vel tacite *admurmurat*, vel *obmurmurat* aperte, *Comenius*.

Mutuo (uu) eſt *Mutuum* do, vt *Mutuo* tibi pecuniam; *Mutuor* eſt mutuo accipio (xx), vt *Mutuor* a te pecuniam. Quae ſunt notiſſima.

(uu) Hoc verbum nonnunquam, vt *Deponens* MVTVARI pro *Mutuo ſumere* etiam accipitur, ſicuti teſtatur noſter *Schardius* in Lex. Iurid. p. 603. col. a.

(xx) Inde *Verſiculus* tritiſſimus:
MVTVO dic dantis, ſed MVTVOR accipientis.
Commodare autem proprie non dici de iis rebus, quae *vſu* conſumuntur, ſed *commodo* rem eandem reſtituendam, *Goclenius* l. c. p. 237. affirmat.

Mutuum ſine vſuris, *Foenus* cum vſuris ſumitur, et eſt accepti foetus. Vnde et *foenus* dictum eſt, vt Graece τόκος, quaſi partus mutui ſumti. Plaut. in Aſin. *Si* mutuo *non potero, certum eſt ſumam* foenore. Vnde honeſtius *mutuum* eſt, quod ſub amico affectu fiat meum tuum, vſu temporis neceſſarii. Non. R.

Myrtetum Locus eſt ipſe (yy); *Myrtus* Arbor. Seruius.

(yy) h. e. *Myrtorum* Arboretum; ſed *Myrtus* Arbuſcula eſt *baccifera*.

N. *Nae*

Digitized by Google

N.

NAe cum Diphthongo (zz) *Affirmandi* vim habet, idemque omnino eſt, quod *Profecto* (*), *Vtique*, *Certe*. Cicero: NAE *tu ſi id feciſſes, melius famae tuae conſuluiſſes*. Idem: NAE *iſti vehementer errant*. NE plerumque *Vetandi* ſenſum exprimit, vt NE *ſaeui tantopere Terentius*. Interdum etiam *Negandi* et pro NON ponitur (a). Idem in Eunucho: *qui* NE *es alacris?* Et in Andria: *Ego id agam, mihi qui* NE *detur*.

(zz) Et ſic eſt *Graeca* Dictio *Affirmationem* cum *Admiratione* in ſe habens. Conf. *Perotti* Cornucop. Epigr V. col. 503. lin. 21. ſeq.

(a) Leg. *Strauchii* Lexicon *Particul. Iuris* p. 131. col. 2. et *Laurenbergii* Antiquarius p. 292. col. b.

Naſcitur, quod de vtero decedit, *Enaſcitur*, quod de terra aut de aqua exſurgit. Agraetius. R.

Natio (b) ſolum patrium quaerit, *Gens* ſeriem maiorum. Corn. Front.

(b) *Comenius* dicit, *Nationem* eſſe hominum ex vna Stirpe; *Gentem* vero vnius generis multiplicatam Propaginem.

Nauis (c) appellatione continentur omnes *Nauigii* ſpecies, cuiuscunque ſint Vſus, Materiae aut Formae; *Rates* proprie dicuntur *Naues Longae*, trabibus et aſſeribus inter ſe tantum nexis factae, quas *Graeci* vocant σχεδία (d). Ita ILLVD Generis, HOC Speciei nomen eſt. Caeſar Lib. I. de Bello Gallico: Nauibus *ab* HANNIBALE *in-*

cen-

cenſis, Rates *ad traiiciendum Exercitum in magna inopia materiae aegre comparantam.* Vlpianus ad Edictum 51. l. 3. D. de Feriis: *Qui de Incendio, Ruina, Naufragio*, Rate, Naue *expugnata, rapuiſſe, dicuntur.* Idem Lib. 68. l. 1. D. Vt in Flum. *Quo minus illi, in Flumine publico* nauem, ratem *agere, quoue minus per ripam onere exonerare liceat.* Idem ibidem: Nauigii *appellatione etiam* Rates *continentur, quia plerumque et* Ratium *vſus neceſſarius eſt.* Sed *Poetae* frequenter RATES pro *Nauibus* vſurpant.

(c) Differt autem *Nauis* a *Nauigio* hunc in modum, quod NAVIGIVM ſit tanquam *Genus* omne id, quo nauigamus; NAVIS autem eſt *ſpecies* NAVIGII. Vid. *Chriſtophori Landini* Comment. in Q. *Horatii Fl.* Od. XIV. v. XIV. p. 754. atque *Giſanii* Obſeru. L. L. p. 154. Caeterum erant NAVES *Athenienſium* (*Triremes* inprimis) ideo *ſacrae*, quoniam (*Reineſio* Lib. III. *Var. Lect.* Cap. V. p. 424. teſtante) vſibus Reipubl. et negotiis vrgentibus expediendis condiderant.

(d) RATES *Paulum* ICtum Ligna colligata, quae per aquam aguntur, vocare, apud *Iacobum Cruquium* in *Commentar.* ad *Horatii* Libr. I. Od. I. verſ. XVII. p. 4. col. 2. eſt videre.

Nauus a praecipuo *Nauis* curſu dicitur, vel *alterius* cauſa natus, qui ſtudet per officium ſuum, et recipit *Comparationem Superlationem*que, quia *Cognomen* eſt. Ita *Nauus* operam nauat alteri: *Celer* vt *ſuam* rem, ita alterius quoque *celeriter* perficit. *Corn. Fronto.*

Nauus in *Negotiis* eſt ſtrenuus; *Celer* eſt *Motu* agilis; *Pernix* eſt *Pede* velox. H.

Naia-

Digitized by Google

Naiades ſunt Nymphae Fontium (e), *Orcades* (f) Montium, *Dryades* Arborum. *Seruius*.

(e) addamus et *Fluuiorum*, dictae ἀπὸ τȣ̃ νάειν, quod eſt *fluere*. Conf. *Dictionar. Hiſtorico-Geographico-Poetic.* CAROLI STEPHANI p 813. col. 1. et *Natalis Comitis* Lib. V. *Mythol.* Cap. XII. p. 467. vbi *Fluuiorum Praeſides* ob quotidianum Exercitium, quod in aqua habent, appoſite dicuntur. Rurſus *Stagnorum* DEAS *Limniades* vocarunt, cum Λίμνη ſit *Stagnum*.

(f) De his legendus *Strabonis* Lib. X. *Geogr.* p. 54 Tom. II. Edition. *Ianſſoniano-Amſtelod.* in 12.

Nebulo, qui ſua clam conſumit, quiſquiliae; *Tenebrio* eſt lucifugus ſeu lucifuga, veſpertilio. Goclen. R.

Necare et *Occidere* quidam cenſent hoc differre, quod *Necare* eſt *Interficere* etiam ſine *ictu* et *telo*, veluti *Fune*, *Laqueo*, *Veneno*: *Occidere* vero *Gladio* et *Manu*. Nam, vt Quintilianus ait, Caedes *videtur ſignificare* ſanguinem et ferrum. Ego arbitror vtrumque Verbum *generale* eſſe, et ad omnes *Mortis inferendae* modos pertinere, vt *Veneno necare* dixit Cicero; *Fame necare* Suetonius; *Ferro*; *Fuſte necare* Salluſtius; *Securi necare* Liuius; *Verberibus et Telo necare* Vlpianus; Seneca *Ferro ac Fulminibus Occidere*.

Quidam *Necatum* † et *Occiſum* ita diſtinguunt, vt OCCISVS cum *ictu* ſit et *vulnere*; NECATVS quoque ſine *ictu*. Vid. *Goclenius* alleg. p. 238. H.

† *Necatus* fame, getödtet durch Hunger, *enectus* fame, id eſt, exhauſtus, ausgeleert, ausgemartert, und faſt zu todte gehungert: Barbari dicunt, fere mortificatus. Goclen. *Necatus* eſt mortuus, *enectus* viuit. R.

Neceſſitas eſt vis quaepiam premens et vrgens (g); *Neceſſitudo* † autem dicitur Ius quoddam et vinculum Affinitatis Familiaritatisque (h). Vnde *Neceſſarii* appellantur. Salluſt. in Iugurtha: *Etiam antea* Iugurthae *Filia* BACCHO *nupſerat.* Verum ea *Neceſſitudo* apud NVMIDAS MAVROSQVE leuis dicitur. Interdum tamen NECESSITAS pro *Neceſſitudine* vſurpatur. Caeſar pro Lege Plautia: *Equidem mihi videor pro noſtra* Neceſſitate *non labore, non opera, non induſtria defuiſſe.* Cicero pro Sulla: *Si noſtram in accuſatione ſua* Neceſſitatem Familiaritatemque *violaſſet. Rurſus* NECESSITVDINEM pro *Neceſſitate* frequenter vſurpat *Salluſtius*, idque Antiquorum more, qui duplici terminatione multa Nomina protulerunt, vt *Acerbitas*, *Claritas*, *Sanctitas*, Acerbitudo, Claritudo, Sanctitudo. Vnde *Gellius* putauit, haec duo Verba *idem* ſignificare, neque vlla re aliqua differre. In quo ſane illi aſſentior. Ex vſu enim *Antiquitatis*, vt dixi, NECESSITVDO pro *Neceſſitate* vſurpatur, non quod eadem ſunt, et NECESSITAS pro *Neceſſitudine* rarum et infrequens eſt, nec debet trahi ad Exemplum, quod *Cicero*, aut *Caeſar* ſemel dixerunt.

(g) ſeu Vis quaedam, quae nos cogit ad aliquid *moliendum*, vel *faciendum*.

† Ne-

† *Neceſſitudo* dicitur pro eo, quod neceſſum eſt, *neceſſitas* pro iure officioque obſeruantiae affinitatisque. Agell. R.

(h) Conf. *Doleti* Phraſes ſeu Formul. eleg. *L. L.* Fol. 108. fac. a. col. 2.

N*eceſſitudo* vel Sanguinis vel Meritorum, cum Praeceptoribus, cum Amicis; N*eceſſitas* immutabilis res eſt, vt Mori N*eceſſitatis* eſt. *Corn. Fronto.*

N*efandum* eſt non fandum; N*efarium*, quod ſacra polluit farre pio ſolita celebrari. Ergo *nefarii* ſacrilegi. Aſcon. Pedian. R.

N*efas* eſt in DEOS; *Impietas* vero in *Parentes* atque *Patriam*. Sed hanc Differentiam non *vbique* praeſtari, *Goclenius* loc. cit. p. 239. affirmat. H.

N*egotiator* erat, qui vel foenus exerceret in prouinciis, vel eſſet ibi pecuarius, aut arator, ciuis Romanus. *Mercator*, qui merces emeret ac venderet. R.

N*emo* momenti: N*ibili* nomen eſt. Agraet. R.

N*emo* de perſona ſemper dicitur, vt N*emo Homo*; N*ullus* tam de *Re*, quam de *Perſona* (i): Quod *Exemplorum* probationem non deſiderat. Corn. Front.

(i) et eſt *Vniuerſalis Negatiua*, et *omnia* excludit. Leg. *Strauchius* loc. hactenus alleg. p. 147. col. b. Sed *Nonnemo* eſt aliquis, ſeu quispiam.

N*eſcio* prorſus cuncta; ſed *Ignoro* aliquid. H.

N*ihil* Aduerbium; N*ihili* Nomen eſt (k). IL-

LVD

Digitized by Google

LVD ſi dicas, *Quantitatem* notas; ſin HOC, *Mores*, Soſip.

(k) Huius *Oppoſitum* eſt *Frugi.* Sed NIHIL eſt, qui non *Hili*, h. e. cuiusuis eſt minimi. Eſt autem HILVM *proprie* medius Volae ſcrobiculus.

Nimbi dicuntur repentinae et praecipites pluuiae(l). *Pluuias* ipſas vocamus lentas et iuges (m). Seruius.

(l) *Nimbus* interdum quoque *Vaſis* eſt Genus, quo *Vina, Vnguenta* et alii *Liquores* funduntur. Inde *Martialis* Lib. XIV. Epigr. CXII.

> *Ab* Ioue *qui veniet miſcenda ac pocula, largas*
> *Fundit* Nimbus *aquas*: *hic tibi Vina dabit.*

(m) vel Aquae e Coelo *guttatim* miſſae deſtillationem.

Niſus ingenio, *Nixus* corpore. H.

Niti eſt conari, et labore contendere (n): *Obniti* eſt contra Aduerſa et Difficilia luctari et obfirmari, quod *plus* eſt. Liuius Lib. 33. *Omni vi ne caperetur*, obnoxius (vel potius OBNIXVS) *occubuit.*

(n) ſ. re aliqua *inclinando in illam* ſeſe fulcire, (2) nixu *virium* ſeu ſub *onere* aliquid conari. Virgil. Lib. III. *Georg.* v. 35.

> - - *Valido* nitens *ſub pondere Faginus axis*
> *Increpat.* - - - -

Sed Virtuti *reniti* eſt ſuo Honori *obniti.*

Nobilis nobilitate rerum (o); *Generoſus*, qui Graecis γενναῖος appellatur. Ita HIC ex generatione; ILLE ex re eſt.

(o) *Nobilis, e*, etiam in *malam* partem ſumi, docet *Valla* Lib. V. *Elegantiar.* Cap. XXXV. p. 359. quando nempe in ordine *meretricio* qſ. excellens, vel maxime inter alia notum, NOBILE *Scortum* dicitur. Caeterum inter *ſimpliciter*

Digitized by Google

Nobiles et *Equites* hanc dari Differentiam *Ioann. Limnaeus* Lib. VI. de *Iur. Publ. Imp. Rom.* Cap. II. n. 9. Tom. II. tradit, quod ex *ignobili* quis NOBILIS; an non ex *Ignobili* *EQVES* poſſit fieri.

Nocens a *Nefario* et *Impio* diſtat, vt Nocens leuius videri poſſet. Cic. Lib. 2. de Offic. *Nec tamen vt hoc fugiendum eſt; ita habendum eſt religioni contrarium*, nocentem *aliquando et* nefarium impiumque *dependere*. Non.

Nocens eſt, detrimentum dans; *Nefarium*, quod ne fari quidem licet. H.

Nocte partem; *Noctu* totum dicimus. HOC Temporis eſt *Aduerbium*; ILLVD *Nomen*. Sic *Noctu* dicimus coenaui, et *hac Nocte* nihil breuius. H.

Nomen eſt, quod quisque *proprium* et *certum* habet, vt CICERO, ROMA (p). *Vocabulum* eſt, cuius ſignificatio eſt *communis*, vt HOMO, VRBS. Varro Lib. 7. de Lingua Lat. Vocabula, *quae a* Nominibus *oriuntur*, *ſi a ſimilibus* Nominibus *ſimilia eſſe debent*, *dicimus*, *quoniam gemina ſunt* PARMA, ALBA, ROMA, *Parmenſes*, *Albenſes*, *Romenſes*. Idem Lib. 9. *Non enim idem* Oppidum *et* ROMA, *cum* Oppidum *ſit Vocabulum*, ROMA *Nomen*.

(p) Deriuatur autem a *Noſco*, quia per *id*, quicquid nominamus, *agnoſcitur*. GRAMMATICI *Nomen* definiunt, quod ſignificat *Subſtantiam*, vel *Qualitatem propriam*, vel *communem* cum Caſu. Apud *ICtos* NOMEN idem, quod *Debitum* eſſe ex *Giſanii* Obſeru. *L. L.* p. 347. conſtat.

Nominatio nominat, quem appellat (q); *Appellatio* appellantis vox eſt in *Miniſterio*, et appellat ad *potentiorem* propter iniuriam † (r). *Corn. Fronto.*

(q) Sic

(q) Sic datur apud *Politicos* et *ICtos* NOMINATIO ad *Munera*, quae *ipſam Creationem* denotat, vt et NOMINATOR, qui aliquem ad *Magiſtratum*, *Tutelam*, *aliudue Munus publicum* nominauit. Vid. *Schardii* Lexicon Iuridicum p. 625.

† vt, cum inuocat auxilium magiſtratus, vel cum pecuniam repoſcit. R.

(r) *Quotuplex* autem in *Iure* ſit APPELLATIO, docet idem *Schardius* loc. iam cit. p. 93. col. b.

N*otat* vel Locum quis, vel Perſonam, vel Noxiam; *Annotat*, qui Notae (s) quid adiicit (t).

(s) Eſt autem *Nota* proprie *Signum*, *quo* aliquid *notatur* et *deſignatur*. Sed quoniam turpitudine aliqua affecti noti plerumque eſſe ſolent, apud *Latinos* vulgare eſt, vt NOTA in *malam* partem etiam capiatur, et, ſcribente *Doleto* loc. alleg. fol. III. col. I. *Labem Turpitudinem*que ſignificet.

(t) Sic *Notarius* notat *Res notabiles*, iisque alias *notatu* dignas ſubinde *annotat*, et *ſubnotat*. Comenius.

N*othus* appellatur, qui ex *Concubina*, non ex *Vxore legitima* natus eſt, ſed *Patrem certum* habet. Latini recentiores vocant N*aturalem*, quia ſine legitimo Matrimonio tantum N*aturae* coniunctione naſcitur. *Spurius* eſt, qui *Patre incerto* aut *illicito* genitus eſt, veluti ex *Scorcatione*, *Adulterio*, *Stupro*, vel *Inceſto*: quaſi σποράδην id eſt *paſſim*, et *vulgo* conceptus, vel ab *illa muliebri parte*, qua Mater illum in *lucem* edidit, quam veteres SPVRIVM dicebant ἀπὸ τῆς σπορᾶς, vt, ſcribunt Plutarchus et Iſidorus. *Cum enim* Pater *ignoretur*, *aut is ſit*, *quem habere non licet*; Mater *autem ſemper certa ſit*, *Filius dicitur* Spurius *aut* Spurii *Filius*, *a muliebri parte Matris*. Quintilianus Lib. 3. NOTHVM, *qui non ſit* legitimus

Digitized by Google

mus, GRAECI *vocant*, LATINVM *rei* N*omen*, *vt* Cato *quadam quoque Oratione teſtatur*, *non habemus*; *ideoque vtimur peregrino* (u). Modeſtinus Pandectarum I. l. 23. D. de ſtatu Hom. Vulgo concepti *dicuntur*, *qui* Patrem *demonſtrare* non *poſſunt*; *vel qui poſſunt quidem*, *ſeu* eum *habent*, quem *habere* non *licet*, *qui et* Spurii *appellantur*.

(u) Leg. Perotti *Cornucopiae* Epigr. I. c. 68. lin. 56 ſeqq.

Nouiſſimum Ordinis (x), *Vltimum* Orbis. Corn. Fronto.

(x) Alias *Nouiſſimum* eſt *vltimo* factum; *Vltimum*, quod eſt maxime vltra. An autem aliquid ſit vlterius, et quidnam tandem *vltimum*, ex mente *Comenii* minime poſſumus aſſequi.

Nouum eſt, quod nunc *primum* accidit (y); *Recens*, quod *nuper*; vt *Lex* NOVA, quae *primum* perfertur; eadem *recens*, quia *non diu ante* fuit lata, NOVVM ad *Rem*; RECENS ad *Tempus* pertinet. Cicero pro Flacco: *Memineritis*, *quarum rerum inuidia Lege hac* recenti, *et* noua *certus eſt inquiſitioni Comitum numerus conſtitutus*. Idem ad Brutum: *Hanc ipſam* recentem nouam *deuorauit*. Iuuenalis (z):

> *Res memoranda* nouis *Annalibus*, *atque* recenti
> *Hiſtoria*. - - -

(y) ſeu nunc demum eſt factum. Neceſſe enim eſt, res *nouas* naſci, quia decedunt *veteres*. Sic NOVOS etiam dicimus, quorum nulli Maiores *clari* fuere, ſed ipſi per ſe ipſos *clari* eſſe incipiunt, et in *Ciuitate* conſequuntur *Magiſtratus*.

(z) Satyr. 2. v. 102. ſeq.

Noxa

Noxa † eſt Corpus, quod nocuit; *Noxia* ipſum Maleficium, inquit Iuſtinianus Imperator Inſtitutionum Lib. 4. Tit. 8. In quem *Valla* (aa) grauiter inuehitur, putatque ineptum eſſe, NOXAM appellare *ipſum Corpus, quod deliquit.* Contra pertendunt *Interpretes Iuris*, recte IVSTINIANVM dixiſſe, NOXAM Seruum, qui *Noxam* fecit, quia a *nocendo* formatur NOXA; quae tamen ratio parum firma eſt, cum ab eadem quoque origine ſit NOXIA. Melius, vt mihi quidem videtur, oppoſuiſſent, NOXAM duplici ſignificatu dixiſſe *Iuris* Autores, ſicuti dicuntur *Operae*, et *Actiones*, et *Homines*, qui agunt, *Carcer* et *Ergaſtulum* loca *Cuſtodiae* et *Vincti*, qui in illis cuſtodiuntur. Sed omnino illa NOXIAE ſignificatio, quam IVSTINIANVS tradit, non eſt in communi *Latini* ſermonis vſu. Itaque *vera* et *propria* horum Vocabulorum *Differentia* eſt, quod NOXA †† *generale* Nomen eſt, quo omne id, quod *nocet*, intelligitur, tam *Culpa* quam *Laeſio*, vel *Poena*, NOXIA tantum ſignificat *Maleficium* et *Peccatum*. Vnde Formulae illae loquendi: *Noxam ſarcire*, pro Damnum ſarcire; *Noxae*, vel *in Noxam dedere*, id eſt, Animal Mancipiumue viuum tradere Poenae pro Damno dato: *Noxis ſolui et ſolutum eſſe*, pro carere Delicto, ob quod poſſit *noxali* iudicio agi. Item *Noxiam committere*, id eſt Damnum dare, et *Aeſtimatio Noxiae*, quae omnia in Iurisconſultorum Libris paſſim ſeſe offerunt.

† *Noxa* enim plane etiam maleficium et peccatum qualecunque denotat, non modo in iure noſtro L. 45. §. 1. D. de Leg. I. L. 4. et L. 32. D. de Noxal. Act. ſed et in duo-

 decim

Digitized by Google

decim tabulis, vt teſtatur L. 238. fin. D. de Verb. Sign quamuis eo loco multae editiones *noxae*, Florentina *noxiae* praeferat. R.

(aa) Hic Lib. VI. *Elegantiar.* Cap. XXXV. p. 446. *Seruium* fruſtra reprehendit, quod NOXIAM pro *Culpa* poſitam eſſe dixerit. Fortean *Valla* noſter, alioquin Vir doctiſſimus, *Plautum* aliosque plures ex Antiquis non legit, qui multis in locis *Vocabulum hocce* in eum ſenſum vſurpant.

†† *Noxa* poena eſt, *Noxia* culpa. Corn. Fronto. R.

Noxa peccatum leue. Virg. Aen. lib. 1.
Vnius ob noxam *et furias.*
Noxia, nocentia. Virg. Aen. lib. 8.
- - *Iraeque et crimina* noxia *cordi.* Non. R.

Nuces dicuntur omnia, quae *foris* corio duriore (bb) teguntur et *intus* habent, quod eſt *eſui*, vt *Auellanae*, *Iuglandes*, *Caſtaneae*, *Amygdala*; POMA (cc) vero ſunt, quae *foris* habent, quod *edendo* eſt, et durum *intus* includunt, vt tradunt *Macrobius* et *Seruius*. Caſſius, Dionyſius Lib. 10. Geoponciῶn Ὀπώρα λέγεται ἡ χλοώδη τὸν καρπὸν ἔχουσα, οἷον δωράκινα, μῆλα, ἀπίδια Δαμασκηνὰ καὶ ὅσα μὴ ἔχει ἔξωθέν τι ξυλῶδες. Ἀκρόδρυα δὲ καλεῖται ὅσα ἔξωθεν κέλυφος ἔχει, οἷον ῥοιὰ, πιστάκια, κάστανα καὶ ὅσα ξυλώδη τὸν καρπὸν ἔχει ἔξωθεν. Quo pertinet *Dictum* CASCELLI Iuriſconſulti, qui VATINIO gladiatorium munus edente, cum ab *Aedilibus* edictum eſſet; *Ne quis in Arenam, niſi* POMVM *mitteret*, conſultus a quodam, *an Nux pinea* Pomum *eſſet*? Reſpondit: *Si in* Vatinium miſſurus es, POMVM *eſt.* *Nam alioquin* proprie *non erat* POMVM. Frequenter tamen POMI Nomen *generale* eſt, quo continetur omnis Fructus arborum *eſui* aptus, ſiue

molli

molli corio tegatur, ſiue duro. Qua ratione *Nuces*, *Ficos*, et *Vuas eſcarias* POMA eſſe Iuriſconſulti ſcribunt, et Plinius Lib. 5. POMA vocat *Nuces iuglandes*, Palladius *Caſtaneas*:

Proceras fagos, et POMA *hirſuta virentis*
Caſtaneae. - - Item *Ficus*,
Se quoque miratur pingui grandeſcere ſucco,
Et ſolitum gaudent vincere Poma *modum*.

(bb) (ſeu duro cortice).

(cc) Hoc Vocabulum deriuatur a nonnullis *ἀπὸ τȣ̃ πώματος*, h. e. *potione*, quoniam ex *omnibus* ferme POMIS *Potiones* poſſunt fieri, et fiebant quoque *antiquitus*.

Nummus eſt Materia forma publica (dd) percuſſa, cuius vis ex impoſita aeſtimatione conſtat, quia, vt inquit Ariſtoteles, *τ᾽ ὄνομα ἔχει ὅτι ȣ̓ φύσει, ἀλλὰ νόμῳ ἐςί* (ee); *Pecuniae* vero appellatione NVMMI continentur, et hoc amplius *omnes Res* ſiue *mobiles*, ſiue *Soli*, et tam *Iura*, quam *Corpora*, vt tradunt *Iuris Autores*, in ſe habet. Auguſtinus de Diſciplina Chriſtianorum: *Quicquid homines poſſident in terra, omnia, quorum Domini ſunt*, Pecunia *vocatur*, Seruus *ſit*, Vas, Ager, Arbor, Pecus (ff), *quicquid horum eſt*, Pecunia *vocatur*. Et *ideo* Pecunia, *quia* Antiqui *totum, quod habebant, in* Pecoribus *ponebant*.

(dd) et quidem ad *Rerum praeclare geſtarum memoriam*, quemadmodum ſcribit *Briſſonius* Lib. IV. de *Formul.* p. 354. Et *tales* NVMMOS, curioſe ac ſtudioſe adhibita explicatione, iampridem exhibuere *Octauius de Strada* a Rosberg, *Ezechiel Spanhemius* et *Carolus* meus *Patinus*, Viri ſane digni, vt *Iouis* atque *Mineruae* epulis quotidie interſint.

(ee) Eſt autem NVMMVS vel *Denarius*, vel *Seſtertius*, vel *Ioachimicus* vel *Aureus*. Sed NVMMI *adulterini* ſunt,

Digitized by Google

quos vulgus *falſam* MONETAM appellat. Sed quaeris, vbi NVMMOS varii *Numiſmatis* reperias? Apud *Nummularium* nempe, vel in *nummaria* ciſta *nummoſi* Mercatoris.

(ff) Inde et *Pecuniae* nomen, quia *primitus* ſigno *Bouis* vel *Ouis* ſignabatur.

Nunciatur (gg) de Longinquo, *Denunciatur* de Praeſenti, *Renunciatur* de Excuſando et Repudiando. Cicero: Renunciata *eſt tota conditio. Obnunciatur* mala Res; *Annunciatur* bona, ſed futura. *Donat. et Agraetius.*

(gg) *Nunciare* eſt rem nunc geſtam ſignificare. Sic, loquente *Comenio*, eſt *Nuncius* is, qui aliunde quid *nunciat*, laetum *nuncium* hilariter *annuncians*, triſtem dolenter *obnuncians*. *Praenuncius praenunciat* aliquid nondum factum; *Renuncius* affert, quod alter *renunciauit*; *Internuncius* ab altero ad alterum transmeando *internunciat*. Iudex *pronunciat* ſententiam, Reoque *denunciat* Poenam, ſed Arcana Reipublicae non *enunciat*: quandoque officium IVDICIS *renunciat*, atque tum in locum eius *renunciatur* alius. Conf. quae *ſupra* ad pag. 73. ſeq. ſunt dicta.

Nunquam plus aſſeuerationis habet, quam *non*, vt Virgil.

Nunquam *omnes hodie moriemur inulti*.
Donat. R.

Nuptiae. Ad *nuptias* vel connubium requirebatur, vt vterque contrahentium eſſet et liber et ciuis Romanus: inter ſeruos vero liberosque et ſeruos *Contubernium* erat. R.

Nutare capitis, *Annuere* vel *Innuere* narium, labiorum, ſuperciliorum: *Nictare* oculorum eſt. Non. Plaut. in Aſin. 4. 1. v. 39. Nec vlla, vlli homini *nutet, nictet, annuat*. R.

O. *Obe-*

Digitized by Google

O.

Obedio ſemper in Bonis; *Obſequor* in Malis quoque. H.

Obſcurus † natura; *Obſcuratus* obſcurus factus. H.

† *Ambiguus* ſermo habet duas ſignificationes, *obſcurus* vnam, ſed latentem. Vid. Gell. lib. II. cap. 12. R.

Obſtare eſt ſe obiicere, vel opponere (hh); *Obſiſtere* qualibet re impedire. Plautus in Curculione:

Obſtant, obſiſtunt *cum ſuis ſententiis.*

(hh) h. e. *contraſtare, aduerſari, impedire.* Vnde *Obſtaculum*, quod idem eſt, ac *Impedimentum obſtans.*

Obſecratio erat, cum DII irati *precibus* rogabantur (ii); *Supplicatio*, cum ob rem bene ac feliciter geſtam, (*) inprimis ob *victoriam*, gratulatio, vel honor DIIS habebatur. Liuius Lib. 37. Supplicatio *circa omnia puluinaria, et* Obſecratio *in vnum diem indicta.* Idem Lib. 41. Supplicationibus *habitis iam, et* obſecratione *circa omnia puluinaria facta.* Suetonius in Claudio: *Vtque ob dira aut in Vrbe, aut in* CAPITOLIO *viſa,* Obſecratio *haberetur* †.

(ii) *Generaliter* ſignificat *Preces, Deprecationem,* vel *Obteſtationem.* Vnde CICERONIANAE FORMVLAE: *Obſecratione Vti*, et *Obſecrationem repudiare.* Leg. *Doletus* loc. alleg. fol. 113. fac. a. col. 2. Diuerſa autem *Obſecrationum* genera apud *Antiquos* fuiſſe, docet acutiſſimus Vir, *Briſſonius* Lib. VIII. de *Form.* p. 717.

† *Obteſtatio* dicitur, cum per eas res adiuramus eum, quem rogamus, de quibus agitur Cauſa. Donat. R.

Obſecro et *Obteſtor* maiorem vim habent, quam *Oro* et *Rogo.* Nam *Obſecrare* eſt quaſi ob *Sacra* et *res cariſſimas* poſtulare; *Obteſtari* eſt precari cum

mentione *earum rerum*, per *quas* petimus, vt per DEOS, per SE: *Orare* † (kk) eſt *humiliter* et cum *veneratione* petere; *Rogare* cum *precibus* ſupplicare. Cicero ad Curionem: *Vt ego te* obſecrare obteſtarique *non dubitem.* Idem ad Atticum: *Idque vt facias, te* obteſtor, *atque* obſecro. Et ad Fabium: *Pro amore noſtro* rogo *atque* oro. Plaut. in Milite:

Nunc te orare *atque* obſecrare *iuſſit.*

Salluſt. Lib. 1. Hiſtoriar. *Quod ego vos* oro *atque* obſecro. Idem in Iugurtha: *Lacrumans per Amicitiam perque Rempublicam* obſecrat. Liuius Lib. 39. Orare *atque* obſecrare, *vt ſibi Senatum adire, ac deprecari liceret.*

† *Oramus*, quae bona ſunt, *ſupplicamus* in aduerſis magis, vel cum lacrymis. Donat. *Orare* eſt placidos petere, *Obſecrare* iratos rogare. Donat. *Rogare* vt hominem, *Orare* vt Deum. Paedian. R.

(kk) ORARE *proprie* eſt praemeditatum ſermonem loqui, et dicitur quaſi *ore agere.* Sic quando cum *Homine*, ſeu *Deo* iungitur, *precari* denotat; quando vero cum *Re*, ſignificat *petere.* Ab *Antiquis* etiam poſitum eſt pro *Agere.* Vid. *Perotti* Cornucop. *Epigr. XI.* col. 641. lin. 33. ſeqq. Caeterum ORO plus eſt, quam *Rogo*; OBSECRO plus, quam *Oro*; OBTESTOR plus, quam *Obſecro*; AMBIO magna. Ideoque plus facit ORANS, quam *Rogans*; et OBSECRANS plus, quam *Orans.*

Obſequium aſſentatoris eſt, *Veritas* amici. Donat. R.

Obtinemus nondum Noſtra; *Retinemus*, quae Noſtra ſunt. *Obtinemus*, quae aliorum Poteſtate in periculum vocari poſſunt; *Retinemus* ea, quae perire non poſſunt, niſi noſtra Voluntate †. *Goclenius* loc. cit. p. 219. H.

† ita-

† itaque in illo maior eſt difficultas. R.

Occaſio reſpicit ſolum *Tempus* ad rem perficiendam idoneum, et eſt, *Cicerone* loquente, ipſa *Tempeſtiuitas*; *Facultas* vero omnia *Inſtrumenta* continenet et *Adiumenta*. Goclen. H.

Occidere, ob caedem dictum eſt, *Interficere* et *Perimere* priſca ſunt, *Iugulare* ob iugulum, *Necare* a nece, *Interficere* a facto, *Perimere* ab emtione, quaſi iure tollere. Paed. R.

Occulte latent, *Clam* caelant: Alteri non prodere, alteri caelari habitui naturali ineſt. Corn. Front. R.

Oculiſſimum, chariſſimum. Plaut. *Oculiſſimum* oſtium amicae. *Oculatum* pro praeſenti poſuit idem Plaut. cum dixit: *Oculata* die. Item ipſe: pluris eſt *Oculatus* teſtis vnus, quam auriti Decem, id eſt, qui ſe vidiſſe dicat. *Oculitus* quoque dicitur, vt funditus, penitus, quo ſignificatur tam charum eſſe, quam oculum. Feſt. R.

Odium apertum eſt, *Simultas* occulta et obſcura. Sed non diſſimulamus, hoc non eſſe perpetuum. Nam *Simultas* etiam de apertis inimicitiis vſurpatur a Ciceronianis non raro. Goclen. R.

Odorum eſt; quod ex ſe *Odorem* mittit (ll), vt *odora* Viola. *Odoratum*, quod aliunde accipit *Odorem*, vt Templum *odoratum*. Seru. Martialis:

Tantus Veris honos, et odorae *gratia* FLORAE.

Confunduntur tamen haec interdum, et ODORATVM idem eſt quod *Odorum*. Virg. *) Lib. IIII. Georg. v. 415.

Diſce

Diſce et odoratam *ſtabulis accendere cedrum.*
Idem Lib. VI. Aeneid. *) v. 658.
Inter odoratum *Lauri Nemus.* - -

(ll) ſeu *Odorem* ſpargit. Sic Res *odora odorati;* nos autem *Odorem* illum *odoratu* noſtro *odoramur. Odorarius* e rebus *odoratis* parat *odoramina.* Sed *inodorae* nec veſtem nec aliud *inodorant.*

Offerimus non merentibus, *Reddimus* merentibus. Donat. R.

Officina eſt locus, in quo Artifices *Opera* faciunt; *Taberna* †, vbi eadem *Opera*, vel *Merces* venduntur, cui, qui praeeſt, *Inſtitor* vocatur, vt *Magiſter officinae* †† (mm). Sic dicitur OEFICINA *Pictoris*, *Statuarii*, *Fabri*, *Sutoris* et aliorum *Opificum:* TABERNA vero *argentaria*, *vinaria*, *ferraria*, *cauponia*, *purpuraria*, et ſimiles, quae in Libris *Iuriſconſultorum* paſſim nominantur. Paulus Sententiar. 2. l. 7. 13. D. de Fund. inſtr. *Quod cum diſcipulis eorum, qui* Officinis, *vel* Tabernis *praeſunt, contractum eſt, in* Magiſtros, *vel* Inſtitores, *in ſolidum actio datur.* Quanquam illi ipſi Iureconſulti l. 183. D. de Verb. ſign. TABERNAE appellatione intelligunt *omne Aedificium*, quod eſt vtile ad *habitandum*, vel *commorandum*, autore *Vlpian.* Et ſic Catullus (nn) dixit:

Fontem Tabernae *ſuſcipionibus ſcribam.*

Et *) *Epigr. LII.* v. 2.

Demonſtres, vbi ſunt tuae Tabernae (oo).

† *Tabernas* alicubi accipit Cicero pro officinis, in quibus operarii conducti opera faciunt. R.

†† etſi eadem eſſe poteſt *Officina* et *Taberna*, vt ſutrina. R.

(mm) Conf.

Digitized by Google

(mm) Conf. *Vallae* Lib. IV. *Elegantiar.* qui ſimul negat, hanc differentiam eſſe perpetuam, Cap. XLIV. pag. 283. et ex eo *Goclenii* obſeruat. *L. L.* p. 239.

(nn) *Epigr. XXXV.* v. 10. vbi in multis *Editionibus* pro *Suſcipionibus*, extat SCIPIONIBVS.

(oo) Heic pro *Taberna* in vtraque *Tuſcanelliana Editione* non adeo incommode legitur *Latebrae*.

Officium eſt voluntarium et ſemper cum *Ratione* et *Mente* coniunctum; *Studium* eſt Voluntatis; at non *Affectionis*, carens plerumque *Ratione*, *Labore* corpus ipſum defatigatur. H.

Officium † maius eſt, quam *Studium* ††, *Beneficium* maius, quam *Officium*. Goclen. H.

† *Officium*, ab efficiendo, ab eo, quod quaeritur quid efficere in eo vnumquemque conueniat, pro conditione perſonae. Donat. R.

†† *Studium* eſt voluntas hominis attentior atque impenſior. Donat. R.

Olea (pp) eſt Arbor ipſa, vnde deriuatur Oleum; *Oliua* † Fructus ipſe. Vnde eſt *Oliuum*. Legimus tamen *Oliuam* et de *Arbore*, vt:

Incumbens tereti Damon, ſic coepit, Oliuae.
(qq). *Seru.*

(pp) *Olea* profert *oleoſas oliuas*, e quibus *Olearius* in *oliuaria* Mola exprimit *oleitatem* et conficit *Oleum*, excipitque *Oliuum* expreſſum in vaſa *oleatia*, Foliis *oleaceis* et Fructibus *oleagineis* alio reſeruatis. *Comenius.*

† Alii: *Oliua* fructus et arbor, *Olea* fructus, *Oleum* liquor. R.

(qq) Hic verſus extat apud *Virgilium* Ecl. VIII. v. 16.

Olim et *Quondam* et *Aliquando*, tria tempora tenent, prae-

Digitized by Google

praeteriti, praeſentis et futuri. Affatim inueniuntur exempla. Praeſentis demus, quod difficile videtur. Virg.

- - - *Tumidis quod fluctibus* olim
Traditur. - - - Idem:
Quondam *etiam victis redit in praecordia virtus.*

Cic. *Expergiſcimini* aliquando *et capeſſite* Rempublic. *Agraet*. R.

O*men* fit ore; *Auſpicium* aſpectu; *Augurium* garritu Auium. H.

O*mitto* Totum; *Intermitto* Partem; *Remitto* relaxando Continuationem. *Goclenius*. H.

O*mnis* ad quantitatem diſcretam; *Totus* ad continuam refertur: ſiue OMNIS de *Vniuerſis numero diſtinctis*, vt O*mnis* GREX; TOTVS de *corpore integro* dicitur, vt *Tota* DOMVS. Licet Poëtae non ſemper hanc differentiam obſeruent, quorum teſtimonia N*onius* adducit.

O*mnis* nullum excipit; *Cuncti* omnes in vno loco †; *Vniuerſi* quaſi ad vnum verſi. H.

† at *Omnes* vero, etiamſi diuerſis in locis ſiti. R.

O*mne* a Numero; *Integrum* et *Totum* a Partibus. H.

O*neratus* eſt qualicunque preſſus pondere (rr); O*nuſtus*, cui onus ipſum Honori eſt. Vt ſi quis *Hoſtium ſpolia* ferat: ſed O*neratus* aſpirationem non habet, qui ab *oneri* venit; *Honeſtus*, quia etiam ab *honore* deſcendit, retinet aſpirationem. *Seruius*.

(rr) ſeu cui *Onus* eſt impoſitum; *Oneroſum* autem, quod *onerat*.

Onus

Digitized by Google

Onus vehiculorum et maius eſt: *Sarcina* hominum. Corn. Front. R.

Opem ferre dicitur in malis rebus et iis, qui de ſalute dubii ſunt. Terent. in Adelph.

fer opem, *ſerua me.*

O*pitulari* et *opitulatio* dicta ab opem tollendo, hoc eſt, ferendo. Idem in And.

Sin opitulor, *huius minas. Donat.* R.

Opera eſt Labor, Actio, et Induſtria (ss), vt cum dicimus, OPERAM *dare*, *nauare*, *ſumere*, *perdere*; *Opus* eſt id, quod *opera* perficitur, aut poſt *operam* exſtat, vt OPVS *ruſticum*, *textorium*, *fabrile*, *caelatum*, *ſculptum*. *Vnde* OPVS *facere*, *locare*, *conducere*, elegantes et vſitatae locutiones. Terent. in Heautontimor.

Quod in opere *faciundo* operae *conſumis tuae.*

Varro Lib. 4. de Lingua Lat. *Si quid datum pro* opera, *aut* opere. *Merces* a *merendo*. Interdum tamen OPVS pro *opera* ſumitur. Cicero Lib. 2. Officior. *Neque Agricultura*, *neque Frugum Fructuumque reliquorum perceptio et conſeruatio ſine* opere *hominum eſſe vlla potuiſſet.* Idem ibidem: *Adde ductus Aquarum*, *deriuationes Fluminum*, *Agrorum irrigationes*, *Moles oppoſitas Fluctibus*, *Portus manu factos*, *quae vnde ſine hominum* opere *habere poſſemus?*

(ss) *Operantis* nempe, ſeu qua *Opus* fit. Vt autem eximium *Opus* efficiatur, opus eſt *Operarios* iungere, *Operasque* fideliter *operari*, et ſibi inuicem cooperari tantopere, *quantopere* apparet, rem eſſe *operoſam*, et requirere *operoſarum* manuum *operoſitatem*.

Opera

Opera eſt, ſi ſcientes laeſerimus, *Culpa*, ſi neſcientes, alterum ſceleris, alterum ſtultitiae eſt. Donat. R.

Opera eſt *labor* et *induſtria*, quae adhibetur circa agendum, *Operatio* vero eſt ipſa actio. Anton. in Virgil. Ecl. 3. R.

Operam et *Operas* ita diſtinguit *Seruius*, vt OPERA ſignificet *Actionem*, OPERAE *Homines mercede conductos*. Cicero pro Flacco: Operae *faceſſant*, *ſeruitia ſileant*. Sed *Iuriſconſulti* frequenter OPERAS *Actiones* et *Miniſteria* vocant in *Titulo*, quem de *Operis Libertorum* fecerunt, atque etiam ipſe Cicero Lib. 3. Officior. *Pleraque ſunt Hominum* Operis *effecta*. Et alibi: Operas *in Scriptura pro Magiſtro dat*. Itaque puto rectius dici de *Actione* OPERAM et OPERAS, de *Perſonis* OPERAS tantum.

(tt) *Huius Vocis* ſignificatio tam *elegans* eſt ac *trita*, vt, loquente *Doleto*, ſexcentos ferme loquendi modos a *Latinis Scriptoribus* vſurpatos in ſe contineat. Leg. *Nonius Marcellus* de Propriet. *Sermon.* fol. 256. fac. a.

Opes Num. Plur. *Diuitias* ſignificat: Num. Singul. *Auxilium*; vtroque Numero *Poſſibilitatem*. OPIM quando dicimus, Nympham ſignificamus: ſi autem dicimus OPEM, *Auxilium* (uu). *Opes* Num. Plur. etiam *Auxilia et Cenſus* accipimus. Nam OPS (xx) Terra eſt Vxor *Saturni*; quam *Graeci* RHEAM vocant. *Seruius.*

(uu) Cui enim *Opes* ſunt, is facile poteſt *Opem* ferre.

(xx) OPS Antiquis *Multitudo* eſt, et ponitur non ſolum

lum pro *Opem ferente*, ſed et pro *Opulento*. Vnde INOPS et COPS pro *Coops*. Vid. *Laurenbergii* Antiquar. p. 311. col. b.

Opinamur, quae putamus; quae *putamus*, incerta ſunt. Donat. R.

Opinio hominem ſuſpectum facit, *Fama* vel commendat, vel deſtruit. *Opinio* oſtendit; *Fama* indicat; *Rumor* tumultuatur.

Oportet † et *Opus* minus ſunt; *Neceſſe* plus. Porro OPORTET inſtar *Speciei* ſe habet; LICET eſt *Genus*. Sed DECET conuenit *Perſonis* et *Temporibus*. Goclen. H.

† *Oportet* declarat perfectionem officii, vt: *praemia virtutis* oportet *eſſe ſancta et caſta*, i. e. inuiolata. Cicero. *Licet* dicitur id, quod legibus et iure permittitur. Goclen. *Oportet* eſt, quod rationi, honeſtati, *licet*, quod legibus et iuri ſcripto eſt conſentaneum. R.

Oppidum minus eſt vilius (yy); *Vrbs* nobilior (zz). Vnde Metropolis *Vrbs*, et κατ' ἐξοχὴν ROMA dicitur *Vrbs*. Suetonius in Auguſto: Vrbe Oppido*ue vllo egreſſus*. Confunduntur tamen haec duo ab optimis Autoribus non ſemel neque vlla re aliqua differunt, niſi *Etymologia*. Cic. Lib. I. de Legibus: *Eiusmodi coniunctionem tectorum* Oppidum, *vel* Vrbem *appellarunt*. Idem Lib. I. de Diuinatione: Pheras *veniſſe*, *quae erat* Vrbs *in* Theſſalia *tum admodum nobilis*, *in eo igitur* Oppido. Varro Lib. 4. de Lingua Lat. *Quare et* Oppida, *quae prius circumducta aratro ab orbe et vruo* Vrbes. Sulpitius ad Ciceronem de Co-

Digitized by Google

rintho, Aegino et Megara: *Quae* Oppida *quodam tempore florentiſſima fuerunt.*

(yy) Deſcribitur autem, quod ſit *Habitaculorum compages*, *Pago maior*, qſ. a *mutua Ope* petenda.

(zz) Dicitur enim *Oppidum muris* et *foſſis cinctum* ſeu *Locus Vrbatus*, ab antiquo VRBARE, quod idem eſt, ac *Arare*. *Aratro* enim *Ciuitatis Muros* Antiqui ſolebant deſcribere.

Opportune dicimus, quum, verbi gratia, inuitati ad ipſum tempus incipientis prandii venimus. *In ipſo tempore*, quum iam prandio appoſito. Donat. R.

Ora et *Orae* licet paria eſſe videantur, tamen, vt genere, ita intellectu diſtant. Nam quoties in his neutrum genus tangitur, vultus vel facies noſtra ſignificatur. Virg. lib. 12.

Ora *citatorum dextra detorſit equorum.*

Quoties foemininum, cuiuslibet rei fines. Virg. Aen. lib. 1.

\- - - *Exire locosque*
Explorare nouos, quas vento acceſſerit oras.
(Non.) R.

Orare eſt petere, *Exorare* impetrare. Seru. *Orare* eſt placidos petere, *Obſecrare*, iratos rogare. Vnde plus facit *obſecrans*, quam *orans*, plus vero *orans*, quam *rogans*. Donat. R.

Orator eſt, qui in *Cauſis publicis et priuatis* perfecta vtitur Eloquentia (a); *Exorator* †, qui aliquid impetrauit, qui Artem Eloquentiae profitetur; *Declamator*, qui aut docendi alios, aut ſe exercendi gratia fictam cauſam priuatim agit, vt

poſſit

poſſit veram publice ornare. Aliquando tamen, vt quidem ſemper apud *Graecos*, RHETOR accipitur pro *Oratore*, vel *Declamatore*. Cicero Lib. 2. de Natura Deorum: *Ego*, inquit, *incautus*, *qui cum* Academico *et eodem* Rhetore *congredi conatus ſum. Nam neque indiſertum* Academicum *pertimuiſſem*, *neque ſine iſta Philoſophia* Rhetorem, *quamuis eloquentem.*

(a) ſeu qui in *Iudiciis*, vel in *Concionibus Cauſas* agit. Proprie autem is eſt ORATOR, qui aliquid rogat, cuius Foemininum ORATRIX. ORATOREM etiam *Legatum* deſignare, *Carolus Paſchalius* in *Legato* Cap II. p. 7. ſeqq. teſtatur. Conf. *Schardii* Lexic. Iuridic. p. 657. loc. b.

† *Orator* eſt, cui cauſa defendenda mandatur, *exorator* iam effecti ſignificationem habet. Donat. R.

Oratio (b) eſt, quae copioſe, grauiter et ornate rem exponit; *Sermo* (c) eſt Oratio remiſſa et finitimum quotidianae locutioni; vel vt *Seruius* definit, Sermo *eſt conſertio orationis et confabulatio duorum vel plurium*, *a ſerendo* dictus. Vnde et pro *familiari Colloquio* et *Fabulatione* ſumitur, vt quod Plautus in Sticho dixit, *Lupus eſt in Sermone*, hoc Terent. in Eunucho dixit, *Lupus eſt in Fabula*. *Sermo* omnium Gentium eſt, *Loquela* Dialectus cuilibet Genti propria. *Corn. Fronto.*

(b) *Grammatici* ORATIONEM vocant congruam dictionum ordinationem, quae perfectam habeat ſententiam.

(c) vtpote qui a *Compoſitis* et ſimul *Contextis* verbis fit dicitur. Notandum autem, quod ORATIO magis ad *Oratorem* pertineat, quoniam ex omni parte perfecta eſt, dum

Digitized by Google

dum *Numeros*, *Figuras* atque *Affectus* habet; SERMO vero magis ad *Philoſophum*. Leg. *Perotti Cornucop.* col. 1043.

O*ratio* in ſenſu eſt, *Stylus* in verbis. O*ratio* ad res refertur, *Stylus* ad verba. *Stylus* non eſt in tempore, ſed prolata Oratione, *Oratio* eſt et in cogitatione, et in prolatu. Donat. Id. O*rationem* in ſententiis dicunt eſſe, *Stylum* in verbis, *Argumentum* in rebus. Donat. R.

O*rba* ſignificat apud Poetas priuata aliqua perſona chara: *Orba* eſt, quae patrem aut filios, quaſi lumen, amiſit. Feſt. R.

O*rdinatio* ſimplex eſt; *Diſpoſitio* (d) vaga. *Corn. Fronto.*

(d) Vid. *Nizolii* Theſaurus Ciceronianus col. 464. Edition. *Iacobi Cellarii* in fol.

O*rdo* vel bonorum vel malorum dicitur: *Grex* vel bonorum vel malorum et leuium eſt, Cic. *In his bonis* gregibus *omnes aleatores*, *omnes impuri impudicique verſantur*. Donat. R.

O*ro* eſt plus, quam *Rogo*, *Obſecro* plus, quam *Oro*, *Obteſtor* plus, quam *Obſecro*, *Ambio* magna. R.

O*rtus* eſt natus; O*riundus* ducens Originem. H.

O*ſculum* eſt O*fficii*, vt cum *Aduenientes Diſcedentes*ue ſalutamus, atque oſculamur; vel *Religionis*, vt Virgil. Lib. II. Aeneid.

Amplexaeque tenent Poſtes, atque OSCVLA *figunt.*

Tibullus *) *Lib. I. Eleg. II. v. 88.*

Et dare ſecretis OSCVLA *Liminibus* (e).

Sua-

Digitized by Google

Suauium vero eſt *Amoris* et *Libidinis.* Vnde et pro *Amoribus* dicunt Comiei, *Meum Suauium*; vt apud Graecos *Φίλημα* ſimul et OSCVLVM et *Amores* ſignificat (f). Varro de Vita Populi Rom. *Itaque hoc ab* Ore *dicitur* OSCVLVM: *Hoc a* Suauitate SVAVIVM, *quod ſimile ſit* ſuauitati †.

(e) *Hic Verſus* in vtraque Editione *Horatii Tuſcanellae* non prorſus inepte ſic extat:

Et dare ſacratis *oſcula* Luminibus.

Vbi enim forte *Oſculorum Oſcula* ſunt intelligenda.

(f) Conf. *Diſcurſus* noſtri de OSCVLIS *Philologici*, cap. VI. p. 85. et in id *Additamenta* p. 178. ſeqq. *Edition. nouae.*

† *Baſia* pudicorum affectuum. Donat. R.

Oſtentum (l. 38. 135. D. de Verb. ſign.) eſt, quod *praeter conſuetudinem* apparet, veluti ſi videatur *Coelum* ardere, aut *ſpectrum aliquod* ſe oſtendat; *Portentum*, quod *porro* et *diutius* tendit, *futurum*que aliquid poſtea indicat; vt Vlulatus *Canum*, *Statuarum* Deiectiones; *Prodigium*, (quod mores faciunt, Corn. Front.) quodcunque *ante* praedicit; *Monſtrum*, quod *contra Naturam* eſt, et eo monet *Futura*, vt *Homo tripes*, Minotaurus (g). Cicero Lib. 2. de Natura Deorum: *Praedictiones et Praeſenſiones rerum futurarum quid aliquid aliud declarant hominibus*, *niſi ea*, *quae fiunt*, oſtendi, monſtrari, praedici. *Ex quo illa* OSTENTA MONSTRA, PORTENTA, *et* PRODIGIA *dicuntur.* Eſt tamen interdum, vt priora duo *latius* accipiantur, et OSTENTVM ſignificet omne *contra Naturam* cujusque rei factum genitumue;

Digitized by Google

tumue; PORTENTVM †, quicquid *mirum* et *inuſitatum* euenit. In OSTENTO raritas *admirationem* facit; in MONSTRO *rectus* Ordo *Naturae* vertitur; in PORTENTO differtur *Euentus*, in PRODIGIO *detrimentum* ſignificatur. Lucilius Lib. 15. *Satyr.* *) p. 171.

Multa homines Portenta *in* HOMERO *verſificata*

Monſtra *putant*, *quorum inprimis* Polyphemus *ducentos*

Cyclopas, *Coclites*, *et porro huic maius bacillum*,

Quam malus nauis in corbita (h) maximus vlla.

(g) *Perottus* in *Cornucopiae* Epigr. II. col. 296. lin. 28. ſqq. quatuor haec Nomina inter ſe ſic *differre* dicit, vt OSTENTVM ſtatim *futurum aliquid* indicet, qualia ſunt *ſereno die facta Tonitrua*, *Cometae*, *Mulae partus* et ſimilia. Leg. *Doleti* Phraſes, et Form. *L. L.* eleg. fol. 121. fac. a. col. 1. PORTENTVM, licet *naturale* ſit, raro tamen *ſe* oſtendit, et *futurum aliquid* cum *temporis interuallo* denunciat. Ideoque aliquando etiam pro *Re inani*, *falſa atque ridicula* ponitur. PRODIGIVM, etiamſi et *naturaliter* ſit, atque *perſaepe* euenit; ſemper tamen *mali* quid praeſagit. Quapropter et *Prodigium* quidam dictum volunt quaſi *porro agendum*. MONSTRVM proprie ſit *contra Naturam*, vt ſi *Homo* cum *Bruti capite pedibusue* naſcitur, quae et *Praemonſtra* aliquando dicuntur, quaſi *porro aliquid monſtrantia*, ſiue *monentia*.

† *Portenta* rerum ſieri dicuntur, cum ſolida corpora raro ſe oſtendunt, vt cometae, turbines, barathra, item ſereno coelo ſieri tonitrua. *Oſtenta*, quae tantummodo oſtendunt, *monſtra*, quae perſpiciuntur, quaeque remedio purgantur. Feſt. R.

(h) *Cor-*

(h) *Corbitam* genus *Nauigii* tardum et grande denotare, *Nonius* ad h. l. fol. 258. fac. b. haud ineptus Autor eſt.

Ouare minus erat, quam *Triumphare.* Nam ſi bellum, quod iam confectum eſt, non fuiſſet ab initio hoſtibus indictum, aut ſine ſanguine confectum, non dabatur *triumphus*, ſed tantum *ouabant.* Bacch. 4. 9. v. 146. 150. Vid. etiam Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 17. R.

AVSONII POPMAE

DE DIFFERENTIIS VERBORVM

LIBER QVARTVS.

P*aciſci* eſt de Re certa et indubitata (i) conuenire, vt *Paciſci Nuptias* vel *Mercedem*, *Paciſci* ne petatur; *Tranſigere* vero eſt Rem dubiam, et Litem incertam, neque finitam, aliquo dato, retento, promiſſoue decidere, autore Vlpiano l. 1. D. de Trans. Virgilius (k):

- - *Vitamque volunt pro laude* paciſci.

(i) (ſeu de *dandis* et *reddendis* certa conditione)
(k) Lib. V. *Aeneid.* v. 230.

Pactum (Leg. 1. et 6. D. de Pact.) eſt Contractus inter duos pluresue, qui proprium nomen habet, vt EMTIO, VENDITIO, LOCATIO, aut CONDVCTIO; *Pactum Conuentum* (l) eſt, quod inter aliquos conuenit tantum, nec

Digitized by Google

proprium *Contractus* nomen adſumit; ita appellatum, quod non *Lege* firmetur, ſed ex *ſolo conuentu* valeat, vt *Iuriſconſulti* ſcribunt. Cicero Lib. 2. Rhetoric. *Sunt idem* Pacta, *quae ſine* Legibus *obſeruantur ex* Conuentu, *quae iure praeſtari dicuntur.*

(l) *Pactum Conuentum* in *Iure* appellatur ſine *coniunctione* ſeu *conuentione media*, *nudum* PACTVM intelligitur, quod *ſolo conſenſu* conſtat. Nam alterum *Veſtitum* appellant, hoc eſt, *aliquo certo iure* formatum, quod praeter *conſenſum Partium* etiam vim habet ex *Iure Ciuili*, et tunc aliud nomen accipit. HOC proprie *Actionem* parit; ILLVD *exceptionem* duntaxat. Leg. *Goclenius* loc. cit. p. 240. ſeq.

Pactus dicitur, qui cum altero conuenit; *Depectus*, qui turpiter pactus eſt (m). Cicero pro Sext. Roſcio: *Ipſe tria praedia* depectus *eſt*. Vlpianus ad Edictum 10. l. 3. D. de Calumn. *Hoc Edicto tenetur etiam is, qui* depectus *eſt*. Depectus *autem dicitur* turpiter pactus. Similiter *Pactor*, qui conuenit, aut *Societatem* coiuit cum altero (n); *Depector*, qui turpis quaeſtus, aut lucri gratia rem aliquam paciſcitur. Cicero Orat. 7. in Verrem: *Foederum Interpretes*, *Societatis* Pactores, *religionis autores*. Apuleius *Lib.* 2. Apologiae: *Litium* Depector *omnium falſorum commentator.*

(m) Alias Verbum DEPACISCI *Germanis* noſtris idem eſt, ac Sich endlich vertragen, doch nicht ohne (gar ſehr groſſen) Schaden.

(n) ſiue *proprie*, qui *inter Partes* paciſcitur.

Pactum

Pactum et *Pactio* ſunt diuerſa apud *Oratores* et *Hiſtoricos*, apud quos *Pactio* eſt conuentio de re communi aut publica inter *Collegas*, *Socios*, *Mancipes*, aut eos, qui *Pacem* vel *Amicitiam* conditionibus dictis paciſcuntur; *Pactum* vero eſt conuentio de *Re quacunque* et inter quoslibet (o). Salluſt. in Catilina: *Collegam ſuum* ANTONIVM Pactione *Prouinciae perpulerat*, *ne contra Rempubl. ſentiret.* Cicero pro Caecinna: *Quod Edictum Magiſtratus*, *quod Foetus*, *aut* Pactio. Idem Lib. 4. ad Atticum: *Haec* Pactio *non verbis*, *ſed nominibus et perſcriptionibus multorum tabulis cum eſſe facta diceretur.* Sed apud *Iuriſconſultos* nullam Vocabulorum iſtorum Differentiam eſſe animaduertimus. Nam et *nudam Pactionem* et *nudum Pactum* promiſcue et indiſtincte dicunt; vt ex *ipſorum Reſponſis* liquet.

(o) Ponitur etiam pro *Conditione*, vel *Modo*; vt cum dicimus *nullo Pacto*, aut *aliquo Pacto* aliquid fieri. Vid. *Doletus* loc. perſaepe alleg. fol. 121. fac. b. col. 2.

Paedagogus morum et valetudinis curator, *Praeceptor* artes et litteras docet. Plin. lib. V. Epiſt. 16. *Vt nutrices*, *vt* paedagogos, *vt* praeceptores, *pro ſuo quemque officio diligebat*. Paraeus. R.

Paedagogus inſtituit; *Magiſter* docet. Seneca Lib. 2. de *Nat.* Cap. 21. *Pertinebit ad rem*, Praeceptores Paedagogosque *pueris placidos dari.* H.

Pagi ſunt Villae ruſticanae in eodem tractu et parte Regionis diſpoſitae; dictae a *pangendo* et *iungendo*, non, vt *Grammatici* opinantur, ἀπὸ

 τῶν

τῶν πηγῶν, id eſt, a *Fontibus*, quod illi, qui in vno Pago habitant, plerumque vno et eodem Fonte vtantur (p). *Vici* † ſunt plures iunctae Domus, remotae ab Vrbe, et absque moenibus (q). Itaque *Pagi* ſunt Partes *Prouinciarum*, ſeu Praefecturae, in quibus *Vici* inſunt, et nonnunquam etiam *Oppida*; vt HELVETIA olim diuiſa erat in *quatuor pagos*, qui *Vrbes duodecim*, et *Vicos quadringentos* habebant. Tacitus Lib. I. Hiſtor. *Reliqui omiſſis* Pagis, Vicis*que*. Idem de Moribus Germ. *Eliguntur in iisdem Conciliis et Principes, qui Iura per* Pagos Vicos*que reddant*.

† *Ald. Manut.* de quaeſ. per Epiſt. 3. 7. *Vicus* eſt vel extra vrbem, vel in vrbe. In vrbe continuata ſeries domorum, eine Gaſſe, non ipſa via.

(p) Vid. PEROTTI *Cornucopiae* Epigr. II. col. 156. lin. 57. ſeqq. Hinc *Pagani* dicti, qſ. ex eodem fonte potantes, hoc eſt, *Villani*.

(q) Dicuntur autem *Vici*, quod *Vias* circum habeant.

Palam eſt aperte, manifeſte, et coram pluribus; *Vulgo* eſt communiter, paſſim, et a multis, vel in multis locis. Vnde *Vulgaris Mulier* in Iure Ciuili dicitur, quae *vulgo* et *paſſim* ſui copiam facit. Virgil (r).

Hinc laetis vituli vulgo *moriuntur in herbis*.

Marcellus Digeſtorum 26. L. 41. de Ritu Nupt. *Probrum etiam intelligitur in his mulieribus eſſe, quae turpiter viuerent*, vulgo*que quaeſtum facerent, etiamſi non* palam, *id eſt cum multis corpus miſcerent, etiamſi non in propatulo, veluti in lupanari*.

(r) Lib. III. *Georgicor* v. 493.

Palpi-

Palpitatio ſit praeter naturam et accidit homini, etſi nullum membrum moueat: *Tremor* ex dimidia parte voluntarius eſt motus. Illos enim *Tremere* dicimus, qui cum membrum mouere conantur, libere id et pro vſu ſuo non poſſunt, nec protenſum, nec ſuſpenſum ſeruare, ſed iis membrum a Facultate in altum ſublatum pondere ſuo κατωφέρεται, rurſumque a Facultate animali erigitur, quae viciſſitudo motus *Tremor* eſt. Deinde *Tremoris* Subiectum eſt cutis, caro cum muſculis, neruis et oſſibus; *Palpitatio* vero carnis ſolum cutisque eſt affectus. Tandem in *Tremore* membrum ſurſum deorſumue, dextrorſum vel ſiniſtrorſum mouetur continue; *Palpitatione* vero in eodem ſitu manens, et immotum nunc diſtenditur, repletum quaſi a Corpore extraneo nunc ſubſidit; et propterea in *Palpitatione* Facultas animalis nullo modo laeditur, quia *palpitans* membrum pro voluntate mouere poteſt aeger; *Tremor* vero a Facultatis motricis imbecillitate vel ab ea onorata dependet. Haec illuſtris *Thomas Reineſius* Lib. II. *Var. Lect.* Cap. III. p. 139. H.

Paranymphus, quaſi aſſecla ſponſi, deductor ſponſi, Bräutigamsführer. *Nymphagogus*, qui deducit ſponſam, Brautführer, *Promneſtria* mulier, quae adeſt ſponſae, deducit eam ad lectum, ſoluit ei cingulum, latine *Pronuba*. Goclen. R.

Parare (s) eſt ad *Neceſſitatem* inſtruere; *Apparare* eſt ad *Dignitatem* et *Pompam* parare, vt *Apparare* Coenam, Nuptias. Terentius in Heautontimor.

Video

Video alios feſtinare, lectos ſternere, Coenam apparare.

(s) Hoc *Verbum* pro *Comparere*, ſeu *Emere*, etiam ſumi tradit *Giſanius* loc. cit. p. 169.

Parere eſt obedire, *Apparere* autem eſt videri. Seruius. *Parere* minus eſt, quam *Seruire*. Tacitus in Agricola de Britannis. *Iam miti vt* pareant, *nondum vt* ſeruiant. Paraeus. R.

Parſi ſemel, *Peperci* ſaepius. R.

Particeps eſt, qui certam habet partem, non diuiſe agit, vt *Socius*. Aſcon. Pedian. R.

Paruum in Tempore; *Breue* in Spatio: *Exiguum* in Corpore infantis; *Puſillum* in Corpore Pumilionis. *Corn. Fronto.*

Paſci proprie Beſtiarum et Pecudum eſt; *Veſci* Hominum (t). ILLVD ad ſaginam duntaxat refertur; HOC ad *victum* atque etiam *vſum quarumlibet rerum*; vt *Veſci voluptatibus* dixit Cicero; *Veſci auris vitalibus, Sermone*, Lucretius. Interdum tamen PASCI *Hominum* eſt pro *foueri* et *ſuſtentari*, VESCI etiam *Beſtiarum*. Cicero: Paſci *ſcelere et maleficio* (u): Varro de Re Ruſt. in *ſpecie* de Ouibus: *Quaecunque iubentur*, veſcuntur, *vt folia ficulnea, et paleas et vinacea.* Plinius Lib. 10. *Aues nonnullae* veſcuntur *et ea, quae rapuere.*

(t) Sic *Veſcis* carnibus libenter *Veſcimur*, ſi non veniunt a *Veſculo* Animali. Comen.

(u) Sic idem *Cicero* ad *Attic.* (et quidem in *bona* ſignificatione) dicit PASCI (id eſt, delectari) *alicuius Bibliotheca.*

Quan-

Quando autem *Ouidius* Lib. I. *Amor.* infit: *Liuor* paſcitur *in conuiuu*, tunc eleganter PASCERE, pro *Creſcere* vſurpatur.

Paſcentia ſunt, quae ex ſe paſcuntur, vt *Prata*, et *paſcentia Mancipia*, quia paſcuntur. Ideo etiam Paſtores vocantur; *Pabulantia* vero, quae iis vtuntur, vt *Iumenta. Corn Fronto.*

Paſſim aliquid inueniri rerum, de re corporali recte dicimus: *Affatim* de re aliqua incorporali; primum enim de *inceſſu*, illud de *affatu* dictum. Agraet. R.

Paſtus ſignificat cibum, et omni *Animantium* generi conuenit (x); *Paſtio* proprie eſt actus ipſe paſcendi, et de *Brutis* tantum dicitur, vt *Paſtio Villatica*. Cicero Lib. 2. de Natura Deorum: *Quis pecudum* Paſtus, *quae vita Silueſtrium?* Varro Lib. 3. de Re Ruſt. *Altera eſt villatica* Paſtio, *altera agreſtis.*

(x) et tunc eſt *Subſtantiuum.* Quando vero eſt *Adiectiuum*, tunc ſignificat eum, qui *cibum* ſumpſit.

Patens eſt, quod *ad tempus* patet et quod aperitur et clauditur, vt *Ianuae*, *Portae* patentes, *Oculi*, *Patulum* quod *ſemper* et per ſe naturaliter, patet, vt *Nares*, *Bos patulus*, qui cornua diuerſa et late diſtantia habet, Plaut. in Truculento: *Arbor* patula; *et* patulae *Quadrae* Virgilius (y); Patulus *Mundus* Lucret. Lib. 6.

(y) *Eclog.* I. v. I. de *Fago*, et Lib. VII. *Aeneid.* v. 115. Sic *Nares* patulae Lib I. *Georgic.* v. 376. et patulae *Puppes* Lib. III. Georgic. v. 363. Conf. *Taubmanni* Commentar. ad *Virgilii Culic.* verſ XVI.

Patrii

Patrii Dii ſunt ſingulis Ciuitatibus, vt MINERVA *Athenis*; IVNO *Carthagini* (z): *Indigetes* autem proprie ſunt Dii ex *Hominibus* facti, quaſi in Diis agentes, vt *Aeneas*, *Romulus*. Seruius.

(z) BACCHVS *Thebis*; PLVTO *Elidi*; VVLCANVS *Lyparae* ac *Lemno*, etc.

Patrium a patria, *Paternum* a patre. R.

Patronus †, qui defendit alium in Iudicio, ſi orator eſt, dicitur, vel *Aduocatus*, ſi aut ius ſuggerit, aut praeſentiam ſuam commodat Amico; *Procurator*, qui negotium Abſentis nomine ſuſcipit; *Cognitor*, qui praeſentis cauſam nouit, et ſic tuetur, vt ſuam. Hodie omnis huiusmodi functio *Cauſidicorum* et *Procuratorum* ſaltem, i. e. *Cognitorum*, nominibus continetur. Aſcon. Pedian. Vid *Goclen.* loc. ſaepiſſime denomin. p. 241. H.

† *Patronus* aut temporale nomen eſt defenſoris, aut certe appellatio, per quam oſtenditur, quid illi cultus aut obſequii debeatur. *Parens* autem veri amoris nomen eſt. Donat.. R.

Patulum non poteſt claudi, *Patens* poteſt. R.

Pauidus eſt ſemper timens; *Pauens* ex cauſa. *Seru.*

Paucitas refertur ad Quantitatem *diſcretam*, ſeu *Numerum*, et opponitur PLVRIBVS; *Paruitas* ad Quantitatem *continuam* et ad *Corpus*, et opponitur MAGNIS. Idem *Goclen.* 16. H.

Pauper a paulo lare, *Mendicus*, a minus, cui, cum opus eſt, minus eſt. Varro. R.

Pauper-

Digitized by Google

Paupertas † eſt ipſa Pauperis conditio; *Pauperies* eſt damnum, ſiue iniuria facientis datum, vt cum Animal, quod ſenſu et ratione caret, damnum intulerit, de quo prodita eſt Actio, *ſi quadrupes* pauperiem *feciſſe dicatur*; *per quam conſequimur, vt vel detur ipſum Animal, quod noxiam commiſit, vel noxae et damni aeſtimatio praeſtetur.* (Inſt. Si Quadrup. pauperi.) Sic interdum PAVPERIES ſignificat ipſam *Paupertatem*, vt apud *Horatium* non ſemel.

† *Paupertas* minus, *Egeſtas* plus eſt. Senec. Epiſt. 17. *Non eſt, quod* paupertas *nos a philoſophia reuocet, ne* egeſtas *quidem.* Et Epiſt. 59. *Quanta verborum nobis* paupertas *imo* egeſtas *ſit, nunquam magis, quam hodierno die intellexi.* R.

Paulo Minus, eſt propemodum, pene, et opponitur *Paulo Magis*: *Paululum* remiſſionis eſt, et ſignificat aliquantulum, ac apponitur τῷ *Multum* vel *Pluſculum*; aliquando idem eſt, quod pauliſper; *Pauliſper* vero ſignificat temporis modum, hoc eſt breuitatem. Goclen. R.

Pax eſt inter Perſonas *publicas* et de maximis Principum diſſidiis †; *Concordia* ſeu *Otium* inter *priuatas* et de rebus domeſticis ††; *Compoſitio* in *offenſione*. Goclen. H.

† ita vt contraria ſit bello cum externis. R.

†† ita vt ſeditionibus domeſticis aduerſetur. Panaet. R.

Peccat † aliquando, qui, quod debuit, fecit, ſed non recte; *Delinquit* proprie, qui fecit, quod non debuit. H.

† Com-

† *Commerui* minoris culpae eſt, *Peccaui* multo minoris, vel leuioris. Donat. R.

P*ecora* mixtura Animalium; P*ecudes* non item. H.

P*ecuaria*, ab eo, quod eſt P*ecuare*, venit. Nam P*ecua*, vt ait in Pompeiana Cicero, ab eo, quod eſt P*ecu*, venit, vt genu, genua. Seru. R.

P*edale* Menſura eſt Pedis; P*edule* vero Pedibus inuoluendis praeſtat vtilitatem. *Corn. Fronto.*

P*eius* eſt a *Malo*, quod in vſu eſt, et creberrime frequentatur; *Deterius* vero a *Bono*, vt minoris ſit meriti, quam id, quod placet. Non. Marc.

P*ene* notat imperfectionem, *Fere* raritatem. Iul. Scalig. R.

P*enetrale* dicitur, quod penetrat; P*enetrabile*, quod penetratur. Seru. H.

P*ercontatum*, a *Conto* dicitur, quo nautae vtuntur ad exploranda loca nauibus opportuna. P*ercunctatum* vero ab eo, quod a cunctis perquiratur. Donat. R.

P*erculſum* animo, P*ercuſſum* corpore dicimus. Cicero: *Tanquam illa face* perculſos *eſſe.*

P*ercutere* de *Inſtrumentis grauioribus* dicitur, quibus vulneramur, vel occidimur; *Verberare* de *Virgis* et *Fuſtibus*. Conf. *Giſanii* Obſeruation. *L. L.* p. 350. H.

P*erdere* plus: *Amittere* minus. Sed quod Litteratores quidam dicunt, P*erdimus* conſulto, *Amittimus* incon-

inconſulto; ei refragrari *Latinorum* vſum conſtat. Leg. *Goclenius* loc. cit. p. 241. ſequ. H.

Perditum, quod inueniri non poteſt; *Profligatum*, quod poteſt. Paedian. R.

Peregri in Loco; *Peregre* ad Locum ſignificat, vt *Peregrinatus*, peregre profectus. Plautus in Perſa: *Quia Herus* peregri *eſt*. Idem in Amphitruone: *Bene expedite vultis peregrique et domi.* Idem ibidem: *Ita* peregre *aduenians*. Sed haec Differentia, cuius autor *Cariſius*, non eſt certa et perpetua; et conſtat, *Veteres* propter affinitatem Litterarum E et I promiſcue haec talia efferre *Here* et *Heri*, *Veſpere* et *Veſperi*, *Praefiſcine* et *Praefiſcini*.

Perfuga eſt, qui ad *Hoſtes* profugit. Aliquando dicitur *Transfuga*, qui a ſuis deficiens *aliis* ſe adiungit, vel in *Hoſtium Caſtra* transfugit; *Profugus*, qui e *Patria* ſeu *Domicilio*, ſiue *Finibus*, in quibus ante egit, profugit. *Perfugium* autem atque *Profugium* CICERONI vnum ſunt. Goclen. H.

Periculum contra quamuis rem timetur, *Pernicies* contra necem. Corn. Front. R.

Permittimus, quod *Poteſtati* concedimus, vt liceat; *Committimus*, quod *Fidei* credimus, vt deceat. *Goclenius*. H.

Perna eſt pes Porci (aa); *Petoſa* autem eſt ipſa coxa. Ita *Perna* eſt pars petaſonis, autore Athenaeo Lib. 14. Dipnoſophiſt. *his verbis*: Ἐκεῖ δὲ πετασῶνος μέρος ἑκάστῳ κεῖται, ἣν πέρναν καλοῦσι. Varro Lib. 2. de Re Ruſtic. *E Gallia apportantur Romam*

Digitized by Google

Pernae, *Tomacinae*, *et* *Teniacae*, *et* Petaſones. Cato de Re Ruſtic. *Cum* Pernas *emeris, vngulas earum praecidito.* Horatius (bb) tamen dixiſſe videtur P*ernam* pro P*etaſone* his verbis:

Quicquam praeter olus fumoſae cum pede
Pernae.

(aa) ſeu armus *Porci* ſalitus et infumatus, *Ventriculo* inprimis conueniens; cum contra PERNIO, *Comenio* teſte, *pedes* affligit.

(bb) Lib. II. *Sermon.* Sat. II. v. 117.

Pernicitas eſt celeritas, quae cum niſu et conatu tendit, vt in *Auibus*, quarum alae pernices (cc): *Celeritas* eſt animorum et corporum. *Velocitas* eſt Corporis et Pedum agilitas, leuitasque (dd). Cicero Lib. 5. Tuſculanar. P*raeſtans valetudine, viribus, forma, acerrimis integrisque ſenſibus, adde etiam, ſi lubet*, Pernicitatem. Liuius Lib. 35. *Quos in expeditione*, velocitate *corporum ac leuitate armorum aptiſſimos eſſe ratus eſt.* Idem Lib. 36. *Iuuenes maxime vigore ac* leuitate *corporum, veloces.*

(cc) Sic *Pernix* eſt, qui ſumma celeritate pernititur.

(dd) Ideoque *Velox*, quod ſumma quoque celeritate vtitur, quaſi *Volax*, h. e. *Volans*, a *Volando*, eſt dictus. Notandum autem, quod *Velox* Tabellarius *Velociter* quidem currit; *Velocitate* tamen a *praeueloce* Equo longiſſime ſuperetur.

P*ernicies* ſignificat interitum, calamitatem ac exitium (ee); P*eſtis* afflictionem et nocumentum (ff). ALTERVM enim dicitur a *pernecando*; ALTERVM a *peſſundando*, quod minus eſt. Lucilius Lib. 2. Satyr.

Ho-

- - - - *Hoſtibus* (gg) *contra*
Peſtem Perniciem*que.*

Terentius in Adelphis:

- - Pernicies *omnium Adoleſcentum, periuriis* Peſtis.

Cicero Lib. I. Officior. *Ad Bonorum* Peſtem Perniciem*que conuertere.* Idem Orat. I. in Catilinam: *Cum tua* Peſte *ac* Pernicie, *cumque eorum exitio.* Et pro Rabirio: *Contra* Peſtem *ac* Perniciem *Ciuitatis valeret.*

(ee) Vnde Formulae *Ciceronianae* illae: *Pernicie opprimi, Perniciem depellere, Perniciem comparare, in Perniciem incurrere, Perniciei occurrere, Perniciem moliri, ad Perniciem inſtruere, etc.*

(ff) Sic dicimus cum eodem Cicerone: *Peſtem machinari, Peſtem afferre, Peſtem importare.* Et e contrario *Peſtem comprimere, Peſtem reprimere, Peſtem auertere, Peſtem depellere* et *exſecare*, etc.

(gg) *Stephani* Editio p. 153. legit heic pro *Hoſtibus*, HOSTILIBVS.

Pernix pedum eſt, vt: pernicibus *ignea plantis*; *Celeritas* pennarum, vt:

- - - celeri*que fuga ſunt ſidera lapſae* Seru. R.

Perpetuum proprie ad Homines; *Sempiternum* ad Deos, pertinet, inquit *Donatus.* Terent. in Andria:

Ego vitam Deorum propterea ſempiternam *eſſe arbitror.*

Et *Perpetuum*, eſt continuatum, non interruptum; *Sempiternum*, quod ſemper manet. Cicero Orat. 4. in Catilinam: *Vobis illum ignem* VESTAE perpetuum *ac* ſempiternum.

Perpetuitas eſt continuitas, cum non intermittitur aliquid, ideoque deſignat medium et tollit inter-

Digitized by Google

ruptionem; *Aeternitas* extrema curat et tollit finem. *Goclenius.* H.

Pertinax eſt, qui obſtinate tenet, et pertendit id, in quo non debet pertendi; *Peruicax* eſt, qui conſtanti et infracto animo rem gerit. HIC laudem ILLE vituperationem meretur. *Pertinax* in Re mala †; *Perſeuerans* in bona; *Peruicax* in vtraque.

Altius in Myrmidonibus:

> *Tu* Pertinaciam *eſſe*, Archiloche hanc praedicas,
> *Ego* Peruicaciam *aio, et ea vti volo:*
> *Nam* Peruicacem *dicis me eſſe, et vincere:*
> *Perfacile patior*; Pertinaciam *nil moror*:
> *Haec fortes ſequitur, illam Indocti poſſident.*
> *Tu addis, quod vitio eſt, demis, quod laudi datur.*

(hh) Plautus in Captiuis:

> *Quid ais? tenaxne eius* Pater? *Immo pol* pertinax.

Sed confunduntur interdum, et PERTINAX in *bonis* (ii), PERVICAX in *malis* Rebus eſt. Liuius Lib. 35. *Vicit tamen omnia* pertinax *Virtus.* Seneca ad Lucilium: *Nihil eſt, quod non expugnet* pertinax *opera, et intenta ac diligens cura.* Terentius in Hecyra:

> *Adeone* peruicaci *eſſe animo, vt puerum praeoptaret perire.*

† Sic et in Abſtractis: *Pertinacia* malae rei; *perſeuerantia* bonae. Goclen. R.

(hh) Heic pro *laudi datur*, legit *Stephanus* p. 29. praeeunte *Nonio*, LAVDATVR.

(ii) Sic Val. Maximus *Pertinacem* (quoque) *Deorum indulgen-*

Digitized by Google

gentiam dicit. Inde factum, vt *Pertinacia* ſaepe pro *Conſtantia*; quae cum *Perſeuerantia* ſemper in *bonam partem* accipitur, ponatur; quanquam *Perſeuerantiam generaliter* alias ſumi e *Claſſicis* conſtat. Goclen.

P*eſtis* ſignificat omne Malum, quod rem aliquam ſiue *inanimam*, ſiue *inanimatam* affligit (kk); Pe*ſtilentia* vero (ll) eſt morbus contagioſus, *Homines* infeſtans. Atque ita veteres et idonei Autores his Nominibus fere vtuntur, et raro admodum PESTEM pro *Morbo peſtilenti* dicunt, vt nunc vulgus (mm). Liuius Lib. II. *Ibant vnius Familiae viribus* Veienti *populo* Peſtem *minitantes*. Idem Lib. 51. *Ad quam* Peſtem *frugum tollendam*. Et Lib. 5. Peſtilentiam *agris vrbique illatam*. Immo ſoli P*oëtae* PESTEM pro *Morbo peſtilenti* vſurparunt. Ennius Lib. 16. Annal.

Hos peſtis *necuit, pars occidit illa duellis*.

Plautus in *Amphitr*. Peſtis *te tenet*. Horatius *) Lib. 1. *Carmin*. Od. XXI. v. 13. ſeq.

- - - *hic miſeram famem:*
Peſtem*que a populo*, etc.

Quos imitatur Iuſtinus, non bonus Latinitatis autor, Lib. 2. Hiſtor. *Multorum deinde dierum inopia contraxerat et* Peſtem.

(kk) Vid. quae iam ad *Not. ff*. ſunt annotata. Caeterum *Valla* Lib. IV. *Elegantiar*. Cap. LXXII. p. 299. inter *Luem* et *Peſtem* hanc dari differentiam dicit, vt inter *Genus* et *Speciem*. Nam cum in *Vrbe*, aut in *Agro* Febris, aliudue genus Morbi ſaeuit, ſiue ſolos *Homines*, ſiue ſola *Pecora*, ſiue vtrosque corripiens, LVES dicitur. Interdum etiam ſi *Arbores* ac *Sata* (corripit). PESTIS vero aut cito occidit, aut cito

abit ab eo, quem inuaſit, quae eadem dicitur *Peſtilentia*. Nonnunquam tamen pro LVE ponitur, atque ad *Animi* vitium transfertur.

(ll) quae plerumque *Loci* eſt, et *Salubritati* opponitur.

(mm) Conf. *Giſanius* loc. alleg. p. 182.

Petere eſt *ſimpliciter* rogare; P*oſcere* eſt *inſtanter* et *imperioſe* exigere; P*oſtulare* eſt *iure* repetere. Vnde et pro *Agere in iudicio* ſumitur, et P*oſtulationes* ſunt *Interpellationes iudiciales*. Terentius in Heaut.

Tibi credere omnia; abs te petere *et* poſcere.

Cicero in Frumentaria in Verrem: *Incipiunt* Poſtulare, Poſcere *nimia*. Curtius: Poſtulabat *autem magis, quam* petebat. Sed haec *Verborum* proprietas non ſemper obſeruatur. Nam P*etere* interdum eſt *iure* exigere, et vindicare, a quo P*etitor* pro Actore apud *Ciceronem* et *Iuriſconſultos*. Contra P*oſcere* et P*oſtulare* eſt *ſubmiſſe* orare, vt Virgilius:

Tu modo poſce *Deos veniam*, - -

Cicero de Aruſpicum Reſponſis: *Telluri* poſtulatio *debetur*. In eo tamen perpetuo differunt, quod PETVNT *ſoli Homines* alter ab altero; POSCVNT et POSTVLANT etiam *Res inanimae*, vt *Locus, Tempus, Oratio, Cauſa* poſtulant vel poſcunt.

P*eto* precario, gratis; P*oſco* iure. Seru. *Flagito* cum ardore †; P*oſtulo* ſaepe caute. H.

† *Poſtulo*, pro iuſte volo, iubeo. *Impetro* pro extorqueo. *Petimus* enim precario, *Poſcimus* imperioſe, *Poſtulamus* iure. Donat. R.

In

In cauſis *priuatis* PETITOR dicitur potius, quam ACCVSATOR, ſicuti in *publicis* ACCVSATOR, et non PETITOR dici ſolet. Caeterum *proprie* PETITOR eſt, qui petit et Litem intendit, et plerumque in *Rem* agit; ACTOR vero agit in *Perſonam*, quemadmodum ex *Cuiacio* ſcribit *Schardius* in *Lexic. Iurid.* p. 702. col. b. H.

Petulans eſt, qui ſe in omnem nequitiam effundit; *Proteruus* eſt importunus et laſciuus, vt qui obuium cubito ferit, aut ſibi cedere cogit; *Procax* eſt, qui mordaciter et contumelioſe loquitur. Itaque PETVLANS plus eſt, quam PROTERVVS, et vterque *Dictis* ſimul et *Factis* Modeſtiam excedit; PROCAX *Dictis* tantum. Cicero pro Coelio: *Si Vidua libera*, proterua *petulanter*, *diues effuſe*, *libidinoſa meretricio more viueret*. Tacitus Lib. 3. Hiſtoriar. *Vt ſunt* procacia *vrbanae Plebis ingenia*, Petulantibus *iurgiis illuſerunt*.

Phantaſma viſum eſt *animi*, cuiusmodi fit in Somniis; *Phantaſia* vero eſt *Formae* in *animo* impreſſio, hoc eſt, mutatio, ſicuti ex *Chryſippo* refert *Diogenes Laertius* in *Zenonis* Vita, vbi verba Graeca ſic ſonant: *Φάντασμά ἐστι δόκησις διανοίας, ὅια γίνεται, κατὰ τοὺς ὕπνους, Φαντασία δέ ἐστι τύπωσις ἐν ψυχῇ, τουτέστιν ἀλλοίωσις.* H.

Picenum vas dicimus, *Picentem* vero hominem. Hilenius. R.

Piger ſimilis aegro; *Segnis* et *Deſes* ſine feruore; *Tardus* terit tempus; *Iners* ad nullum idoneus. H.

Digitized by Google

Piget ad Futurum ſpectat; *Pudet* ad Praeteritum †. Seru.

† et licet pene vna ſit ſignificatio, tamen dicimus: *Piget* me illud dicere, *Pudet* me feciſſe. Seru. R.

P*ignera* rerum, P*ignora* filiorum et affectionum. Agraet. R.

Pigritia eſt Metus conſequentis Laboris; *Terror* Metus concutiens; ex quo fit, vt Pudorem *Rubor*, Terrorem P*allor*, *Tremor*, et *Dentium crepitus* conſequatur. *Timor* Metus Mali apropinquantis; P*auor* Metus mentem loco mouens; *Exanimatio* Metum ſubſequens et quaſi comes P*auoris*. *Conturbatio* Metus cogitata excutiens; *Formido* Metus permanens. Haec *Cicero* Lib. IV. *Tuſcul. Quaeſtion*. f. 213. fac. a. Edition. *Sturmiano-Argentorat*. in 8. f. H.

Pinguedo (nn) eſt inter cutem et carnem; *Seuum* inter carnem et oſſa. ILLA *Graece* πιμελή, HOC στέαρ dicitur. Sed veteres Autores, qui pure atque integre locuti ſunt ante tempora Imperatorum, non vtuntur voce *Pinguedinis*, ſed in eius vicem vſurpant *Adeps*, aut *Pingue*, in quo errat *Seruius*, qui putat, nec P*inguedinem*, nec P*inguetudinem* eſſe Latinum. Nam Plinius Lib. 2. dixit; P*lerisque Animalium eſt* Pinguedo *ſine ſenſu*. Idem Lib. 3. Seuum *ex omento pecudis*.

P*inguedinem* et P*inguetudinem* nonnulli putant eſſe eadem, cum tamen P*inguedo* ſit ipſa Obeſitas, et Craſſitudo, quae eſt ex P*inguedine*. Cato in Originibus: *Sus vsque adeo* pinguedine (* ſeu, vt a ii legunt,

gunt, *pinguetudine*) *creſcere ſolet, vt ſe ipſa ſtans ſuſtinere non poſſit, neque progredi vsquam.* Varro Lib. 3. de Re Ruſtic. *Lux* Pinguetudinis *Vindicta.*

(nn) Haec *proprie* ſucci altilis abundantia non incommode dicitur. Eius *Contraria* Ciceroni ſunt *Puritas* atque *Tenuitas*.

Pirata eſt, qui *Mare* habet infeſtum (oo); *Praedo*, qui *Portus* et *Itinera* obſidet. Cicero pro Sext. Roſcio: *Quis* Praedo *fuit nefarius, quis* Pirata *tam barbarus.* Idem Orat. 1. in Verrem: *Qualis in Bello Praedonum* Praedo ipſe fuerit, qui in *Foro Populi Rom.* Pirata *nefarius reperiebatur.* Et Oration. 4. in Verrem: *Haec ciuitas iſti* Praedoni *ac* Piratae.

(oo) *Piratae* conducti ab *Archi-Pirata*, faciunt *Piraticam piraticis* nauibus. *Comenius.*

Plagae ſunt, quae *Virgis* infliguntur; *Verbera*, quae *Fuſtibus, Colaphis, Ferulis, Flagellis* (pp). Suetonius in Vitellio: *Quoscunque libebat, in libertatem aſſerebat,* Verbera *et,* Plagas *ſaepe Vulnera, nonnunquam Necem repraeſentantes aduerſantibus.*

(pp) Leg. *Vallae* Lib. VI. *Elegantiar.* Cap. XLVII. p. 462. vbi et *Verberare* eſt cum *dolore* caedere; *Pulſare* vero ſine *dolore*.

Plantae raptae ſunt de arboribus; *Plantaria*, quae ex ſeminibus nata, cum radicibus et terra propria transferuntur. Seru. Virgil. Lib. II. Georgic. *) v. 27.

\- - *Et viua ſua* plantaria *terra.*

Plenum eſt, in quo eſt aliquod interuallum; *Refertum*, quod coactum eſt, in quo nullum ſpatium eſt. Goelen. H.

Digitized by Google

Plura Comparatiuus eſt et de *duobus* dici poteſt; *Complura* neque Poſitiuum neque Superlatiuum habens, nonniſi de *maiore numero* dicitur. H.

Plus a *Multo* vetuſtas voluit diſcrepare, et poteſt videri hanc habere poſſe diſtantiam, vt ſit *Multum* a plurimo minus ac non ſupra modum. *Plus*, ſicut in plerisque, quod maioris modi eſt, quam neceſſarium eſt, atque ideo M. Tull. diſcreuit Epiſt. ad Catonem: *Nec idcirco mihi deſiderandam eſſe dignitatem meam, quod eam* multi *impugnarint*, *ſed eo magis recolendam*, *quod* plures *deſiderarint.* Non. R.

Poculum vas eſt, *Potio*, quod hauritur. Cicero: *Accepto* poculo *ſubito in media* potione *exclamauit.* Agraet. R.

Podagroſus, a podagra bene dicitur; ſed et *Podagricus* a pedum aegritudine. Cariſ. R.

Poëſis eſt perpetuum Argumentum ex Rythmis, vt *Ilias* HOMERI, et *Annales* ENNII (qq); *Poëma* eſt inuentio parua, quae paucis verbis expeditur: *Poëtica* eſt Ars earum rerum. Lucilius Lib. 9. Satyr.

Cuiusuis Operis pars eſt non magna Poema,
Pars eſt parua Poema, *proinde vt Epiſtola quaeuis.*
Illa Poeſis *Opus totum, vt tota* Illias *vna*
Eſt. Theſis Annales*que* ENNI. *Atque iſtoc Opus vnum*
Eſt maius multo, quam, quod dixi ante, Poema.

(qq) Quid

(qq) Quid proprie ſit *Poeſis*, vid Libellus meus *Hiſtorico-Philologicus* de *Poetarum Corona* Not. ee. ad §. III. c. III. p. 116. ſeq. Edition. *Cygn.*

Poetice eſt rei, vt hiſtorice: *Poeſis*, operum contextus: *Poema*; certis pedibus et legitimis numeris incluſa materia. *Poeticum* in poeta vtile eſt. Corn. Front. *Poeſis* opus tantum, totaque illa ſumma eſt vna θέσις, vt Annales Ennii, *Poema* eſt λέξις ἔνρυθμος, id eſt, verba plura modice in quandam coniecta formam: itaque etiam Diſtychon epigrammaticon vocant poëma. Non. R.

Polimus rudia (rr); *Nouamus* vetera. *Corn. Fronto.*

(rr) *Giſanius* in *Obſeru. L. L.* p. 185. ex *Feſto* annotauit; nos quoque poſſe dicere *Frumentum*, *Agros* et *Veſtes polire*. Is autem *Latine* appellatur *Politus*, qui Graecis eſt Λαριεύς.

Polliceri eſt res magnas promittere, vt *Montes aureos* polliceri, polliceri *nouas Tabulas*. Vnde *Pollicitatio* eſt magnarum rerum promiſſio, veluti ſi quis Reip. aut Ciuitati *Opus aliquod publicum Ludos*ue polliceatur: *Promittere* eſt res quaslibet paruas, ſiue magnas offerre. Cicero pro Plancio: *Nihil tibi ego tum de meis opibus* pollicebar, *ſed horum erga me beneuolentiam* promittebam. Plinius lib. 10. Epiſtolar. *Huic Theatro ex priuatorum* pollicitationibus *multa debentur*. Sed Iurisconſulti (l. 19. D. de Aedil. Ed. l. 43. D. ſi contra Empt.) nonnunquam quamlibet aliam *Promiſſionem* vocant *Pollicitationem*, vt ex ipſorum *Reſponſis* liquet. Sic *Pollicemur* ſponte, *Promittimus* rogati (ss). Seruius.

(ss) Po-

(ss) Poſteriorem hanc Differentiam minime eſſe *perpetuam*, non inique docet *Goclenius* loc. cit. p. 243.

Pollicitatio et *Promiſſio* eandem vim habent: ſed *pollicitatio* maioris aſſecurationis eſt. Donat. R.

Pometa dicuntur, vbi *Poma* naſcuntur, vt Oliveta; *Pomaria* (tt), vbi ſeruantur, vt *Penuaria*. *Fl. Soſip.*

(tt) Antiqui ideo plantabant *Pomaria*, et in illis *pomoſas* Arbores, vt ex *Pomis* POTVM parerent.

Pompeii Porticus, ſi poſſidet; *Pompeia*, ſi publicauit; *Pompeiana*, ſi in alterius Dominationem venit. *Corn. Fronto.*

Pomum generale et mollioris corticis, *Nux* durioris, *Malum* ſpeciale. R.

Populus et *Plebs* varie differunt. Nam interdum *Populi* appellatione *omnes Ciuitatis Ordines* continentur. Vnde *Populorum* appellatione Num. Plur. Vrbes ſignificamus; *Populi* Num. Sing Multitudinem vnius ciuitatis. Seru. *Plebis* vero nomine ſine *Patriciis* et *Senatoribus* caeteri *Ciues* ſignificantur, vt Gellius et Iurisconſulti Inſt. de Iur. Nat. Gent. et Ciuil. §. 4. tradunt. Aliquando *Populus* nominantur Patricii; *Plebs* autem caeteri ciues. Cicero pro Muraena: Populo Plebi*que* ROMANO *bene ac feliter eueniret*. Liuius Lib. 2. de Tribunis Pleb. *Non enim* Populi, *ſed* Plebis *eum magiſtratum eſſe*. Rurſus *Populus* ea pars *Ciuitatis* dicitur, in qua ſunt Ciues ROMANI honeſtiores et opulentiores; *Plebs* vero inops et

vilis

vilis Multitudo, in omnes Tribus diffuſa. Tacitus Lib. I. Hiſtoriar. *Neque* Populi, *aut* Plebis *vlla vox.* Et: *Non tantum in* Populo *ac* Plebe. Idem Lib. I. Annal. *Et* Populo *et* Plebi 435. *dedit*, quod Suetonius dixit in Auguſto: *Legauit* Populo ROMANO *quadringenties*, *Tribubus tricies quinquies HS.* †.

† *Plebs* igitur a *populo* eo differt, quo ſpecies a genere. R.

Populati auaritia, *Vexati* libidine et crudelitate. Paedian. R.

Populatio eſt Agrorum et Locorum; *Vexatio* Corporum et Animorum. Goclen. H.

Porto humeris; *Fero* Corpore. H.

Portus eſt, ad quem applicant Naues, et in quo hiemant (uu); *Statio*, vbi ad tempus ſtant. Seru. Nam *Portus* eſt concluſus, et tutior, quam *Statio*. Lentulus ad Senatum: *Vrbe*, Portu, Statione, *quae extra vrbem eſt.*

(uu) Alias *Portus* differt (1) a *Vocabulo Bauarico* Küſte, quod *Latus* ſignificat et denotat *Regionem terrae adiacentis*, vt die Engliſche Küſte, die Frantzöſiſche Küſte. (3) a *Vocabulo* Rheede, quod ſignificat *confinium* circa *Portum*, in *quo Naues ancboras iacere*, *et aliquo modo etiam tutae ſtare poſſunt.* Conf. illuſtris *Rbetii* Cap. I. de *Iure Portuum*, n. 12. et ex eo celeberrimi *Fritſchii* Addition. ad *Speculum* SPEIDELII Litt. k. p. 685. col. b.

Poſcere ſecundum *Varr.* eſt, quoties aliquid pro merito noſtro depoſcimus: *Petere* vero eſt, cum aliquid humiliter et precibus poſtulamus. Seru. *Poſſeſ-*

Poſſeſſio Bonorum et *Bonorum Poſſeſſio* differunt. *Haec* enim haereditatem praetoriam; *illa* illam poſſeſſionem: in quam creditores, legatarii aliiue immittebantur, denotat. Briſſ. de Verb. ſignific. p. m. 74. R.

Poſſidere eſt pro *Domino* re ſua vti; *In poſſeſſione eſſe* eſt *Corpore* incumbere et inſiſtere poſſeſſioni, rem detinere (xx). ILLVD et *animo* et *corpore* fit, et iuſtam Poſſeſſionem conſtituit: HOC *corpore* tantum. Itaque Serui non dicuntur *poſſidere*; at iidem, et Inquilini, Coloni, et qui precario rogauerunt; ſi *Corpore* in Praedio ſunt. *In poſſeſſione eſſe* cenſentur, vt ſcribunt Iurisconſulti (l. 49. D. de acq. Poſſ.)

(xx) Sed *in poſſeſſionem mittere* dicitur *Iudex* ex *Edicto*, qui rem alterutri *Litigantium* adiudicat, et quidem ex *Doleti* mente loc. perſaepe alleg. fol. 130. fac. b. col. 1.

Poſſum et ad *Potentiam* refertur, et ad *Caſum* (yy), vt Poſſum *errare*, Poteſt *fieri*; *Valeo* ad *Potentiam* (zz), non ad *Caſum* pertinet. Itaque dicimus: Valeo *opibus*, *gratia*, *autoritate*, *viribus*, non item valeo *errare*, Valet *fieri*.

(yy) Sic *Potero* eſt promittentis; *Potuero* dubitantis.

(zy) Denotat enim non ſolum (et quidem *proprie*) *integris eſſe viribus*, ſed et *ad aliquid conducere* atque *magni pretii eſſe*.

Poſtulatur aliquid honeſte; *Poſcitur* improbe, Cicero in Frumentaria: *Incipiant* poſtulare, poſcere *nimia*, Agraet. *Petimus* precario; *Poſtulamus* iure; *Poſcimus* imperioſe. *Donat*.

Potius

Potius eſt *Correctionis* particula; et interdum aliquam *Excluſionis* in *Electione* vim habet: vt *Mea ac Tua Cauſa, vel aliorum potius.* Itaque aliud eſt: *Homines* potius *amare tenebras, quam lucem,* quam: *Homines* magis *amare tenebras, quam lucem.* Vnde et ICti dicunt, hanc Vocem poni *electiue*, et non *comparatiue*, ſicut annotauit *Strauchius* in Lexico *Particular. Iuris* p. 175. col. a. *Magis* vero idem fere, ac *Plus* eſt. Leg. *Goclenius* loc. cit. p. 243. H.

Potum et *Potionem* nonnulli ita diſtinguunt, quod *Potus* ſit *Vini*, *Aquae* et ſimilium rerum (a); *Potio* ſit confectio, quae *Aegrotantibus* praebetur. *Cicero*, *Varro* aliique primarii Autores *Potionem* pro POTV frequenter vſurpant. Itaque verius eſt in eo differre, quod POTIO *generale Nomen* eſt, quae et quarumlibet rerum *Potum*, et *Confectionem Medicam* ſignificat; POTVS autem de *Pharmaco* non dicitur.

(a) *Potu* carere nullum viuens poteſt, eſtque cuique ſua naturalis *Potio* aſſignata. *Comen.*

Prauum eſt, quod laedit ipſum facientem; *Malum*, quod alios tantum. *Donatus.*

Praecipue non eſt idem, quod *ſpecialiter*, vti *Indocti* interpretantur, ſed quod *maxime* et *potiſſimum*, (vor andern); *Singulariter* vero idem eſt, quod *vnice*, *vnico modo*, *ſingulari modo*, opponiturque ei *dupliciter*, *bipartito*.

Praeda ſunt Corpora ipſa rerum, quae capiuntur: *Manubiae* vero Pecuniae ex *Praeda* vendita

reda-

redactae (b). Nonius: *Praeda* victos ſpoliat; *Rapina* ſubito venit. Itaque ILLA *Victoria* gaudet, HAEC *petulantia*. Corn. Fronto.

(b) *Aſconius* vero *Pedianus* MANVBIAS eſſe dicit ſpolia quaeſita de *Sino Hoſte nobili* per deditionem. Goclen.

Praedes ſunt, qui fidem ſuam pro *Redemptoribus* obligabant *Populo*, datis in publicum *Praediis*: *Praediatores* ſunt, qui *Sponſorum Praedumque* Tabulas curabant: et ſi *Reus* ad conſtitutum diem non ſolueret, *Praedia obſignata* vendebant (c). Vnde et *Lex Praediatoria*, quae de *Praediis Praedibusque* cauebat, et *Praediatorium Ius*. Cicero Lib. 12. ad Atticum: *Quod pro* Cornificio *me abhinc amplius annis 25. ſpopondiſſe dicit* Flauius, *etſi reus locuples eſt*, Appuleius PRAEDIATOR *liberalis*. Idem pro Balbo: *Etenim ſi* C. Scaeuola *ille Augur*, *cum de* Iure Praediatorio *conſuleretur*, *homo Iuris peritiſſimos Conſultores ſuos nonnunquam ad* Turium *et* Caſcelium PRAEDIATORES *reiiciebat*. Suetonius in Claudio: *Cum obligatam Aerario fidem liberare non poſſet; inuacuum Lege* Praediatoria *venalem pependiſſe ſub Edicto Praefectorum*.

(c) Meminit et horum *Cuiacius* Lib. V. *Obſeru.* Cap. 29. in fin.

Praedia Bona, dicuntur *bona* ſatisdationibus obnoxia, ſiue ſint in mancipiis, ſiue in pecunia numerata; *Praedia* vero, domus, agri. *Praedia* ſunt res ipſae, *Praedes* homines, id eſt, fideiuſſores, quorum res, *Bona praedia* nunc vno nomine dicuntur. Paedian. R.

Prae-

Praedicamus, vt *Res* ſunt. *Laudamus* extollendo. *Praedicamus* Voce. *Laudamus* Argumentis. *Donatus*.

Praeiudicium dicitur res, quae cum ſtatuta fuerit, adfert iudicaturis exemplum, quod ſequantur; *Iudicium* autem res, quae cauſam litemque determinat. Aſcon. Pedian. R.

Praelium † eſt Certamen hoſtile ſiue *eminus*, ſiue *cominus* fiat; *Pugna* vero eſt, cum hoſtes cominus congrediuntur, dicta a *Pugno*, eo quod ante Vſum *Telorum* atque *Miſſilium* PVGNIS, et *Calcibus* et *Morſibus*, *Corporumque luctatione* certabatur (d). Lucretius Lib. 2. *) de *Rer. Nat.* v. 116. 117.

> *Et velut aeterno certamine* Praelia, Pugnas*que*
> *Edere turmatim certantia*. - - -

† *Bellum* etiam ſine *praelio* eſt, cum indicitur: *praelium* ipſa *pugna*. Corn. Front R.

(d) Aliquando etiam eſt *Verborum* atque *Controuerſiae*, ſicuti probat *Doletus* loc. cit. fol. 138. fac. a. col. 2. Caeterum *Pugna* et *Lucta* ita differebant quondam, vt in *Pugna* (*Scaligero* Lib. I. de *Re Poetic.* Cap. XXII. p. 84. teſtante,) ſolis *pugnis* pugili vti liceret; in *Lucta* autem *impulſu* tantum et *tractu*, et *preſſione*, et *ſupplantatione*, vt non caederetur concertator, ſed proſterneretur.

Praemium (e) eſt, quod pro *recte factis* redditur (f); *Pretium* eſt, quod pro *re emta* datur, vel eſt Merces *Conductionis*, *Operae* et *Artis*, a quo *Manipretium* et *Operae pretium*. Gellius Lib. 3. *Nobis non placet* pretio *aut* praemio, *aut dolis pugnare*. Aliquando tamen *Praemium* latiori ſignificatio-

ficatione *Lucrum* et *Commodum* quodlibet denotat, a quo PRAEMIOSVM pro *Pecunioſo* Veteres dixerunt, et PRAEMIARI, id eſt, *Lucrari* et *Quaeſtum facere*. Suetonius in Tito. Lucret. Lib. 2.

Omnia perfunctus vitai Praemia.

Et Lib. 5.

Pectore parta ſuo quaeſitaque Praemia *liquit*.

Sed et PRETIVM interdum accipitur pro *Praemio*. Cato in Oratione apud Milites. *Maiores ſeorſum atque diuorſum* pretium *parauere bonis atque ſtrenuis*. Lucilius Lib. 30. Satyr. *) p. 196.

Virginis hoc pretium, *atque hunc reddamus honorem*.

Liuius Lib. 32. *Haud ſatis dignum tanti laboris periculique* pretium *erat*.

(e) qſ. *Praemium* dictum, quod quis prae *aliis* emit, vel accipit.

(f) In *ſpecie* eſt id, quod in *Ludis* proponitur iis, qui ſe *ſtrenue* geſſere et *Victores* euaſere.

Praeparare prius: *Comparare*, vndique parare. Corn. Front. R.

Praes † ſignificat Sponſorem datum in ciuili cauſa et Lite Nummaria: *Vas* proprie eſt Sponſor alterius in Re capitali, inquit Feſtus (g). Auſonius in Monaſyllabis (h):

Quis ſubit poenam capitalis ſupplicii? Vas
Quis cum Lis fuerit nummaria, quis dabitur?
Praes.

Idem in Ludo Sapientum (i):
Praedes Vades*que poenitudinis reos*.

Sed

Sed tamen interdum VAS dicitur *Sponſor*, qui ex *Pactis Conuentis* et *Mancupiis* ſeſe pro *Reo* obſtringebat, ſi fortaſſe res ab Emtore euinceretur, vt in *Lege Mancupiorum*; VADEM ne poſcerent, nec dabitur; vel qui in priuato Iudicio *Reum* ſiſti, aut ni ſiſtatur, *Pecuniae ſummam* promittebat. *Nam*, vt ait Varro, *conſuetudo erat, cum* Reus *parum eſſet idoneus inceptis rebus, vt pro ſe alterum daret, qui illum Iudicio ſiſtendum certa die promittebat, ad quam diem, qui in Iudicium veniebat*, Vadimonium *obire et ad* Vadimonium *occurrere, aut venire dicebatur.* Cicero pro Quintio: Vadimonium *quidam non obiit ſocius et Affinis meus.* Idem ibid. *Ad* Vadimonium *non venit, qui tibi praeſto ſemper fuit. Non dubitauit*, inquit, *cum* Vadimonium *deſertum eſt.* Suetonius in Caligula: *Et Litigantium plerique, quod occurrere ad* Vadimonium *non poſſent, cauſa caderent.*

† *Praedes* dicuntur ſatisdatores locupletes pro re, de qua apud iudicem lis eſt, ne interea, qui tenet, diffidens cauſae, poſſeſſionem deteriorem faciat, tecta diſſipet, excidat arbores et culta deſerat. Pedian. R.

(g) *Budaeus* inter *Praedem* et *Vadem* hanc facit Differentiam, vt HIC pro altero *Vadimonium* promittat; ILLE autem a *Magiſtratu* interrogetur, in publicum vt *praeſtet*: a quo, cum reſponderit, dicitur PRAES. Seu PRAES eſt ille, qui SPONSOR *Reipublicae*, vel Principi eſt factus pro eo, qui *Pecuniam publicam* diſpenſat; alias *Receptor* dictus.

(h) *Idyll.* XVI. v. 99. ſeq.
(i) in ſpecie in *Thalete* v. 21.

Praeſidium eſt auxilium militare, quod ad cuſto-

 diam

Digitized by Google

ſicatione *Lucrum* et *Commodum* quodlibet denotat, a quo PRAEMIOSVM pro *Pecunioſo* Veteres dixerunt, et PRAEMIARI, id eſt, *Lucrari* et *Quaeſtum facere.* Suetonius in Tito. Lucret. Lib. 2.

Omnia perfunctus vitai Praemia.

Et Lib. 5.

Pectore parta ſuo quaeſitaque Praemia *liquit.*

Sed et PRETIVM interdum accipitur pro *Praemio.* Cato in Oratione apud Milites. *Maiores ſeorſum atque diuorſum* pretium *parauere bonis atque ſtrenuis.* Lucilius Lib. 30. Satyr. *) p. 196.

Virginis hoc pretium, *atque hunc reddamus honorem.*

Liuius Lib. 32. *Haud ſatis dignum tanti laboris periculique* pretium *erat.*

(e) qſ. *Praemium* dictum, quod quis prae *aliis* emit, vel accipit.

(f) In *ſpecie* eſt id, quod in *Ludis* proponitur iis, qui ſe *ſtrenue* geſſere et *Victores* euaſere.

Praeparare prius: *Comparare*, vndique parare. Corn. Front. R.

Praes † ſignificat Sponſorem datum in ciuili cauſa et Lite Nummaria: *Vas* proprie eſt Sponſor alterius in Re capitali, inquit Feſtus (g). Auſonius in Monaſyllabis (h):

Quis ſubit poenam capitalis ſupplicii? Vas
Quis cum Lis fuerit nummaria, quis dabitur?
Praes.

Idem in Ludo Sapientum (i):

Praedes Vades*que poenitudinis reos.*

Sed

Sed tamen interdum VAS dicitur *Sponſor*, qui ex *Pactis Conuentis* et *Mancupiis* ſeſe pro *Reo* obſtringebat, ſi fortaſſe res ab Emtore euinceretur, vt in *Lege Mancupiorum*; VADEM ne poſcerent, nec dabitur; vel qui in priuato Iudicio *Reum* ſiſti, aut ni ſiſtatur, *Pecuniae ſummam* promittebat. *Nam*, vt ait Varro, *conſuetudo erat, cum* Reus *parum eſſet idoneus inceptis rebus, vt pro ſe alterum daret, qui illum Iudicio ſiſtendum certa die promittebat, ad quam diem, qui in Iudicium veniebat*, Vadimonium *obire et ad* Vadimonium *occurrere, aut venire dicebatur.* Cicero pro Quintio: Vadimonium *quidam non obiit ſocius et Affinis meus.* Idem ibid. *Ad* Vadimonium *non venit, qui tibi praeſto ſemper fuit. Non dubitauit*, inquit, *cum* Vadimonium *deſertum eſt.* Suetonius in Caligula: *Et Litigantium plerique, quod occurrere ad* Vadimonium *non poſſent, cauſa caderent.*

† *Praedes* dicuntur ſatisdatores locupletes pro re, de qua apud iudicem lis eſt, ne interea, qui tenet, diffidens cauſae, poſſeſſionem deteriorem faciat, tecta diſſipet, excidat arbores et culta deſerat. Pedian. R.

(g) *Budaeus* inter *Praedem* et *Vadem* hanc facit Differentiam, vt HIC pro altero *Vadimonium* promittat; ILLE autem a *Magiſtratu* interrogetur, in publicum vt *praeſtet*: a quo, cum reſponderit, dicitur PRAES. Seu PRAES eſt ille, qui SPONSOR *Reipublicae*, vel Principi eſt factus pro eo, qui *Pecuniam publicam* diſpenſat; alias *Receptor* dictus.

(h) *Idyll.* XVI. v. 99. ſeq.

(i) in ſpecie in *Thalete* v. 21.

Praeſidium eſt auxilium militare, quod ad custo-

Digitized by Google

diam et defenſionem alicuius praeſidet (k); *Subſidium* vero eſt, quod poſtponitur ad ſubuenien-dum laborantibus, aut deficientibus, dictum a *ſubſidendo*, quod in extrema acie *ſubſidebant* TRIARII, qui caeteris vſu et fortitudine praeſtabant, et ſi priores duo Ordines, nimirum *Haſtati* et *Principes*, loco moti fuſique ab hoſtibus fuiſſent, tum ipſi, renouata pugna, hoſtes inuadebant. Quo alluſit Plautus:

Agite nunc, ſubſidite *omnes*, *quaſi ſolent*
TRIARII.

Cicero pro Flacco: Praeſidia, *immo centum* Subſidia *Reipublicae*, *conſilia*, *auxilia*.

(k) Sic *Praeſes* inprimis is eſt, ad quem potiſſimum (*Vlpiano* Autore Tit. de *Offic. Praeſid.*) pertinet curare, vt *pacata* et *quieta* ſit *Prouincia*, cui *praeeſt*, et quam gerit.

Praeſidium eſt dictum, quia extra caſtra praeſidebant in loco aliquo, quo tutior regio eſſet: *Obſidium* dictum ab obſidendo, quo minus hoſtis egredi poſſit in die. Varro. R.

Praeterea eſt praeteriti temporis, Salluſt. *Nunquam Hiſpanos* praeterea *tale facinus facere audiui*; et temporis futuri, Praeterea *haud ſuſpecteris*. R.

Praetexta honeſtiorum, *Toga* viliorum, quod etiam circa mulieres ſeruabatur. Pedian. R.

Praeuerbium eſt euphonon: *Aduerbium* vitioſum et fictum, tamen in vſum nunc eſt receptum. Corn. Front. R.

Pra-

Prauum eſt, quod et ipſum laedit facientem, *Malum* quod alios tantum. Donat. R.

Precari eſt Rogare, *Deprecari* eſt Purgare et Excuſare. Virgilius:

- - *Equidem metui, nec* deprecor. - -

Cicero: *Quid faciet* Hortenſius, *Auaritiae ne crimina Frugalitatis laudibus* deprecabitur.

Primicerius falſo a nonnullis dicitur is Puer, qui *primam facem* in Promotione Magiſtrorum gerit, ſed potius idem eſt, ac Λογοθέτης *Secretorum* atque *Quaeſtor Sacri Palatii*; quem hodie minus *Latine* Litteratorum vulgus *Cancellarium* ſolet appellare, cuius munus eſt inprimis, Litteris Principis, quibus aut *Donum aliquod*, aut *Honorem Magiſtratumque* concedit, *cereum illius Sigillum* apponere, vnde et PRIMICERIVS dictus. Qui vero primus in *Magiſtrorum* Promotione *faculam* geſtat, *Graecis* optime πρωτοδαδοῦχος nuncupatur. H.

Primipilus eſt Centurio primus et ſupremus inter decem Centuriones *Triariorum*, qui primum locum in *Legione* poſt Tribunum Militum obtinebat (1). Liuius Lib. 6. P. Salonius *alternis prope annis et Tribunus Militum, et primus Centurio, quem nunc* Primipilum *appellant*. Idem Lib. 8. *Duo* Primipili *ex vtraque acie inter* Triarios *erant*; Primus PILVS eſt ipſe *Centurionatus*, et primus ille Ordo, quem ducebat *Primipilus*. Salluſt. in Iugurtha: *Centurio* Primi Pili *tertiae Legionis*. Caeſar *) Lib. 1. de Bello Ciuili: L. Pupius Primi Pili *Cen-*

Digitized by Google

Centurio. Et Lib. 3. de Bello Gallico: *Craſtinus* primum Pilum *ſuperiore anno in Legione decima duxerat.*

(l) *Primipilus* quis ſit eiusque *Centurio*, vid. apud *Schardium* in *Lexico Iuridico* p. 744. col. a.

Primus e Multis (m); *Prior* e Duobus; ita *Poſtremus* de Multis; *Poſterior* de Duobus dicitur; *Alius* de Multis, *Alter* de Duobus dicitur. *Agraetius.*

(m) Sic *Primus Haeres* dicitur, qui *primo gradu* eſt ſcriptus, (*Briſſon.* Lib. VII. de *Formul.* p. 606.) et Primus Ordinis Aduocatorum, qui in ſede prior eſt. Idem ibid. *Primitus* autem et *Primiter*, pro *Primo* dici, tradit *Laurenbergius* in *Antiquario* p. 355 col. b.

Priores Comparatiui Gradus ſunt; *Primores* ſummae quaeque res (n). Cic. in Oratore: *Quae iſti Rhetores ne* primoribus *quidem labiis attigiſſent.* Nonius.

(n) Ponuntur et *Primores* pro *Optimatibus*, autore *Modeſtino.*

Probatum aliud eſt, quam *Spectatum*, quod *Illo* HOC maius eſt. Lucil. Lib. 26. Satyr.

Tuam probatam *mihi et* ſpectatam *maxime*
Adoleſcentiam.

Probator eſt poſt factum; *Suaſor* ante factum. Goclen. H.

Probrum ſignificat omnem Turpitudinem, quae *Ignominia* delinquentem afficit, vt *Stuprum*, *Adulterium*, *Furtum*, *Mendacium*, et id genus alia; *Opprobrium* eſt Conuitium, quod ob admiſſum *Probrum* fit (o). Itaque recte ſcribit Vlpianus l. 42. D. de

Verb.

Digitized by Google

Verb. Sign. PROBRVM *idem eſſe et* Opprobrium, *quaſi obiectum* Probrum, quod *Valla* fruſtra reprehendit. P. Africanus de Multa: *Omnia Mala*, Probra, *Flagitia, quae homines faciunt, in duabus Rebus ſunt Malitia atque Nequitia.* Cicro ad Atticum: *Epiſtolas mihi legerunt plenas omnium in me* Proborum.

(o) Si vacas *Probro*, *Opprobrium* non erit tibi *Probro*, ſed ille potius *Probroſus* fiet, qui tibi falſa *Exprobratione opprobrauerit*. Comenius.

Probus ſibi, *Modeſtus* apud alios. Donat. R.

Proconſules et *Propraetores* ſorte (et a ſenatu), *Legati*, ſeu *Rectores* Caeſaris delectu mittebantur in Prouincias gubernandas. Suet. Auguſt. 47. §. 1. *Procoſſ.* pacato habitu et gladio non accincti fuerunt; *Rectores* paladamentum geſtarunt et gladium. R.

Procul et longe et prope ſignificat. Vt:

- - *Clypeo eſt excuſſa ſagitta*; procul*que*
Egregium autorem latus inter et ilia fixit.

Agraet. R.

Prodere peius, quam *Oppugnare*, propterea quod *Oppugnare* inimici et hoſtis officium eſt: *Prodere* grauius, cum ad eos, qui amici eſſe debent, referatur hoc verbum. Pedian. R.

Profani erant, ſacris non initiati, qui *fanum* intrare non poterant. Acron. R.

Profeſti et Feſti Dies diſcernuntur ſic: *Profeſti* ſunt a *Feſtiuitate* vacui. Non. *Afranius in Priuigno* (p):

Quae feſtiuo *nos facere ſolemus* Die,
Quotidiano opere promiſces omnia,
Atque profecto *concelebras* (die) FOCVM.

(p) p. 54.

(p) p. 54. Edition. *Stephanianae*, vbi veteris Poëtae verba ſunt huius tenoris: *Quae* Feſtis *nos facere ſolemus, de quotidiano opere promiſcue atque* Profeſto *concelebras Focum*.

Prohibere eſt auertere et impedire Dictis Factisue, ne quid fiat; *Vetare* eſt dictis reſiſtere. *Plaut.* in Curcul. *Nemo hinc* prohibet, *nec* vetat.

Prohibemus ante inceptam rem, *Inhibemus* coeptam. *Comenius*. H.

Proletarii erant, qui in *Plebe Romana* tenuiſſimi pauperrimique non amplius, quam mille quingentum Aeris in Cenſum deferrent, *Capitecenſi*, qui nullo, aut perquam paruo Aere cenſebantur. Dicti *Proletarii*, quod tantum Reipublicae prolem ſufficerent. Goclen. H.

Prologus eſt velut Praefatio quaedam Fabulae, in qua aut *Poëta* excuſatur, aut *Fabula* commendatur (q); *Prologium* autem eſt, cum *Argumentum Fabulae* tantum deſcribitur. Quam Vocem *Latini* fecerunt ex *Graeco* πρόλογος, vt ab ἐξόδος *Exordium*, quo aliquoties vtitur Varro in Satyris: *Exanimaſti me* Prologio *tuo*.

(q) Conf. *Iul. Caeſ. Scaligeri* Lib. I. *Poetic.* Cap. IX. p. 33.

Promiſſio et *Pollicitatio* eandem vim habent, ſed *Pollicitatio* maioris aſſeuerationis eſt. Donat. R.

Promittere eſt *nudis Verbis* polliceri, ex quo conſtituitur tantum nudum pactum; *Spondere* autem eſt per *ſtipulationem* promittere, vnde naſcitur Actio ex Sponſu: *Recipere* eſt fidem dare *ſe praeſtaturum*.

rum. Ita *Recipere* plus eſt, quam *Promittere*, et *Spondere* plus eſt, quam vtrumque *Iſtorum.* Cicero pro Muraena: *Futurum eſſe* promittunt *et* ſpondent. Idem pro Domo; *Praeſto*, Promitto, Spondeo. Et ad Craſſum; *Quae tibi* promitto *ac* recipio. Seneca ad Lucilium: *Iam non* promittunt *de te ſed* ſpondent. Quamuis *Iureconſulti* interdum *Promittendi* Verbum latius interpretantur, et non modo ad *nudam Promiſſionem*, ſed etiam ad *Sponſionem* referunt. *Itaque ſi ſcriptum in* Inſtrumento *fuerit*, Promiſiſſe aliquem, *perinde haberi volunt, atque ſi, interrogatione praecedente, reſponſum ſit Spondeo*, autore Vlpiano Inſt. D. de inutil. Stip. §. 17.

Promulgare legem, quando lex publice proponebatur, vt quilibet e populo eam legere, expendere, et, ferendane eſſet, an antiquanda, ſecum ſtatuere poſſet. *Rogare legem*, populum rogare velintne legem accipere. *Ferre legem*, quando ferebantur ſuffragia tabellis. Lex *rogatur* dum fertur, *abrogatur* dum tollitur, *derogatur* eidem, dum quoddam eius caput aboletur, *ſubrogatur*, dum aliquid adiicitur, *abrogatur* denique, quoties aliquid in ea mutatur. Vlpian. Fragm. I. 3. R.

Pronuba, ſeu *Promneſtria* eſt Mulier, quae SPONSAE adeſt; *Nymphagogus*, qui deducit SPONSVM, *Auſpex* et *Paranymphus* ſunt aſſeclae et deductores SPONSI. H.

Properare et *Feſtinare.* Qui *properat*, apparet non eſſe feſſus: qui *feſtinat*, videtur eſſe defatigatus. Nam qui multis ſimul rebus *properandis* defeſſus eſt,

Digitized by Google

is iam non *properat*, ſed *feſtinat*. Corn.Front. Qui vnum quid mature tranſigit, is *properat*, qui multa ſimul incipit, neque perficit, is *feſtinat*. Gell. R.

Proprium, cuiusque ſuum, *Priuatum* non publicum. Cron. Front. R.

Proſpicere et *Reſpicere* diſtant, vt aduerſum videre *proſpicere* recte dicatur: *reſpicere* quaſi retro adſpicere. Varro Manio. *Sedens altus alieno ſumptu neque poſt* reſpiciens *neque ante* proſpiciens. Nonius. *Proſpicere* futura, *Iudicare* praeſentia. Donat. R.

Protenus ſignificat *porro tenus*, id eſt, longe a Finibus; *Protinus* eſt *ſtatim*, ac *ſine intermiſſione* (r): Alterum eſt Aduerbium *Loci*, alterum *Temporis*, vt *Seruius* notat ad illud Virgilii Eclog. I. *) verſ. XIII. et XIV.

- - - *En ipſe capellas*
Protenus *aeger ago*. - - - -

Ego nullam Vocabulorum iſtorum Differentiam eſſe puto, ſicut nec differunt *Quatenus* et *Quatinus*, de quibus infra.

(r) Vid. *Virgil.* Lib. I. *Georgicor.* verſ. I.

Prouincias inter ſe comparare, quando Proconſules in eligendis prouinciis ipſi diſponebant et conueniebant. *Sortiri prouincias*, eſt, ſi ſortito tales mittebantur. *Ornari prouincia* eſt vaſario inſtructum ad prouinciam abire. R.

Proxima nobis aut praeterita ſunt aut futura: *Praeſentia* ea ſunt, in quibus nunc ſumus. R.

Pru-

Digitized by Google

Prudentia naturalis eſt, *Gnauitas* extrinſecus venit, *Imprudens* per ſe, *Ignauus* per alios. Donat. R.

Pudet in his, quae turpiter facit, P*iget* in his, quae cum damno ac malo, P*udere* etiam ad decus, P*igere* ad dolorem refertur. Donat. P*udet* et quae de alterius facto, et quae de ſuo, vt in Adelph. de verbis Aeſchini: *Vbi eum* pudet *fratris, non ante confeſſum.* Agraet. R.

P*udor* † (s) eſt metus rerum turpium, et ingenua quaedam Timiditas dedecus fugiens, laudemque maxime conſectans, ex quo ortum Ruborem *Virtutis colorem* Diogenes Cynicus appellabat; P*udicitia* eſt continentia a Libidine; *Verecundia* eſt Reuerentia quaedam aduerſus homines, cuius Proprium eſt *neminem offendere.* Plautus in Amphitr.

Sed Pudicitiam *et* Pudorem, *et ſedatam cupidinem.*

Varro Lib. 2. de Vita Populi Rom. *Multo praediti* Pudore *et* Pudicitia *Adoleſcentes.* Salluſtius in Catilina; Pudorem, Pudicitiam, *Diuina et Humana promiſcua omnia.* Idem de Rep. ordinanda: *Vbi Diuitiae clarae habentur, ibi omnia vilia ſunt, Fides, Probitas,* Pudor, Pudicitia. Lactant. Lib. 2. Pudorem *extinxit,* Pudicitiam *flagitauit.* Idem ibidem: *Vnusque igitur, quantum poteſt, formet ſe ad* Verecundiam, Pudorem*que colat.*

† *Pudor* eſt tantum bonorum, *Timor* etiam malorum. *Pudor* eſt mali facti, *Verecundia* recti et honeſti. Donat. R.

(s) *Pudorem* olim interdum idem valuiſſe, quam *Pudicitia* valuit, *Giſanius* in *Obſeruationib. L. L.* p. 202. teſtatur, addit-

Digitized by Google

additque inde factum eſſe vt PVDORIS Nomen pro *Verecundia* a doctis quibusdam ſit poſitum. Vt autem PVDOR *Vultus* eſt: ſic PVDICITIA *Animi*. Goclen.

Qualis ſit Differentia inter P*ueritiam* atque P*uerilitatem*, tradit doctiſſimus Seneca Lib. I. *Epiſt.* IV. his verbis: *Adhuc enim non* Pueritia *in nobis*, *ſed quod eſt grauius*, Puerilitas *remanet: et hoc quidem peius eſt, quod Autoritatem habemus* Senum, *vitia* Puerorum: *nec* Puerorum *tantum*, *ſed* Infantium. ILLi leuia, HI falſa formidant: NOS vtraque. H.

P*ugnat*, qui reſiſtit, *Oppugnat*, qui obſidet; *Impugnat*, qui per omnia inimicus eſt. Itaque *Pugnat* Exercitus; *Oppugnantur* Caſtra, vel Vrbes; *Impugnantur* Inimici. *Corn. Fronto.*

P*ugno* magis eſt et ſpecialius; *Certo* minus et generalius. H.

P*ulchritudo* formae in viris *Dignitas*. Vnde Cic. pro Caelio: *Quis non poſſit huic aetati, atque dignitati, etiamſi ſine ſuſpicione, at non ſine argumento maledicere?* In foeminis autem *Honeſtas* dicitur. Vnde Terent. de horrido et ſene Eunucho: *Illumne obſecro*, inhoneſtum *hominem*, *ſenem*, *mulierem*? Agraet. *Formoſus* vero in luxurioſis, vt:

Formoſum *paſtor Corydon ardebat Alexin.* R.

P*ulſare* eſt vehementi et crebro ictu tundere, vt fit P*ugnis*, *Calcibus*, *Malleis*, *Saxis* (t); *Verberare* eſt caedere verberibus, aut infligere plagas, quod fit *Manu*, *Virga*, *Fuſte*, *Flagello*, *Ferula*, *Loris*, et ſimilibus. Cic. Orat. I. in Verrem: *Lictores conſiſtunt valentiſſimi, ad* pulſandos verberandos*que homines* ex-

exercitatiſſimi. Iuriſconſulti paulo aliter haec Verba diſtinguunt in Lege *Cornelia de Iniuriis*, quae *Actionem Iniuriarum* ei dat, qui ſe *pulſatum verberatum*que dicit, ſic enim interpretatur Vlpianus L. 5. D. de Iniur. Verberare *eſt ſine dolore*; Pulſare *cum dolore fieri dicitur.* Quae Differentia, quantum ad illam *Actionem Iniuriarum* attinet, vera et neceſſaria eſt. Nam qui per *Contumeliam* impulſu *cubiti*, aut *manus* alterum loco deiecit, aut qui Pileum *capite* excuſſit, hic *Iniuriam* fecit, nec tamen verbis Legis teneretur, niſi *Pulſare* ſine *dolore caedere* interpretemur. In quo *Valla* fruſtra reprehendit *Vlpianum*, quem friuolis leuibusque rationibus tuentur *Iuris Interpretes*, atque etiam *Alexander Neopolitanus* in Libris *Genialium Dierum*. Quanquam illi ipſi *Iuriſconſulti* interdum haec Verba confundunt. Vlpianus ad Edictum 56. l. 4. D. Vi Bon. rap. *Si cum Seruum meum Titius* pulſaret, *turba fuerit collecta.* Et mox: *Caeterum ſi alia cauſa* verberandi *fuit*, *ceſſat actio.*

(r) Conf. quae *ſupra* ad PRAELII *Titulum* ſunt annotata.

Puri, *Probi*, *Profani*, *Sui auri*, dicitur in manumiſſione, ſacrorum cauſa: ex quibus *Puri* ſignificat, quod in vſu ſpurcum non fuerit: *Probi*, quod recte excoctum purgatumque ſit: *Profani*, quod ſacrum non ſit et quod omni religione ſolutum ſit: *Sui*, quod alienum non ſit. Feſt. R.

Putant †, qui omni genere errant; *Suſpicantur*, qui aliquo modo praeuident. *Corn. Fronto.*

† *Puta-*

† *Putare* eſt eius, qui ſimplicitate pectoris aberrauit. Donat. Cic. *non* putauit, *lapſus eſt*. R.

Putat dubitans; *Aeſtimat* ex natura rei; *Opinatur* opinioni ſuae, vel alienae credens; *Arbitratur*, dubio fidem dans. H.

Q.

Quaerere aliquem, **einen ſuchen**; *Quaerere* ab, vel ex aliquo, **einen fragen**. H.

Quaerimonia grauius, *Querela* leuius eſt. R.

Quaerit, qui ad plenum et perpetuum reponit; *Quaeritat*, qui vix quotidie *inquirendo* victum inuenit. Donat. *Quaerimus* Diſciplinam; *Inquirimus*, de quo dubitamus; *Deſideramus*, vel quod diligimus, vel quod amiſimus. Corn. Fronto. *Quaerimus* inquirentes; *Querimur* deplorantes. *Quaerimus* lucrum; *Querimur* lacrymis; *Requirimus*, dum diu quaerimus. Afranius in Fratriis et Fratribus *) p. 50.

Proin tutum quaeram, *ne* requiram *te vide*.

Quaeſtor eſt, qui *Quaeſturam* gerit (u); *Quaeſtorius*, qui *Quaeſtor* fuit, quem poſterior Aetas *Ex quaeſtore* vocat, vt *Ex conſule*, *Ex praefecto*; *Proquaeſtor*, qui mortuo, vel abſente *Quaeſtore* eius munere fungitur. Cicer. Orat. 2. in Verrem: *De* Verre, *qui mortuo* MALLEOLO Quaeſtore, *ſtatim* Proquaeſtore *iuſſus eſt eſſe*. Similiter differunt *Conſul* et *Conſularis*, *Praetor* et *Praetorius*. Sed *Pro-Conſule* dicebatur, qui poſt geſtum *Conſulatum*

anno

Digitized by Google

anno inſequenti in *Prouincia* eodem ſummo cum Imperio mittebatur; *Propraetore* autem, qui ex *Praetura Prouinciam* obtinebat. Vnde *Prouinciae* aliae *Conſulares*, aliae *Praetoriae* vocabantur. Etſi interdum *Propraetore* ſignificat eum, qui abſente *Duce* vicario munere *Exercitui* praeerat. Nam *Praetor* appellabatur etiam is, qui *Exercitum* ducebat. *Sic*, ſcribente Salluſtio, SYLLAM *Legatum* MARIVS Conſul *in expeditionem proficiſcens* Propraetore *reliquerat*, *et* ALBINVS Conſul, Aulo *Fratre in caſtris* Propraetore *relicto*, *Romam deceſſit.*

(u) *Quaeſtoris Vrbani* Partes quaenam ſint, tradit *Briſſonius* Lib.II. de *Formulis* p. 252.

Quando, acuta prima ſyllaba interrogationem temporis ſignificat, vt: quando *erit illa dies?* ſed ſi poſterior grauetur, ſignificat quoniam, vel quandoquidem, Virgil.

- - quando *tot ſtragis aceruos*
Teucrorum, tua dextra dedit. R.

Quantumuis et *Quantiuis* differunt, alterum contemptionis, alterum laudis. Donat. R.

Quarto Locum ſignificat, et tres ante factos. *Quartum* Tempus denotat, et ter ante factum. Similiter diſtant *Tertium*, *Quintum*, *Sextum*, *et Tertio*, *Quinto*, *Sexto* (x.). Ennius Lib. 8. Annal. *Quintus Pater* quartum *fit Conſul.* Sed hanc Differentiam, quam *Varro* et *Gellius* tradiderunt, non obſeruant veteres Autores. Nam et Gellius in Hiſtoriis dixit: *Tertio* et *Quarto* Cos, et Quadrigarius

garius Lib. 19. Annal. C. MARIVS *creatus ſeptimo Conſul.* Item Inſcriptio Romana: P. DECIVS P. DECII. F. PRIMO COS. DE SAMNITIBVS TRIVMPHANS SPOLIA EX HIS CERERI CONSECRAVIT ITERVM ET TERTIO COS. Nec eſt vlla ratio, cur magis differant *Quartum* et *Quarto*, quam *Primum* et *Primo*, *Poſtremum* et *Poſtremo*: quae *promiſcue* et *indifferenter* dici notiſſimum eſt.

(x) Legatur *Nonius Marcellus* de *Proprietate Sermonis* fol. xiii. fac. 2.

Quatenus ſignificat *qua fine*, *quo vſque*, vt *Hactenus* hac fine; *Quatinus* vero ſignificat *Quoniam*, *Quia*, vt tradunt *Feſtus* et *Victorinus*. Quae Differentia *arguta* magis eſt, quam *vera*. Nam vt iam ante monui, vna eademque vox propter diuerſas ſignificationes non debet varie ſcribi, et fuit alioqui *Veteribus* vſitata commutatio *Litterarum E* et *I*, de qua dixi Libro primo de vſu *antiquae Locutionis*. Vt non ſit dubium, mihi quidem, antiquiſſimos in vtraque ſignificatione indiſtincte ſcripſiſſe *Quatenus* et *Quatinus*. Sed prioris Significationis Vſus tritiſſimus eſt; poſterioris Exemplum ſuppeditat Horatius Lib. 3. Carminum (y):

- - - Quatinus (*heu! nefas.*)
Virtutem incolumem odimus.

Et Lib. 1. *Sermon.* (z).

Denique quatinus *excidi penitus vitium irae*,
Caetera item nequeunt.

Sue-

Suetonius in Claudio: *Confirmauitque* quatinus *Matrimonia ſibi male cederent, manſurum ſe in coelibatu.* Plinius Lib. 3. Epiſtolar. *Et* quatenus *nobis denegatur diu viuere, relinquamus aliquid, quo nos vixiſſe teſtemur.* Iuuenalis (aa):

Quatenus *hic non ſunt, nec venales Elephanti.*

(y) Od. XXIV. v. 30. ſeq. vbi Editio *Cruquiana* et *Thomae Treteri* Index legunt inprimis *Quatinus.*

(z) Satyr. III. v. 76. ſeq. Conf. Lib. II. *Sermon.* Satyr. IV. v. 57.

(aa) Satyr. XII. verſ. 102.

Quatio eſt *violenter* (b) agito, vel impello; *Quaſſo* eſt in *varias partes* iacio, vel moueo cum *magna indignatione magna*que *vehementia*, quod *grauius* et *violentius* eſt, quam *Quatio.* Liuius: Carthaginis *moenia nunc* quatit *ariete.* Plautus in Trinummo: *Quid* quaſſas *caput*? Hinc *Quaſſata*, quae diſiecta et fracta deſederunt. Virgilius (cc):

Quaſſatam *ventis liceat ſubducere claſſem.*

Liuius: Quaſſata *muri reficere.*

(bb) (*Commouendo* aut *pulſando* tremefacio et)

(cc) Lib. I. *Aeneid.* v. 555. vbi *Paulus Manutius* in Editione *Plantiniano-Antuerpiana* pro SVBDVCERE, *in terram trahere* rectiſſime in *Margine* ſubſtituit.

Querimonia certae rei eſt: *Querela* ſuperuacua eſt. Itaque prior *grauitatis* eſt; poſterior *leuitatis* (dd). *Corn. Fronto.*

(dd) Breuiter: QVERELA eſt *Querimonia* leuior; QVERIMONIA autem *Querela* grauior.

Quidam notat Rem certam; *Quispiam*, vel *Aliquis* incertam et vagam. *Goclenius.* H.

Digitized by Google

Quis infinitum ad *vnum* refertur, vt Cicero: *Si* quem *tuorum Fidelium voles ad me mittere.* *Quisquis* vero, vel *Quicunque* ad *vniuerſos* confuſe dicitur. Similiter QVOT *certum* deſiderat Numerum; *Quotquot*, vel *Quotcunque* OMNES denotat, vt obſeruauit *Priſcianus.*

Quis et *Quid* Interrogatiua ſunt; *Qui* et *Quod* Relatiua, *Quicquid* et *Quodcunque* Indefinita. H.

Quot de *Diſcretis*; *Quantum* de Subſtantia. H.

Quotannis et *Quotidie* Tempus *continuatum* ſignificat: *In ſingulos Annos*, et *in Dies ſingulos*, Tempus *interruptum*, per interualla *Annorum* et *Dierum* (ee). Cicero ad Atticum: Quotidie, *vel potius in* Dies ſingulos *breuiores litteras ad te mitto.* Vlpianus ad Sabinum 23. Leg. 13. D. de Tritico. L. 17. D. de Annuis. *Haeres meus amphoras decem* quotannis in annos ſingulos *dato.* Labeo Lib. 2. Poſterior. *Vini* Falerni, *quod domi naſceretur*, quotannis in omnes ſingulos *binos culleos Haeres meus* Accio *dato.*

(e) ſeu *Quotannis* fere eſt continuum; *Singulis annis* interuallum. Sic *Quotidie* eſt continuum; *Singulis diebus* eſt interuallum.

Quotus interrogat; *Quotusquiſque* paucitatem ſimul infert. H.

R.

Racemi ſunt Vuae minores, et exilioribus granis, qui plerumque a Vindemiatoribus ſub pampino latentes fallentesque relicti poſt colliguntur. *Vuae*

ſunt

Digitized by Google

ſunt maiores, ac craſſioribus acinis (ff). Plinius Lib. 3. *Quando non* Racemos, *ſed* Vuas *alias gignunt.*

(ff) Ideoque *Vuae* plenae ſunt ſuaui *Suore*, qui in *Vuis* paſſis et paſſulis inſiccatur.

Rapi dicebantur res mobiles. Immobiles non *rapi*, ſed *inuadi* dicebantur. R.

Raptio ad Perſonam refertur; *Rapina* (gg) ad Rem? *Raptus* ad Stuprum proprie. *Donatus.*

(gg) *Rapina* eſt Petulantiae; *Praeda* autem Victoriae.

Raſtri ſunt, quibus dentalibus penitus eradunt terras atque eruunt. *Raſtelli* vero, quibus in pratis foeni ſecta abradunt, quo abraſu raſtelli dicuntur. Anton. in Virg. Georg. 1. R.

Ratio diſtinguendi gratia appellatur ea, quae affertur a reo, ad recuſandum depellendi criminis cauſſa: quae niſi eſſet, quid defenderet, non haberet. *Firmamentum* autem, quod contra ad labefactandam rationem refertur, ſine quo accuſatio ſtare non poteſt. Cic. in Partit. orator. R.

Recidiua ſunt, quae ex ſuo caſu reſtituta *eodem modo* et *genere* redeunt (hh), vt *Recidiuas Febres* dixit Plinius. Virgilius (ii) *Recidiua Pergama*; Tertull. *Reciprocarum Frugum et vuidorum Elementorum, et* recidiui *Anni fidem argumentantur.* Arnobius Lib. 4. *Quicquid prior aetas abſtuliſſet*, recidiua *ſubſtitutio denegaret*; *Rediuiua* autem ſunt, quae ex *vetuſtis* renouantur; et quaſi in vitam, noua adſumta forma, *denuo* reuocantur, vt *Rediuiuus* Lapis, qui ex *vetere* in *nouum* Aedificium translatus de *integro* politur. Cicero Orat. 1. in Verrem: *Minus operis eſſe vnam columnam reficere ab integro nouam,*

Digitized by Google

uam, nullo Lapide rediuiuo, *an quatuor illas reponere.* Id. Ibidem: Rediuiua *ſibi habeto.*

(hh) et quaſi *retro,* ſeu *iterum* in aliquid cadunt.

(ii) Lib. VII. *Aeneid.* v. 322. et Lib. X. v. 58.

Recipere et *Suſcipere* eo differunt, quod *Suſcipitur* Totum, *Recipitur* Pars: Et *Suſcipitur* id, quod *principale* eſt, *Recipitur*, quod *hinc* pendet †. Denique *Suſcipitur* ſolum aliquid propter SE; *Recipitur* etiam propter ALIVD, vt notat Aſconius Pedianus. *Recipimus* aliquid rogati, *Suſcipimus* ſponte. *Agraetius.*

† *Recipere* et *ſuſcipere.* Cicero in Diuinat. *Ego in hoc iudicio mihi Siculorum cauſam* receptam, *populi Romani* ſuſceptam *eſſe arbitror.* R.

Recipio, quod habui; *Suſcipit*, qui, quod non habet, *ſponte* accipit. H.

Recipere † aut *Promittere* amplius quippiam ſignificare, quam *Polliceri*, argumento eſt, quod *Cicero* inquit: *De Aeſtate* polliceris, *vel potius* recipis. *Recipere* enim eſt, quaſi *periculum* et *euentum rei ſuſcipere in ſe.* Vid. *Goclenius* loc. cit. p. 246. H.

† *Recipere* plus eſt, quam *promittere.* Cic. lib. 13. Epiſt. 28. et lib. 5. Epiſt. 8. *Qui enim in ſe* recipit, *praeſtaturum ſe* promittit. Et lib. 13. Epiſt 41. dixit: *confirmo et ſpondeo.* R.

Recta Loca dicuntur, quae absque *vllis anfractibus* ſurgunt in *altum*, vel in *longitudinem* extenduntur; *Porrecta* ſunt *plana* et *patentia*; Ita *Recti* Montes, *Rectae* Turres, *Porrecti* Campi: Caeſar Lib. 2. de Bello Gallico: Porrecta *ac Loca aperta.* Idem Lib. 6. Recta*que Fluminis Danubii regione.* Horat. (kk)

Non

Digitized by Google

Non eſt aptus equis Ithacae *locus, vt neque planis* porrectus *ſpatiis.*

Minutius Felix in Octauio: *Quid loquar apte diſpoſita* recta *Montium, Collium flexa,* porrecta *Camporum.*

(kk) Lib. I. Epiſt. VI. ad *Maecenatem* v. 41. ſeq.

Recuſare eſt denegare; *Accuſare* eſt culpare Pares et Inferiores; *Incuſare* eſt culpare Superiores; *Excuſare* eſt culpam dimouere. H.

Reddere † eſt acceptum et ablatum, vel abductum *retro* dare (ll); *Reſtituere* vero eſt amiſſa et alienata, aut immutata, ad *priorem Dominum* atque *Statum priſtinum* reducere. Terent. in Eunucho: *Praeterea vt ſuis* reſtituam *ac* reddam, id eſt, vt *Virginem ſeruam in Libertatem* reſtituam, *et abductam* reddam. Cicero pro Flacco: Reddat *miſero Patri filiam.* Idem pro Domo: *Lucem Salutemque* redditam *ſibi ac* reſtitutam *accipere debuit.* Gellius Lib. 3. *Captiuosque omnes, quos tum habuerit,* reſtituiſſet, *et* reddidiſſet.

† *Redditur* nobis, quod noſtri cupidum eſt, *reſtituitur* nobis, cuius cupidi ſumus. *Reſtituimur* iis, quibus nos volumus, *reddimur* iis, qui nos volunt. Donat. R.

(ll) *Reddere* non nunquam et pro *ſoluere* atque *dare* capi, *Giſanius* loc. ſaepiſſime alleg. eſt autor pag 211. et quidem praeeuntibus *Plauto, Cicerone,* atque *Horatio.*

Reddo † quod prius habui; *Trado*, quod non fuit in poteſtate alicuius. H.

† *Redditur* quid ei, a quo prius datum fuit, *traditur* autem ab eo, in cuius poteſtate eſt, ei, in cuius poteſtate non eſt. Goclen. R.

Digitized by Google

Rediuiua dicimus, quae poſt interitum redeunt, *Recidiua*, quae ſuo caſu reſtituuntur. Charif.

Recidiua *manu poſuiſſem Pergama victis*. Virg. R.

Refellit, qui negat, *Purgat*, qui fatetur et ſic defendit. *Refellimus* per coniecturam, *Purgamus* per caeteros ſtatus. Donat. R.

Refutatio in rem eſt, *Confutatio* in perſonam. Donat. R.

Regium, quod Regis (m); *Regale*, quod Rege dignum eſt. *Corn. Fronto.*

(mm) vt Regia Domus, vel Aula ſiue Veſtis regia.

Religio eſt Cultura Dei; *Superſtitio* † vero eſt coeleſtium et diuinarum rerum, quae ſuper nos ſtant, inanis et ſuperfluus Timor. Cicero Lib. 2. de Natura Deorum; *Non enim Philoſophi ſolum, verum etiam Maiores noſtri* Superſtitionem *a* Religione *ſepararunt. Nam qui tota die precabantur et immolabant, vt ſibi ſui Liberi ſuperſtites eſſent*, Superſtitioſi *ſunt appellati, quod Nomen patuit poſtea latius. Qui autem omnia, quae ad cultum* DEORVM *pertinerent, diligenter retractarent, et quaſi relegerent, dicti ſunt* Religioſi *ex* relegendo (nn). Idem in Partitionibus Oratoriis: *Fortitudinem Audacia imitatur, et* Religionem Superſtitio. Frequenter tamen *Religio* pro *Superſtitione*, id eſt, inani *Timore ac Sollicitudine* vſurpatur a *Varrone*, *Cicerone*, *Virgilio* et aliis, quorum Teſtimonia extant apud *Nonium*. Hinc *Religioſum* a *Superſtitioſo* Varro in Libris *Rerum diuinarum* ita diſcernit, vt a *Superſtitioſo* dicat *timeri* DEOS; a *Religioſo* autem tantum *vereri*, vt PARENTES, non vt HOSTES *timeri*.

† Sed

† Sed vere *ſuperſtitioſi* proprietatem ex hoc habent, quod prae cultura, Deorum ſuperſedeant caetera, id eſt negligant. Itidem et *religioſi* quaſi *religoſi*, omnium caeterorum ſacrificiis ſeruiant Non. R.

(nn) Leg. *Oliuerii Arzignanenſ.* Commentar. Hiſtor. et Litterat. ad *Val. Maximi* Lib. I. Cap. I. fol. 2. fac. b.

Religio eſt erga DEVM; *Pietas* in DEVM atque in PARENTES ſimul. Goclen. H.

Relinquimus lubentes; *Deſerimus* inuiti: Et: *Relinquimus* aliquid, quod in Loco relicto manet; *Deſerimus* etiam Locum, vbi nihil manet. H.

Reliqui, ſunt relicti; *Caeteri*, quos neſcimus. H.

Remedium, ne periclitemur, datur, *Medicamentum* ad ſubita pericula aptatur. Atque ita *remedium* ſubmouet imminentia, *medicamentum* ſanat non ſana. Corn. Front. R.

Remotum eſt, quod longe abeſt; *Semotum*, quod *ſeorſum* poſitum eſt. Lucretius Lib. 5. de R. N.

Remota *e noſtris rebus* ſemota*que longe.*

Idem Lib. 4.

Tempore ſemotum *fuerit*, *longeque* remotum.

Renunciare Muneri, vel Hoſpitio, eſt recuſare; *Renunciare* Conſulem, eſt declarare. H.

Reperio non quaeſitum; *Inuenio* quaeſitum; *Comperio* certo ſcio †. H

† *Reperimus* noſtra, *inuenimus* aliena. Corn. Front. R.

Reprimere eſt ad tempus; *Comprimere* in perpetuum. Ideoque *Comprimi* plus eſt, quam *Reprimi*, id eſt, quam refrenari et leniri. Goclen. H.

Digitized by Google

Res diuerſae ſunt a *Rationibus*. Nam *Rationes* ſunt ipſa nomina et quicquid in tabulis refertur. *Res* ſunt ipſa corpora, vt: pecunia, merces, penus. Itaque ſeparantur Plaut. Amph. Prol. v. 4. *Pſeud.* 2. 2. v. 31. et apud Cic. pro Quinto. R.

Reſciſcunt, ad quos pertinent et qui neſciunt, *Sciunt*, qui negligunt. *Reſciſcimus* ex alio, *Scimus* etiam per noſtram opinationem. Donat. R.

Reſpondemus proprie praeſenti, *Reſcribimus* abſenti. Seneca Epiſt. 62. *Sic afficior animo tanquam tibi non* reſcribam, *ſed* reſpondeam. Vid. Cuiac. lib. 12. Obſeru. cap. 8. R.

Reſtiarius eſt, qui facit Reſtes (oo); *Reſtio*, qui vendit, vt tradit Fronto. Sed meo iudicio non recte. Nam *Reſtiarius* eſt, vt *Lintearius*, qui *Reſtes* vendit, ex eaque re quaeſtum facit; *Reſtio* eſt, vt *Linteo*, *Pellio*, qui *Reſtes* intorquet et nectit, alter *Graecis* dicitur σχοινοπώλης, alter σχοινοπλόκος, ſiue καλωστρόφος, vt *Plutarchus* in *Auguſto* dixit. Gloſſarium σχοινοπλόκος *Reſticularius*, *Reſtio*. Suetonius in Auguſto: *Libertinum ei Proauum exprobrat* Reſtionem.

(oo) h. e. Vincula e *Cannabe*, vel *Stupa*, omni *fune* minora. Quae autem ſunt facta e Vimine, *Germanis* Wietten dicuntur.

Reſtituimur iis, *quibus* nos volumus; *Reddimur* iis, qui *nos* volunt (pp). *Reſtituimus* Volentem; *Reddimus* Volentibus; *Reſtituit* Cupiens, *Redditur* et *Reſtituitur* Cupiens Cupientibus, *Donatus*.

(pp) Conf. iam, quae paulo ante ſub REDDERE *Tit.* ſunt dicta.

Reſto

Reſto et *Reſiſto* ita differunt, vt *Obſto* et *Obſiſto*, de quibus ſupra; etſi non perpetua eſt haec Differentia, et interdum RESTO pro *Reſiſto* ſumitur. Ennius Lib. 7. Annal.

Illurici reſtant *ſicis ſibynisque fodentes.*

Salluſt. Lib. 1. Hiſtoriar. *Vrbem multos* reſtantem *pugnando vicit.* Ouidius Lib. 2. Faſtor.

Poſtmodo victa cades, melioribus Ardea reſtas.

Propert. Lib. 3. (qq).

Dura fugiunt Troes, *dum* reſtat *Barbarus* Hector.

(qq) Eleg. VII. v. 31. vbi vtràque *Taſcanellaeana* Editio et *Baſileenſis* et *Hanouienſis*, pro *Dum fugiunt* TROES, etiam non incommode heic legit; *Dum vincunt* DANAI.

Reum facere eſt in Iudicio legibus interrogare de Crimine, de quo poſtulatum eſt; *Reum agere* † eſt accuſare, et actionem proſequi (rr). Nam primum poſtulabat *Actor* a PRAETORE, vt *Accuſare liceret*, quo impetrato, Nomen *deferebat*: poſtremo *accuſabat*. Coelius ad Ciceronem: *Cn. Domitium* Reum fecit. Idem: *Illud mihi occurrit, quod inter* Poſtulationem *et* Nominis Delationem *Vxor* a Dolabella *diſceſſit*. Valer. Maximus Lib. 6. M. Anton. *Auorum noſtrorum temporibus clariſſimus Orator, inceſti* Reus agebatur. Id. L. 8. FLAVIVS *a* C. VALERIO *Aedile apud Populum* Reus Actus. Sed haec fere confunduntur, ſicut et *Poſtulare* et *Accuſare*.

† *Reum agi* eſt accuſari, vel ſecundum leges interrogari, *Reum peragi* vero eſt comdemnari, Parrhaſ. ad Cic. pro Milone. R.

(rr) Leg. *Schardii* Lexicon Iuridic. p. 819. col. a.

Digitized by Google

Reus ſtipulando, eſt idem, qui ſtipulatur: R*eus promittendo* eſt, qui ſuo nomine alteri quid promiſit, quiue pro altero quid promiſit. Feſt. R.

Rhetorice eſt Ars *bene dicendi* circa *Orationem* ad perſuadendum idonea. Vnde RHETORICE *aliquid dicere*, eſt *grauiter*, *ſplendide*, *magnifice*, *vehementer*, ac *copioſe* aliquid dicere. *Dialectica* autem eſt *recte diſſerendi* ſcientia circa *Orationem*, quae *interrogatione* et *reſponſione* conſiſtit. Haec *Diogen. Laertius* in Vita *Zenonis* Lib. 462. vbi verba *Graeca* ſunt videnda. H.

Ridet, qui ſimpliciter ridet, *Deridet*, qui alterius irriſione et contemtu ridet. Donat. R.

Ripae proprie Fluminum ſunt (ss); *Littora* Maris, vt Ouid. - - *Pro* Ripis Littora *pulſant*.

(ss) Dictae a ῥίπτῃ, quod impetum *Ventorum*, vel *Aquarum*, quem ſuſtinet RIPA, denotat.

Rixam et *Turbam* multum differre, *Labeo* ait. *Nam* TVRBAM *Multitudinis Hominum* eſſe *Turbationem* et *Coetum*; RIXAM etiam Duorum (tt): Vnde Edicto *Praetoris* de *Damno*, quod in *Turba* datum eſt, in *Turba* factum interpretatur Vlpianus l. 4. D. quod *decem* aut *quindecim hominibus coactis factum eſt*. Ego hoc ampſius intereſſe puto, quod *Rixa* leuis Verborum velitatio eſt, *Turba* multitudinis (*commotio*, ſeu) concurſus vel concertatio, et pugna. Cicero in Verrem: *Ecce autem noua* Turba *atque* Rixa. Liuius: *Concurſu hominum* Rixa, *ac prope praelium fuit*. RIXA ſine *Armis* eſt, et habet *Defenſionem*; PVGNA *Legem* habet vel *naturalem*, vel

vel *moralem*. Palaeſtrans enim vel exhibet *Virtutem*, vel *Armis* per ſua *Vitae* pericula dimicat. *Corn. Fronto*.

(tt) Vid. *Valla* Lib. VI. *Elegantiar*. Cap. LXI. p. 479. Caeterum TVRBA in *Turbam* concitata acceptat *turbida* conſilia, *turbatque* ſeipſam et alios. Sicut et cuilibet *Turbulento* quietem *interturbare*, Negotia *perturbare*, Bonos *conturbare*, ſed et ſibi tandem *turbulenter* agenti poenam accerſere facile eſt. Nam vt Res *turbatae* tranquillentur, neceſſe eſt, *Turbatorem proturbari*, hoc eſt, de Statu *deturbari*, Complices eius *diſturbari*, aliquando et Patria *exturbari*. Tu ſi viuere optas *imperturbatus*, viue quietus. *Comenius*.

Robuſtum corpore, ſed dices pectore *Fortem*. R.

Rogare minus eſt, *Orare* plus. Aſconius in Cic. Diuin. Rogare *vt homines*, orare *vt Deos*. R.

Rogationes ſunt leges. Rogationes ſunt, ſi Praeconſules prouincias ſicut priore anno eas tenebant, obtinere iubebantur, quoniam per modum rogationis ad populum vt leges ipſae fieri debebant. Liuius VIII. 26. R.

Roſeum per ſe; *Roſaceum* mixtum (uu). *Corn. Fronto*.

(uu) Sic ROSACEAS *Corollas* quaerimus apud *Virgines*; ROSEAM autem *Fragrantiam* in talibus *Corollis*.

Roſtrum non eſt, niſi quod incuruum eſt. Agraetius. R.

R*uber* color ſimplex atque natiuus eſt; R*ubeus* ſiue R*obeus* miſtus et concretus ex R*ubro* et *Albo* paulullum virenti, vt in *Melle*, et in *Moris matureſcentibus*: ita dictus, quia ex R*ubiae* Herbae radice, quam

Digitized by Google

quam *ἐρυθρόδανον* *Graeci* appellant, in tinctoriis Officinis conficiatur; Rubidus vero eſt rufus, *nigrore multo* infuſcatus, forte a *Rubi* fractu dictus. Plautus: *Exiguam buccellam* rubidi *panis.* Varro Lib. 2. de Re Ruſt. *Colore potiſſimum nigro, dein* rubeo, *tertio heluo, quarto albo.* Vetus inſcriptio: OMNIBVS ANNIS VITVLO ROBEO ET VERRE.

R*umor* tumultuatur; *Fama* indicat; *Opinio* reddit ſuſpectum. H.

Rura dicebant ſiluas et paſcua, *Agrum* vero eum, qui colitur. Seru. R.

R*urſum* proprie retro: *Prorſum* ante ſignificat. Donat. R

S.

Sacrum † eſt, quod *publica autoritate* DEO rite (xx) conſecratum eſt, vt SACRI *Luci, Montes*, SACRA *Templa, Ornamenta, Certamina* et alia, quae publico *ciuitatis* Inſtituto, aut permiſſu *Principis* DEO dedicata fuerunt; *Sanctum* (l. 8. D. de Rer. Diuiſ.) eſt, quod *ſanctione* quadam et *Praecepto* firmatum, et ab *iniuria Hominum* munitum eſt (yy); etſi non ſit DEO conſecratum, vt SANCTI *Muri* et *Portae*, quae ſine nefario ſcelere non violantur, SANCTI *Legati*, quibus noceri non debet, SANCTAE *Leges*, quae certam poenam conſtituunt et ſanciunt in eos, qui praeceptis *Legum* non obtemperauerint. *Religioſum* eſt, quod a *communi Hominum vſu* ſemotum, et *ſanctitate* quadam

Digitized by Google

dam reuerendum eſt, vt RELIGIOSA *Sepulchra*, *Monumenta*, in quae Mortuus illatus eſt. Ita SACRVM eſt diuinum, et DEO *dicatum*; SANCTVM *incorruptum* et *inuiolatum*; RELIGIOSVM *venerandum*. Et SACRA atque SANCTA *Religionem* habent *publicam*; RELIGIOSA vero *priuatam*, vt *Sepulchra* et *Monumenta*, quae olim cuilibet priuata autoritate conſtituere permittebantur; et id publica religione carebant. Praeterea SANCTA et RELIGIOSA tam *animata* ſunt, quam *inanimata*; etſi Liuius Lib. 3. dixit, *Quibus ipſi* DII *neque ſacri*, *neque* ſancti *ſunt*; Et Ouidius Lib. 3. Amor.

At ſacri *Vates*, *et Diuum cura vocamur*.

Nam vtrique *improprie* SACRI dicuntur, alteri, quia *Sacra* ipſis offeruntur; alteri, qui *Sacra* ferunt, quaſi Sacerdotes, vt ait Virgilius (zz):

Me vero primum dulces ante omnia Muſae,
Quarum ſacra *fero*. - - - -

Et Perſius (a):

Ad Sacra *Vatum carnem adfero noſtrum.*

Interdum tamen *haec tria* proportione quadam et ſimilitudine eadem ſunt, vt *Templa*, *Altaria*, eadem et *Sacra*, quia DIIS *dicata*; et *Sancta*, quod ea violare nefas ſit; et *Religioſa*, quoniam ab vſu hominum remota; id quod Feſtus ex *Aelio Gallo* refert his verbis: *Quod* Sacrum *eſt*, *idem Lege aut inſtituto Maiorum* SANCTVM *eſſe*, *vt violari id ſine poena poſſit*. *Idem* RELIGIOSVM *quoque eſſe*, *q*[illegible]*m ſit aliquid*, *quod ibi homini*

mini facere non liceat. Quod ſi faciat, aduerſus DEORVM *voluntatem videtur facere* ††.

† *Sacer* eſt venerandus et execrandus. Virg. *auri* ſacra *fames*. Agraet. R.

(xx) (*nuncupatum*, ſeu *deuotum*, atque)

(yy) qſ. *ſanguine* conſecratum, et propterea *inuiolabiliter* ſtatutum.

(zz) Lib II. *Georg.* v. 480. ſeq.

(a) in *Prolog*, v. 7.

†† *Sacro-ſanctum* dicitur, quoad iureiurando interpoſito eſt inſtitutum, ſi quis id violaſſet, vt morte poenas penderet. Feſtus. Liu. 4. 3. Marcell. Don. ad Liu. 27. p. 42. 43. Guther. de Offic. dom. Aug. 1. 39. R.

Sacrum, *ſanctum*, *religioſum* hoc differunt. *Sacrum* aedificium, conſecratum Deo, *ſanctus* murus, qui eſt circa oppidum, *religioſum* ſepulchrum, vbi mortuus ſepultus aut humatus eſt. Feſt. R.

Sacrarium et *Sacrum Locum* ſeparat Vlpianus ad Edictum 68. L. 9. D. de Diuiſ. Rer. *Illud notandum eſt*, inquit, *aliud eſſe* Sacrum Locum, *aliud* Sacrarium. Sacer Locus *eſt Locus conſecratus*; Sacrarium *eſt Locus* (b), *in quo Sacra reponuntur*, (et aſſeruantur) *quod etiam in Aedificio priuato eſſe poteſt*, *et ſolent*, *qui liberare eum Locum* Religione *volunt*, Sacra *inde euocare*. Ibidem l. 4. Ne quid 1. l. ſ. *Ait Praetor*, in Loco ſacro *facere*, *inue eum immittere quid*, *veto*. *Hoc interdictum de* ſacro Loco, *non de* Sacrario *conuenit*. Cui adſtipulatur Seruius in illud Virgilii Lib. XII.

- - *Duri* Sacrari[illegible]*tis*.

SA-

SACRARIVM, inquit, *proprie Locus eſt in* Templo, *in quo* Sacra *reponuntur*, *ſicut Donarium eſt*, *vbi collocantur oblata.* Sed Varro, Cicero, Suetonius, et alii SACRARIVM pro *Sacello* vtuntur non ſemel. Vnde SACRARIVM et SACELLVM ſignificat et Locum conſecratum, ſiue in *Templo*, ſiue in *priuatis Aedibus*, in quo vel *ſacrae res* cuſtodirentur, vel *Sacra Gentilitia* fierent (c). Cicero in Verrem: *Erat apud* Neium SACRARIVM, *cnm magna dignitate in aedibus a Maioribus traditum.* Idem Memmio: C. Auiano Euandro, *qui habitat in tuo* SACRARIO.

(b) ſeu Pars intima *Templi*,

(c) Alias *Sacellum* deſcribitur, quod ſit Locus paruus cum *Ara* DEO ſacratus.

Sacrificare eſt Veniam petere (d); *Litare* eſt propitiare et Votum impetrare. Virgilius (e):

> *Tu modo poſce* DEOS *veniam*: *ſacrisque* litatis etc. *i. e.* impetratis.

(d) ſeu *proprie* Sacra facere; in *ſpecie* vero Hoſtiam Deo offerre.

(e) Lib. IV. *Georgicor.* v. 50.

Saeuus ore et verbere, *Crudelis* ſanguine. *Saeuus* factis, *Triſtis* animo, *Truculentus* vultu, *Triſtis*, qui dolet. *Truculentus* et *Saeuus*, qui *terret*. Donat. R.

Salem, quo vtimur, *Sing.* tantum *Num.* dicimus; cum *Iocum* (*vrbanum*) ſignificamus, *Plural.* tantum (f). Niſi quod *Singulari Num.* etiam aliquando

do *Vrbanitatem* denotamus. Terent. in Eunucho (g): *Qui habet* Salem, *quod in te eſt*, i.e. quae res in te eſt. *Salum Sali*, a *Sale* Mare denotat, vt, canente illo Poëta; *Perque nudas ſuperante* Salo. Seruius.

(f) Interea danda eſt opera, vt *Sales* intelligamus, ne *inſulſi* ſimus, et *inſulſitate* noſtra *ſalſos* riſus aliis praebeamus. NB.

(g) Act. III. Sc. I. v. 10. et ſeq.

Salio eſt tranſcendo et ſupero ſaltu (h); *Salto* eſt motus compoſitos pedibus edo. ILLVD eſt *alacritatis*; HOC *elegantiae*. Cato in Originibus: *Caprae ferae ſunt*, *quae* ſaliunt *e ſaxo pedes plus ſexagenos*. Quanquam *Poëtae* interdum SALIO pro *Salto* vſurpant. Virgil. Lib. II. Georgic.*) v. 384.

Mollibus in pratis vnctos ſaliere *per vtres.*

Propertius Lib. 4. Elegiar.

Caelati medio cum ſaliere *foro.*

A SALIO autem fit *Saltus*, a SALTO, *Saltatus*, et *Saltatio*. Salluſt. Lib. 3. Hiſtoriar. Pompeius *cum alacribus* ſaltu, *cum velocibus curſu*, *cum validis vecte certabat.*

(h) SALIRE *ante ſe*, Neceſſitatis eſt, quando *ſaltu* ſuperanda eſt foſſa; SALIRE *ſurſum*, *deorſum*, Laetitiae eſt, vt videre eſt in illis, qui *ſubſultim* ingrediuntur; et in *Saltatoribus* ac *Saltatricibus*, qui ad Muſicam *ſaltando* ſeſe in *Saltatorio* Orbe verſant. *Comenius.*

Saltare Verbum *generale* eſt, quo omne genus *Saltationis* continetur; *Tripudiare* proprie eſt ter pede

pede in *ſaltando*, quantum per artem licet, terram ferire. Quod intelligit Horatius (i):

- - - *Nunc* pede libero
Pulſanda tellus. - - -

Et alibi (k):

Gaudet inuiſam pepuliſſe foſſor
Ter pede *terram*.

Hinc *Saltatum* et *Tripudium* ſeparat Liuius Lib. I. *Ferre ac per Vrbem ire cantantes Carmina cum* Tripudiis, *ſolennique* ſaltatu *iuſſit*.

(i) Lib. I. *Carmin*. Od. XXXVII. v. 1. ſeq.
(k) Lib III. *Carmin*. Od. XIIX. v. 15. ſeq.

Saluator et *Seruator*, vtpote *Graecae* Voci Σωτὴρ, et *Ebr*. IESVS reſpondentia Vocabula, quomodo inter ſe differant, docet *Balth. Meiſnerus* Diſp. VI. *Chriſtolog. Sac.* §. XI. atque *Iacobus Pontanus* in *Atticis Bellariis* Syntag. X. p. 612. ſeq. H.

Salubre ad Locum refertur et ad cibum; *Salutare* Conſilium eſt (l). Ita *Salubre* non nocet, *Salutare* prodeſt conſilio. *Corn. Fronto*.

(l) vel SALVBRE *Loci* eſt et *Perſonarum*; SALVTARE vero *Conſilii*.

Sanguis (m) eſt, dum manet in uenis: effuſus de corpore, *Cruor* dicitur. *Clarus*.

(m) (ruber quippe in *Animante* humor)

Sanguis in Corpore, *Cruor* effuſus; *Sanies* cruor putridus. H.

Sanies et *Tabum* coniunguntur a Virgilio Lib. 8. Aeneid. (n)

Digitized by Google

- - - Sanie Tabo*que fluentes*
Complexu in miſero, longa ſic morte necabat.

Ea quidem diſtinguuntur, vt SANIES de *Mortuo* dicatur; TABVM de *Viro.* Serv. Quam Differentiam refellit ille ipſe Virgilius, cum de *Mortuis* dicit Lib. 3. *Georgic.* (o)

Et genus omne neci Pecudum dedit, omne Ferarum,
Corripuitque Lacus, infecit pabula tabo.

Et Suetonius in Vitellio: *Abhorrentes quosdam cadauerum* tabum. Tacitus Lib. 2. Hiſtoriar. *Foedum atque atrox ſpectaculum intra 40. pugnae diem, lacera corpora, trunci artus, putres virorum equorumque formae, infeſta* tabo *humus, protritis arboribus atque frugibus, dira vaſtitas.* Verius ergo eſt, SANIEM eſſe *atrum Sanguinem*; TABVM eſſe *Liquorem* putridum, cuius appellatione interdum continetur omne id, quod ex *putreſcentibus* defluit. Vnde Virgilius apte dixit Lib. 3. Aeneid. *) v. 28. ſequ.

- *Huic atro linquuntur ſanguine guttae:*
Et terram tabo *maculant.* - - -

Lucanus Lib. 6.

Stillantis tabi' ſaniem, *viruſque coactum*
Suſtulit. - - - - -

Antiquus Poeta:

Saxa ſpargens tabo, ſanie *et ſanguine atro:*

(n) verſ. 487. ſeq.

(o) verſ. 480. ſeq. vbi poſteriore verſu Editio *Erythraei* Veneta et *Pauli Mautii* Antuerpienſis Plantina pro *corripuit,* CORRVPIT etiam ſat commode legunt.

Sanus

Sanus, qui ſaluus eſt (p); *Validus*, qui multum rerum neceſſariarum ad ſalutem habet: Donat.

(p) Sic *Sanitas* tum *Corporis*, tum *Animi* eſt. Sed praecipuam Elegantiam habet, cum ad *Animum* refertur. Exempla vid. apud *Doletum* loc. cit. fol. 148. fac. a. col. 2.

Sartrix, quae ſarcit; *Sarcinatrix*, quae ſarcinas ſeruat. *Corn. Fronto.*

Satiatus ventris, *Saturatus* animi. Corn. Front. R.

Satietas ad *omnes Senſus* pertinet; *Saturitas* ſaltem ad *Guſtum*. H.

Satio (q) ad *omnes Senſus*, et ad *Animum* quoque pertinet; *Saturo* magis ad *Corpus*. Cicero; Satiare *deſideria Naturae*. Hinc dicitur *Satietas* omnium rerum, vt Satietas *Hominum Aurium*, Satietas *Vitae*, *Prouinciae*, apud Ciceronem; *Saturitas* tantum earum rerum, quae ad *Victum* pertinent. Idem de Senectute: Saturitate *copiaque omnium rerum, quae ad victum* Hominum *et ad cultum etiam* Deorum *pertinent*.

(q) quod *proprie* idem eſt, ac *cibis impleo*. Ad *Animum* retulit *Cicero*, quando pro *Milone* Cap. XIIX. ſic dixit: *Sanguine et vulneribus ſuis crudeliſſimi Inimici mentem oculosque* ſatiauit.

Satisfacere (l. 9. §. 3. D. de Ping. Act.) eſt deſiderium *Creditoris* quocunque modo implere, et *Satisfactum* accipimus acceptilatione et iureiurando, et nuda conuentione, vel fideiuſſore, vel pignore, vel pretio aliquo dato; *Soluere* proprie eſt *pecuniam* pro eo, quod debetur, Creditori reddere. Hoc enim Verbo *Nummorum* numeratio,

Digitized by Google

vel alia naturalis eius, quod debetur, praeſtatio intelligitur (r). Pomponius Lib. 7. ex Plautio: *Si* ſoluerit, ſatisfecerit, *liber eſto. Non poteſt is ſeruus, niſi triennio praeterito liber eſſe, niſi praeſentem eam pecuniam* ſoluat *ac* ſatisfaciat. Idem ad Q. Mucium 31. l. 19. D. de Cont. Emt. *Quod vendidi, non aliter ſit accipientis, quam ſi aut pretium nobis* ſolutum *ſit, aut* ſatis *eo nomine* factum. Sed interdum *Soluere* latius patet, et *Solutionis* appellatione omnis liberatio quoquo modo facta, et qualiscunque *Satisfactio*, qua *Creditor* contentus fuerit, continetur, vt autor eſt Vlpianus L. 176. D. de Verb. Sign. Et *Satisfacere* eſt verbis excuſare; Et *Satisfactio*, excuſatio. Cicero Orat. Philippica 2. *Acceperam* Caeſaris *litteras, vt mihi* ſatisfieri *paterer a te.* Idem Trebatio: *Hic tu me etiam inſimulas, nec* Satisfactionem *meam accipis.*

(r) Conf. *Schardii* Lexicon Iuridicum. p. 835. col a.

Saturitas in cibo tantum dicitur, in caeteris vero *Satietas.* Soſipater. R.

Saxum eſt lapis durior aſperiorque, qui montibus exciditur (s); *Silex* eſt lapis minor et durus, ex quo ignis excuti poteſt. Cato in Q. Thermum: *Ego iam a principio in parſimonia, atque in duritia, atque induſtria omnem Adoleſcentiam meam abſtinui, agro colendo,* Saxis SABINIS, Silicibus *repaſtinandis atque conſerundis.* Lucretius Lib. 2.

In

Digitized by Google

In quo iam genere inprimis adamantina Saxa
Prima acie conſtant, ictus contemnere ſueta:
Et validi ſilices, *et duri robora ferri.*

Virg. (t).

Stabat acuta Silex *praeciſis vndique* Saxis.

(s) Sic *Saxes* Montibus internaſcuntur variae *ſaxatiles* (ſeu *ſaxetanae*) Herbae. Abi ad *Saxeta* in *ſaxoſis* Regionibus, videbis.

(t) Lib. VIII. *Aeneid.* v. 233.

Saxum naturale, *Lapis*, qui e ſaxo caeſus eſt. Corn. Front. R.

Sceleratus eſt, qui *Scelera* verſat animo, et opere perficit; *Sceleroſus*, qui multorum *Scelerum* autor damnatusue exiſtit; *Sceleſtus*, qui *Facinus* aliquod patrauit. Terent. in Eunuch.

Vbi ego illum ſceleroſum *atque impium inueniam?*

Varro de Lingua Lat. *Ante priuati huiusce* T. QVINTII TROGI ſceleroſi *Hominis oſtium canat.*

Sceleratus eſt contaminatus; *Sceleroſus* plenus ſcelere: *Sceleſtus* excogitat exitium. H.

Scelus omne eſt *Flagitium*, non vero contra: et minor in aliquo *Flagitio* culpa, quam in *Scelere*. Manut. *Scelus* τῷ oportet, *Neſas* τῷ licet reſpondet. Cic. Parad. 3. *Quicquid non oportet*, ſcelus *eſſe*, *quicquid non licet*, nefas *putare debemus*. R.

Scientia rei certa eſt; *Opinio* incerta. Itaque *Scire* et *Opinari* differunt, quod *Cicero* indicat pro

Digitized by Google

Archia his verbis: *Adeſt Vir ſumma autoritate et fide* Lucius Lucullus, *qui ſe non* opinari, *ſed* ſcire; *non audiuiſſe, ſed vidiſſe; non interſuiſſe ſed egiſſe dicit. Goclen.* H.

Sciens, qui alicuius indicio rem cognoſcit, *Prudens*, qui intelligentia ſua aliquid ſentit. Ergo *Prudens* per ſeſe, *Sciens* per alios. *Sciens*, qui ſcit, *Scitus*, qui ſcitur, vel feſtiuus. Corn. Front. *Scius* ſecum, *Conſcius* cum alio ſcius eſt: licet *Conſcium* indifferenter legerimus. R.

Scimus, quod certum eſt, *Noſcimus*, quae adhuc incerta, deſideramus. Donat. Terent. in Andr. *nam qui* ſcire *poſſis, aut ingenium* noſcere? *Reſcimus* occulta. Donat *Scimus*, quae ad nos deferuntur *Scire* minus eſt, *in memoria habere* plus eſt. Nam quae *ſcimus*, poſſumus obliuiſci, quae vero *memoriae commendamus*, nunquam amittimus. Donat. R.

Scintilla eſt ſilicis caeſi, caret igne *Fauilla*. R.

Sciſcere et *Iubere* ſunt *ſuffragio* aliquid *probare* aut *improbare*. Sed *ſciſcit* plebs; (vnde appellata ſunt *plebiſcita*) Populus vero *iubet*. Quamuis etiam Plebs *iubere* dicatur; Inde *Scita* et *Iuſſa* appellata ſunt. Goclen. H.

Scitum dicunt, quod placent: *Inſcitum*, quod diſplicet. Donat. R.

Scorpio bellica Res eſt (u); *Scorpius* Animal. *Clarus*.

(u) ſeu

Digitized by Google

(u) ſeu *Machinula militaris*, quae paruis ſpiculis infert mortem.

Scribit, qui verba adhibet tantum, *Facit*, qui etiam argumentum componit. Donat. R.

Scrutatur in te ille, qui intercipit quaedam Secreta: *Quaerere* duo ſignificat, vel quod *abeſt*, vel quod ad *Patrimonium* pertinet. *Corn. Fronto.*

Scrutor profundum; *Sciſcitor* ſciendi; *Percunctor* arguendi cauſa. H.

Se ſimplex ponitur, cum aliquis ſe in *alium* quid feciſſe fatetur; *Seſe* geminatum, cum in *ſeipſum*, vti *Caeſar* Lib. 2. de *Analogia* praecepit, autore *Seruio*. H.

Sebum et *Vnguentum* habet hanc diuerſitatem. *Sebum* fit ex adipe ruminantium. Non. R.

Seceſſio idem eſt, quod *Seditio* eſſe poteſt; Sed non *Seditio*, *Seceſſio*. *Seditio* enim eſt, cum *Plebeii* et *Patricii* in Vrbe aliqua ita *diſſentiunt*, vt Pars eorum mixta in vtrisque Partibus *Plebeii* et *Patricii* mixti. In *Seceſſione* autem altera Pars diuiditur et *ſecedit* ab altera: atque in vna parte tantum *Plebeii* ſunt, in altera *Patricii*. Vocatur etiam *Seceſſio* motus ciuium aliquid probabili cauſa petentium, nec inferentium bellum. Goclenius. H.

Securus et *Tutus* ita: Ne ſit *ſecurus*, qui non eſt *tutus* ab hoſte. R.

Secus, *Secius* et *Sequius* nonnulli ita diſtinguunt, vt *Secus* ſignificet aliter, vel male (x);

Digitized by Google

Secius minus; *Sequius* deterius, aut peius. Suetonius in Tiberio: *Multi etiam* ſecus *admiſſa in Rempublicam exſtant.* Tacitus: *Interrogatus a Conſule, quid de his cenſeret, quae de Matre eius locuta* ſecus *argueretur, reticuit.* Virgil. Aeneid. 5. *) v. 862.

Currit inter tutum non ſecius *aequore claſſis.*

Varro in Tanaquil. *Non modo abſens quidquam de te* ſequius *cogitabit, ſed etiam ruminabatur humanitatem.* Liuius Lib. 1. *Inuitus, quod* ſequius *ſit, de meis ciuibus loquar.* Mihi videtur, illa duo *Secius* et *Sequius* omnino eadem eſſe, nec magis differre, quam *Arcus* et *Arquus*, *Oculus* et *Oquulus*, de quibus *Libro primo* dixi.

(x) Sic SECVS decurſum aquarum feruntur *Salices*; SECVS ac *Iuniperi*, qui *ſicco* gaudent. *Comenius.*

Segnitia † eſt tarditas (y); *Socordia* eſt remiſſio. ILLA corporis; HAEC animi. Plautus in Aſinaria:

Quin tu Socordiam *omnem reiicere, et* Segnitiem *amoue.*

Terent. in Andria;

Enimuero, Daue, *nihil loci eſt* Segnitiae *atque* Socordiae.

Vbi Donatus: Segnitiae *ad agendum*; Socordiae *ad conſiderandum.* Liuius Lib. 1. *Iam* ſegnius ſocordiusque *oppugnabant.*

† *Segnitia* ad agendum, *Socordia* ad conſiderandum. Donat. R.

(y) Sic

(y) Sic *Segnis* omnia agit *Segniter*, qui aliter agere *Segnitie* prohibetur.

Segregari dicitur quis a meretrice, *Seiungi* ab vxore. Donat. R.

Sementis eſt ipſa Satio; *Seges* nondum demeſſa; *Fruges* fructus *Terrae* et *Arborum*. H.

Seminarium eſt, vbi ſeminantur arbores, *Arbuſtum* locus, quo transferuntur iam grandiuſculae factae. Chriſtoph. in Virg. E. 3. R.

Sempiternum ad DEOS pertinet; *Perpetuum* proprie ad *Homines* (z). Donat.

(z) Caeterum *Perpetuum* eſt, quod intermiſſione; *Sempiternum* autem atque *Aeternum*, quod fine caret. Goclen.

Senatores erant actu tales, ad *Ordinem Senatorium* pertinebant etiam filii Senatorum et familia. R.

Senatus conſultum et *Senatus auctoritas*. Vid. Acron. Tom. II. p. 167. R.

Senes appellantur, qui vſque ad ſenilem Aetatem peruenerunt; *Veteres*, qui ſuperioribus temporibus vixerunt. Sunt aetate *Senes*, *Veteres* vixere priores. Ita *Senes* ſunt, *Veteres* fuerunt. Aliquando tamen *Veteres* dicuntur *Senes*, vt VETVLVM pro *Sene* dici, notiſſimum eſt. Terent. in Eunucho:

Hic eſt vetus, *vietus*, *veternoſus* Senex.

Lucilius Lib. 14. Satyr. (aa)

Nam vetus *ille* Cato *dignum quemcunque laceſſit*;

 Varro

Varro in Baiis: *Quod non ſolum* Innubae *fiunt communes, ſed etiam* Veteres *puellaſcunt et multi* Pueri *puellaſcunt.* Antiqua Inſcriptio: ARVNCITANI VETERES ET IVVENES OPT. CIVIL. Alia: ARBOCRISENSES IVVENES ET VETERES STATVAM IN FORO POSVERE.

(aa) p. 169. vbi ex *Capro*, quem *Priſcianus* Lib. 10. in Verbo LACESSO citauit, ſic allegata ſunt inuenienda: *Nam* vetus *ille* CATO *laceſſiſſe appellari, quod conſcius ipſe non erat tibi.*

Senſus ſunt, qui ſentiunt, vt, Guſtus, Tactus, *Senſa* ſunt, quae ſentiuntur, velut obiecta *Senſus*, et Concepta *Mentis*. Cicero de Oratore: *Et quod exprimere dicendo* Senſa *poſſumus.* Interdum tamen *Senſus* accipitur pro *Sententia*, *Ratione* et *Voluntate*. Lucret. Lib. 2.

Quod mouet, et varios Senſus *expromere cogit.*

Liuius Lib. 1.

Vt elicere omnia Arcana, ſpeculárique abditor eius
Senſus *poſſent.*

Sequeſtres ſunt, apud quos pecunia deponitur. *Interpretes*, per quos inducitur pactio. Pedian. R.

Sequimur Pedibus; *Imitamur* Moribus; *Aſſequimur* Studio. Alias: *Sequimur* Veſtigia; *Imitamur* Mores. H.

Sermo omnium gentium eſt, *Loquela* cuiusque gentis dialectus propria. Corn. Front. R.

Sertum

Sertum et *Serta*, cum nihil adiicimus, dicitur, vt:

- - - Sertisque *recentibus halant.*

Et:

Serta *procul tantum capiti delapſa iacebant.*

Si autem *Sertos* dixero, addo Flores; Si *Sertas*, addo coronas (bb); vt Lucanus:

Accipiant Sertas *nardo florente coronas.*

(bb) Notandum autem, quod SERTVM *Gen. Neutr. Coronam* quoque, ſiue *Corallam* ſignificet, h. e. circularem textum eorum Florum, qui *capiti redimendo* apti ſunt ac deſtinati. Leg. *Paſchalii* Lib I. de *Coronis*, Cap. XII. p. 35. ſeq.

Seruire et *Seruum* eſſe ſeparat Quintilianus Lib. 5. ita, vt SERVIRE *latius* pateat. Nam ſeruiunt *etiam Famulus*, *Addictus* et *Nexus*, *licet liberi*; Seruus *eſt is ſolum*, *qui ſeruilis conditionis eſt.*

Seruitus eſt ſub Domino: *Seruitium* patientia Serui facit.

Seruitus † eſt Neceſſitas; *Seruitium* eſt multitudo Seruorum. H.

† *Seruitium*, multitudo eſt Seruorum. *Seruitus* conditio ſeruiendi: Sed veteres indifferenter *ſeruitium* et pro *ſeruitute* poſuerunt. Virg. Aen. lib. 3.

Seruitio *enixe tulimus.* Fl. Soſipp. R.

Seruo, *Aſſeruo*, *Reſeruo* idem eſt, ac in *Tempus futurum* aliquid repono; *Conſeruo* eſt praeſentem *Statum* continuo; ſed *Retineo* eſt *non dimitto.* H.

Serum ad Negotium pertinet; *Sero* ad Tempus (cc). Corn. Front.

(cc) Sic

(cc) Sic *ſera* Dei pars *Serum* eſt; ſed *Sero* maturescens fructus eſt *ſerotinus*.

Seſtertius dicitur quarta pars *Denarii*. Itaque cum DENARIVS *Decuſſi*, id eſt, decem *Aſſibus* aeſtimabatur, tum *Seſtertius* duobus *Aſſibus* et *Semiſſe* permutabatur. At cum ſedecim *Aſſibus* DENARIVS aeſtimatus eſt, tum *Seſtertius* quatuor *Aſſes* valuit, autore Plinio Lib. 33. *Seſtertium* valet mille *Seſtertiis* Nummis, ſuntque idem *mille Nummi* et *Seſtertium*, vt quod Varro Lib. 3. de Re Ruſtic. ſcribit. *Mulum emtum octo* SESTERTIIS; hoc *octo millibus Nummum* dixit Macrobius in Saturnal. et quod Tacitus in Annal. Lib. II. *Capiendis pecuniis poſuit modum vſque ad dena* SESTERTIA, hoc Plinius Lib. 5. Epiſtolar. *Peractis tamen negotiis permittebantur pecuniam duntaxat decem millium dare.*

Seueritas Autoritatis eſt; *Accuratio* Sollicitudinis; *Diligentia* Laboris. Goclen. H.

Sic ad Exemplum; *Ita* ad Rationem *communiter* refertur. H.

Sidus † eſt Signum fixum, in quo plures *Stellae* inſidunt, vt *Aries*, *Taurus*, *Perſeus*, *Andromeda*, et ſi quod aliud *Nota*, aut *Forma* aliqua in Coelum receptum eſt. *Stella* eſt erratica, et ſola fertur, non admiſtis aliis *Stellis*, vt *Lucifer*, *Vergiliae*, *Veſperugo* et reliquae omnes toto Caelo ſparſae. Cicero Lib. 6. de Republica: *Hisque animus datus eſt ex illis ſempiternis ignibus, quae* Sidera *et* Stellas *vocatis*. Lucretius Lib. 2.

Non

Digitized by Google

Non cadere interram Stellas *et* Sidera *cernis*.

Quanquam interdum SIDVS pro *Sole* et *Luna*, aliquando (ſed fere Numero *Multitudinis*) pro *Stella* vſurpant Cicero, Quintilianus, et Poetae; vt quod dixit Lucretius: Sideribus *fixum Coelum*; Hoc Virgilius (dd): *Coelum* Stellis *ardentibus aptum*. Sed STELLA pro *Sidere*, ſiue *Signo*, apud nullos Autores reperitur. Itaque vera et perpetua eſt illa Differentia, quam poſuimus; etſi *Valla* aliter ſentiat.

† *Signa* dicuntur eadem et *ſidera*. *Signa*, quod aliquid ſignificant vt: libra, aequinoctium. *Sidera*, quae inſidiantur, atque ita ſignificant aliquid in terris perurendo. Varro. R.

(dd) Lib. IV. *Aeneid.* v. 481. ſeq. et Lib. VI. v. 796. ſeq. vbi verba, (vt et loc. priore) *proprie* ſic ſonant:

- - - - - - - *Coelifer* Atlas
Axem humero torquet, Stellis *ardentibus aptum*.

Sidus non ſine Aſtris; *Aſtra* non ſine Sidere. H.

Signum et *Statua* ita differunt, vt *Genus* et *Species*. Nam SIGNVM eſt exemplum et DEI, et *Hominis*, et *Bruti*; STATVA eſt DEI tantum, et *Hominis*. Ita *Statua* omnis Signum eſt, non *contra*. Et STATVA ponitur in *Foro*, aut in alio *publico* et *conſpicuo Loco*; SIGNVM in *Templis*, vel *Aedibus priuatis*, Cato in Oratione: *Vti praeda in publicum referatur*, *Miror audere atque Religionem non tenere*. Statuas DEORVM *exempla earum facierum*, Signa *Domi pro ſupellectile ſtatuere*. Praeterea SIGNVM interdum dimidiam habet eminentiam, et haeret in ipſa *Materia*, in qua vel inciſum eſt, vt in *Gemma*; vel incruſtatum,

ſtatum, aut affixum, vt in *Vaſe Coelato*, vel intextum, vt in *Veſte*. Virgil. Lib. 1. Aeneid. v. 652.

. . . *Pallam* ſignis *auroque rigentem;*

STATVA vero integra vndique et ſolida prominet, nec *Materiae*, vnde facta eſt, inhaeret.

(ee) Vid. *Emundi Figrelii* Liber ſingularis de STATVIS *Illuſtrium Romanor.* Cap. XXIII. p. 199. ſeq.

Signa et *Vexilla* ſaepe iungunt *Hiſtorici*, inter quae hoc intereſt, quod *Signa* erant oblongae Haſtae, in quarum ſummitate breue trasverſim affixum lignum ad formam Crucis cum titulo *Cohortis*, vt Cohort. 1. aut 2. (ff) *Vexilla* erant parua vela. ILLA habebant Caeſarum ex auro argentoue *Imagines* innexás a ſummo ad medium; HAEC quoque eorum *Nòmina* praeferebant. Suetonius in Nerone: *Inter* Signa *militaria*, *atque* Vexilla. Idem in Veſpaſiano: *Nomenque eius* Vexillis *omnibus ſine mora inſcripſerunt.* Tacitus Lib. I. Hiſtoriar. *Medium inter* Signa OTTHONEM Vexillis *circumdarent.* Idem Lib. 2. *Correptis* Signis Vexilliſ*que ruere.* Hinc manarunt elegantes et vſitatae Locutiones, *Signa mouere*, *Signa inferre*, *concurrere infeſtis Signis*, *ſub* Signis *ducere*, *habere*; item *Vexillum flagitare*, pro *Velle exautorari*, *ad Vexillum ducere*, *ſub Vexillo retineri*, id eſt, *exautoratum eſſe*; quae legenti Libros Hiſtoricorum occurrunt.

(ff) Ideoque dicuntur in *ſpecie* SIGNA MILITARIA, quando nempe eriguntur, et a *Signiferis* geſtantur, propugnanda ab *Anteſignanis*. In *genere* autem dicuntur SIGNA *Notae rei arte* curioſe *inditae*.

Silere

Digitized by Google

Silere † proprie eſt eorum, qui iam *loqui* coeperunt (gg); *Tacere* eſt et loquentium, et non loquentium. Plautus in Poenulo: Sileteque *et* tacete, *atque animum aduertite.* Cicero pro Sylla: *Cum caeteri de nobis* ſilent, *non etiam noſmet ipſi* tacemus. Confunduntur tamen interdum, vt quam Catullus *Tacentem Noctem*, eandem Virgil. (hh) *Silentem* dixit. Et idem rurſus (ii).

- - Tacitae *per amica* ſilentia *Noctis.*

† *Silet*, cuius loquentis ſermo comprimitur, ab ipſa ſignificatione litterae, S. *Tacet*, qui ne loqui quidem coepit. Cornel. Front. R.

(gg) Aliis *Silere* idem eſt, ac *nihil ſoni edere.* Illud enim *ſilet*, quod nihil ſonat; *Sileſcit* autem, quod *ſonare* deſinit, vt fiat *ſilentium.*

(hh) Lib. IV. *Aeneid.* v. 527. e Lib. VII. *Aeneid.* v. 90. 102. et ſequ.

(i) Lib. II. *Aen.* v. 255. vbi pro *Noctis* Voce Vox LVNAE in *plurimis Editionibus* nequaquam inique eſt ſubſtituta.

Silices erant lapides quadrati, (*Quater*-Stücken) quibus apte iunctis viae Romanae ſternebantur, *Glareae*, lapiduli erant, quibus terrae foſſae implebantur. Tibull. I. 8. 57.

Namque opibus congeſta tuis hic glarea *dura*
Sternitur, *hic apta iungitur arte* ſilex.

Acerr. T. II. p. 853. R.

Simul † notat coniunctionem Temporis (k); *Vna* coniunctionem Loci. Vnde dicuntur SIMVL *fuiſſe*, qui eodem tempore fuerunt; VNA, qui in eodem Loco. Cic. ad Marium: *Proxime fuimus* vna.

† Simul

Digitized by Google

† *Simul* locum demonſtrat, *Vna* congregationem. Cornel. Front R.

(kk) Interdum etiam denotat idem, ac *ſimili ratione*, *Vna* atque *coniunctim.*

S*imulare* † eſt referre et effingere id, quod eſt: *Diſſimulare* eſt *artificioſe* et *aſtute* aliquid celare, ne intelligatur (ll), Itaque *Diſſimulamus*, quae ſunt; *Simulamus*, quae non ſunt. Cic. Lib. 1. Officicior. *Quaedam* ſimulabit, *aut* diſſimulabit *Vir bonus.* Salluſt. in Catilina: *Cuiuslibet rei* ſimulator *et* diſſimulator. Arnobius Lib. 2. Simulare *in hominibus diſcerent*, diſſimulare, *mentiri.*

† *Simulare* eſt fingere ſcire, quae neſcias: *diſſimulare* fingere neſcire, quae ſcias. Non. *Diſſimulamus* nota, *ſimulamus* ignota. *Diſſimulamus*, quod ſumus, *ſimulamus*, quod non ſumus. Seru. R.

(ll) ſeu ea, quae ſunt, non *aperte* prodere, *Inſimulare* autem eſt per *ſimulationem* criminari.

S*ingulare* in *ſuo genere* eſt vnicum, *Eximium* eſt praeſtantius, inter multa genera. Goclen. H.

S*inum* dicimus exterius expanſum receptaculum: *Gremium* veſtis receptaculum, interius iacens ſecretum. Virg.

> *Pandentemque* ſinus *et tota veſte vocantem*
> *Coeruleum in gremium.*

Gremium autem dicitur a contrario, ab ingreſſu difficili. Agraet. R.

S*inus* eſt genus *Vaſis*, quod cum ſignificatur, ſi producitur; cum *Gremium* ſignificamus, ſi corripitur. *Seruius.*

Sinus

Sinus eſt Vas fictile ventroſum, *Sinus* eſt laxitas veſtimenti ſupra *cingulum*, cui indimus aliquid. H.

Sobrini ex duabus Sororibus (mm); *Conſobrini* ex Fratre et Sorore, cum ex fratribus *Patrueles* dicuntur. *Donatus.* H.

(mm) ſeu *Sobrini* ſunt *duarum Sororum* Filii; *Conſobrini* ex *Sobrinis* nati. Goclen.

Socius differt a *participe*. *Particeps* eſt, qui certam habet partem, non diuiſe agit, vt *ſocius*. Paedian. R.

Societas in *vtramque ſumitur* partem; *Coniuratio* in *malam*. Goclen. H.

Sollicitudo eſt, quae inhaeret mentibus, *Sollicitatio*, quae ab alio fit. *Sollicitudo* rerum incertarum magis eſt. Donat. R.

Solus eſt relictus; *Vnus* ex multis; *Vnicus* inopia aliorum; *Solitarius* ſemper ſine aliis. H.

Soluere ALICVI eſt ſatisfacere; *Soluere* ALIQVEM eſt liberare. H.

Somnus eſt (nn) naturalis et placidus; *Sopor* eſt profundus, et plerumque noxius, vt *Temulentorum*, *Feſſorum*, et *Aegrotorum*. M. Coelius in Anton. *Namque ipſum offendunt temulento Sopore profligatum.* Idem ibidem *Semiſomno Sopo*ter *manum Centurionum Concubinarumque iactabatur*. Plinius: *Curandum*, *ne* Somnus SOPOR fiat.

(nn) (*Senſuum* quies, et quidem)

 Sor-

Digitized by Google

Sordidus eſt, qui *ſordibus*, vel *illuuie* ſquallet, vt *Diſſolutus*, aut *Auarus*; *Sordidatus* eſt, qui *ſordida veſte*, et *obſoleta* amictus eſt, vt *Reus*. Ille *Natura*, vel *Inſtituto*; HIC *Neceſſitate* fit (oo). Terent. in Heautontimor. *Scin hanc, quam dicit* ſordidatam, *et* ſordidam.

(oo) Vnde SORDIDVM *Natura*; SORDIDATVM autem ſordidum *factum dicitur*.

Sortem in naſcendo, *Induſtriam* in faciendo eſſe, veteres dicebant. Terent in Adelph.

Ego profecto ingenio egregie ad miſeriam natus *ſum*.

Cic. 3. Verrin. *homo* factus *ad iſtius libidines*. Paedian. R.

Species diuiſio eſt generis; *Specialitas* ficta eſt ab Antonio (Guiphone) Grammatico; *Specietas* qualitatis. Corn. Front. R.

Species rerum praeſentium eſt, quod quaſi aſpicitur, *Fama* rerum abſentium. Seru. R.

Spectacula loca ſunt, vnde ſpectamus, *Spectamenta*, quae ſpectantur. Corn. Front. R.

Speculator in malam; *Legatus* in bonam partem ſumitur. Siue *Speculatoris* (i. e. *Exploratoris* alienorum conſiliorum) nomen eſt infame; *Legati* honorificum. Goclen. H.

Speculum eſt, quo ora ac imagines Animantium Rerumque redduntur; *Specularium* eſt, quod lumen tranſmittit, et transfundit in aedes, vt hodie

per

Digitized by Google

per *Vitreamina* et *Chartacea* ſit; ſic dictum, quod olim fiebat ex *lapide ſpeculari*, quem *Hiſpania* dabat, qui *vitri* modo perlucidus in quaslibet tenues cruſtas findebatur, vt tradit Plin. Lib. 6. Seneca ad Lucilium: *Quaedam noſtra demum memoria prodiiſſe ſcimus, vt* Speculariorum *vſum, perlucente teſta, clarum transmittentium lumen. Specula*,(quando ſpeculationem ſignificamus, generis eſt foeminini. Seru.) ſignificat Locum, ex quo deſpicimus. Virg. Lib. X. *Aeneid.* (pp).

- *Vtque Leo*, ſpecula *cum vidit ab alta* etc.

Martialis Lib. VIII. Epigrammat. *) XIV. v. 3. ſequ.

Hibernis obiecta nothis. ſpecularia *puros*
Admittunt ſoles, *et ſine luce* (qq) *diem*.

(pp) v. 454. Conf. Lib. III. *Aeneid.* v. 239. ſequ.

(qq) Heic legit Editio *Langiana* pro *ſine luce*, nequaquam inique SINE FECE.

Sperata Sponſa dicitur, quae nondum petita eſt; dehinc dicta Pacta, *Promiſſa* dicitur. Nonius. Plaut. in Amphitr.

Amphitruo vxorem ſalutat laetus ſperatam *ſuam*.

Virg. Lib. II. Aeneid. *) v. 678.

- - *Coniunx quondam tua* dicta *relinquor*.

Idem (rr):

- - - *Gremiis abducere* pactas.

(rr) Lib. X. *Aeneid.* verſ. 79.

Spinus Maſculino genere *Prunorum Arbor* vocatur; *Spina* vero Foem. *Sentes*. Seruius.

Digitized by Google

Spirare viuentis eſt, *Expirare* mortui. Agraer. R.

Spiritus plus ſignificatur dicendo, quam ſi *Animoſitas Contentio*ue diceretur. Paedian. R.

Splendet artificio, vt aurum, argentum, *Fulget* natura, vt ignis, ſol. Corn. Front. R.

Spolia quaeſita de viuo hoſte nobili per deditionem. *Manubias* veteres dicebant, et erat imperatorum haec praeda, ex qua, quod vellent, facerent. R.

Spoliare eſt non minimam partem auferre, *Mutilare*, aliquid detrahere, ſine quo res eſſe non poſſit, vnde *mutili* dicti ſunt boues, aut capri ſine cornibus. *Lacerare* cum omnino non habeas, quod imminuas. Donat. R.

Spondere et *Deſpondere* ita diſtinguit *Donatus* Comment. in *Terent.* vt *ſpondeat* PVELLAE Pater, *deſpondeat* ADOLESCENS, vt: *Deſpondeat* Puellam, qui petit; *Spondeat* autem, a quo petitur. Sed vbique haec *Donati* Differentia non obſeruatur. Illud tamen obſeruari ſolet, vt *Spondere*, vel *Deſpondere* Puellam, non *Adoleſcentem* dicamus. Sibi quoque *Adoleſcens* vxorem *deſpondere* dicitur. Leg. *Goclenii L. L. Obſeruationes* p. 248. H.

Sponte facere et inuite facere inter ſe opponuntur. *Vltro* facit vero, qui non expectat, dum rogetur aut admoneatur, aut prouocetur, vt faciat. Praeterea *Sponte* etiam locum habet in rebus

bus inanimis, vt cum dicimus, corpora grauia ſua *ſponte* deorſum ferri, *vltro* vero tantum in rebus animatis, atque adeo in his, quae rationis ſunt participes. R.

Squallens, ſplendens ſignificat, quod a *ſquammis* venit, vt:

- - - ſquammis *auroque trilicem.*

Nam a *ſquallore* ſordidum ſignificat, vt *ſquallentem* barbam. Soſip. R.

Statura ſignificat Corporis quantitatem, vt Statura eminens, breuis: *Status* † eſt Corporis habitus, diſpoſitio et σχῆμα,' Terent. in Eunuch. *videre nimium vellem, quis eſſet* Status? Donat.

† *Status* eſt circa geſtum ſitumque membrorum, *figura* circa ornatum et habitum veſtis, inſignium et armorum. Paedian. R.

Stillare, eſt guttas emittere ex corpore, *Extillare*, ipſum corpus guttatim finire. Donat. R.

Stimulamur inuiti; *Excitamur* etiam vltro. Goclen. H.

Stirps in ſignificatione generis et ſobolis, foeminino genere dicitur, vt ait Virgil. heu *ſtirpem* inuiſam: ſed cum arborem et materiam ſignificat, maſculino, modo *ſtirpem* rectum. Idem Virg.

Sed ſtirpem *Teucri nullo diſcrimine ſacrum*
Suſtulerunt.

Soſipat. R.

Stolidus ſignificat hebetem, agreſtem, aut ineptum; *Vanus* eſt leuis, inconſtans atque fallax.

Digitized by Google

Salluſt. Lib. 1. Hiſt. *At* Cn. Lentulus *patritiae Gentis, Collega eius, cui cognomentum Clodiano fuit, per incertum* ſtolidior, *an* vanior. Lucret. Lib. 1.

Sed vanus STOLIDIS *haec omnia finxerit error.*

Tacitus Lib. 2. Annal. *Inerant et alia huiusmodi* ſtolida, *ac* vana. Gellius Lib. 18. tradit: Stolidos *vocari non tam ſtultos et excordes, quam tetros et moleſtos, et illepidos, quos* Graeci μοχϑηρὲς καὶ Φορτικὲς *dicunt;* Vanos *autem eſſe mendaces et infidos et leuia, inaniaque pro grauibus et veris aſtutiſſime componentes.* Atque ita *Salluſtium* his vocibus vſum. Quod mihi quidem non videtur. Neque enim *Salluſtius* notauit LENTVLVM, vt *moroſum* pariter et *mendacem*, ſed vt *ineptum*, et *impetu* magis, quam *ratione* vtentem, tum etiam *leuem*, et *inconſtantem*, ſicuti Liuius dixit Lib. 3. *Leuius enim* vaniusque *profecto eſt ſua* Decreta *et* Conſulta *tollere, quam aliorum.*

Stolidus eſt ad naturam Brutorum; *Stultus* † imprudens; *Fatuus*, qui nihil ſapit. H.

† *Stultus*, hebetior corde, ſicut quidam ait: ego me ipſum *ſtultum* etiam exiſtimo, *fatuum* eſſe non opinor, h. e. obtuſis quidem ſenſibus, non tamen nullis. Plaut. Bacch. 5. 1. v. 2. Iſiodorus lib. X. R.

Stipendium a *Tributo* ita differt, vt *Species* a GENERE. Nam *Stipendium* proprie eſt (ss), quod confertur in mercedem Militum; *Tributum* autem eſt, quod in quemcunque vſum Reipublicae tribuitur. Ita omne *Stipendium* eſt TRIBVTVM, non contra. Quod ſenſit Pomponius Iuris-

Digitized by Google

Iuriſconſultus l. 27. D. de Verb. Sign. cum *Stipendium* etiam *Tributum* appellari, ait. Sed ab Imperio AVGVSTI, qui cum Populo Prouincias eſt partitus, coepit alia harum Vocum Differentia, atque eadem fere, quae *Aerarii* et *Fiſci*. Quippe *Stipendium* dictum, quod Bello victae Prouinciae *Caeſari* quotannis pendebant; *Tributum*, quod Populi in *Aerarium* inferebant. Vnde *Praedia* alia *ſtipendiaria*, alia *tributaria*, Autore Theophilo. Paulus Iuriſconſultus Lib. 13. D. de Impen. in Red. *Neque* Stipendium, *neque* Tributum *ob dotalem fundum praeſtita*. Vlpian. ad Sabin. 17. *Quoniam et alia onera adnoſcit vſu fructu legato*, *vtputa* Stipendium, *vel* Tributum, *vel* Salarium.

(ss.) (pecuniaria *Militum* merces, ſeu)

Strabo oculos diſtortos habet, *Luſcus* vno captus eſt oculo. *Goclenius*. loc. cit. H.

Studium animi eſt; *Diſciplina* artis. Corn. Front. R.

Stupor eſt Stultitiae; *Furor* Inſaniae. *Furor* eſt maius; *Stupor* minus. Deinde *Stupor* eſt in intelligendo et in re cognita; *Impudentia* poſt rem cognitam abiectus Pudor. Denique *Stupor* eſt Inclinatio et minus; *Stupiditas* eſt Habitus et maius. Goclen. H.

Stuprum in Virginem et Viduam; *Adulterium* in Nuptam; *Inceſtus* in Conſanguineas et Sacras. H.

Suademus Facilia; *Perſuademus* Difficilia, *Suadere* Facientis eſt; *Perſuadere* Perficientis. Don. H.

Sub, nonnunquam pro *clam* ponitur. Vt: ſubripuit, clam rapuit: aut fere notat *aliquid* ſubditum: *In*, aut intus ſignificat aut minus, aut valde, et in compoſitione pro *non* ponitur, vt: indoctus. Corn. Front. R.

Subduci dicuntur, quae nolumus amittere, *Supponi*, quae non deſideramus. Donat. *Subducimus* et quae retro ſubtrahimus, et quae in promptu offerimus bello. Salluſt. *Catilina optimum quemque in primam aciem* ſubduxit. Agraet. R.

Subſidium, quod ſubeſt deficientibus: *Praeſidium* imponitur: *Auxilium* repentinum eſt. Ita *ſubſidium* ad ſecundos caſus praeparatur: *praeſidium* ad cuſtodiam collocatur: *auxilium*, vt proſit, ex inſperato venit. Corn. Front. R.

Suffragia populi, et quae honorant, dicuntur, et quae donantur. Cic. de praefectura vrbana: *iſtum vix vllis populi* ſuffragiis *redimere potui.* Agraet. R.

Sumimus, quae poſita ſunt; *Accipimus*, quae porriguntur. *Corn. Fronto.*

Super eſt, quod eminet; *Supra*, quod ſubſtratum aliquid habet; *Subter*, quod a re aliqua ſuperiori premitur et conculcatur; *Subtus*, quod demiſſum altius non contingitur. *Agraetius.*

Super notat Continuum, eique reſpondet SVBTER;

Digitized by Google

TER; *Supra* † notat interiectum Spatium, eique reſpondet INTRA. H.

† *Supra* de re et loco, *antea* de tempore.

Superbia eſt a *ſuper* habendo, et eſt *proprie* ſupergradiens Mentis elatio; *Arrogantia* autem etiam in *Pauperem* cadit. Corn. Fr. H.

Superuacaneum eſt, quod non neceſſarium eſt; *Superuacuum* eſt, quod abundat et ſuperfluit. Salluſt. in Catilina: *Illis* ſuperuacaneum *eſt* pro *potentia Paucorum pugnare.* Quod ſumpſit a *Demoſthene*, qui in *Oratione* περὶ στεφάνου ait: οὗτος δὲ ἐκ περιουσίας μου κατηγορεῖ h. e. *Huic autem* ſuperuacaneum *eſt me accuſare.* Gellius Lib. I. *Quod* ſuperuacaneum *eſſet, ac non neceſſarium.* Et mox: *Supereſſe alias dixiſſe pro ſuperfluenti, et* ſuperuacuo.

Supplicia de tormentis dicimus: *Supplicationes* de precibus diuinis. Agraet. R.

Supremus, *ſummus* et *vltimus*, et ſuperiorem et inferiorem ſignificat. Agraet. R.

Suſpicax arguit; *Suſpicioſus* recipit. Corn. Front. H.

Sylua Generale eſt; *Saltus* Sylua denſa; *Lucus* DIIS ſacra. Vid. ſupra. H.

Symbola eſt collatio eraniſtae ad conuiuium: quiſque enim, quod ad manum erat, conferebat: mutato vero genere *Symbolum* vocabant annulum, vel quiduis aliud, arrhae loco ſolitum dari ei ſo-

Digitized by Google

dalium, qui iubebatur coenam parare. Caſaubon. Animaduerſ. in Athenae. Lib. 3. c. 31. quid vero eſt *Symbolus?* etc. Front. R.

T.

Tabularium (Leg. 92. D. de Legat. 3.) eſt publicum; *Tablinum* priuatum. Nam *Tabularium* erat (tt) Locus publicus adſeruandis *Inſtrumentis* et *Tabulis*, in quibus omnia *Praedia*, *Paſcua*, *Vectigalia*, *Portoria*, *Redemptionesque Publicanorum* perſcripta erant: *Tablinum* vero erat Locus in Aedilibus proxime Atrium, in quo veteres *Romani* coenabant, et *Tabulas* Rationum ſuarum reponebant (uu). Varro Lib. 1. de Vita Populi Rom. *Ad* Focum *hyeme ac frigoribus coenitabant, aeſtiuo tempore in* propatulo, R*ure in* Corte, *in Vrbe in* Tablino, *quod* Menianum *poſſumus intelligere*, Tabulis *fabricatum.* Plinius Lib. 35. Tablina *Codicibus implebantur, et monumentis rerum in Magiſtratu geſtarum*, Virg. Lib. 2. *Georg.* *) v. 502.

Inſanumque forum, aut Populi Tabularia *vidit.*

Liu. Lib. 43. *Cenſores extemplo in Atrium Libertatis adſcenderunt; et ibi ſignatis tabellis publicis, clauſoque* tabulario *et dimiſſis publicis ſeruis.* Vetus Inſcriptio: C. CALPETANVS STATIVS SEX. METRONIVS M. PERPENNA LVRCO P. SARTIVS DECIANVS CVRATORES TABVLARIOR. PVBLICORVM FAC. CVR.

(tt) Re-

(tt) (Repoſitorium *Inſtrumentorum* et *Litterarum*, ſeu)

(uu) Quid autem proprie *Tabuluſtrum*, ſeu rectius, *Tubiluſtrium* ſit, docet *Varro* Lib. V. de *L. L.* p. 49.

Tacere, *Reticere* et *Obticere* hoc differunt, quod *Tacemus* Conſilia, *Reticemus* Dolores; *Obticemus*, quorum nos pudet. Terent. in Heautontimor. *Ne retice, ne verere, crede, inquam, mihi.* Idem in Eunucho: *Virgo conciſſa veſte lacrumans* obticet. Donat.

Tacet, qui deſinit; *Silet*, qui nondum coepit loqui. H.

Taciturnus eſt; qui facile tacet; *Tacitus* argutus etiam, qui poteſt aliquando tacere (xx). *Nonius.*

(xx) ſeu *Tacitus* tacet, dum non loquitur; *Taciturnus* tacenda reticet et obticet. *Comenius.*

Tecta, ne videantur, *Tacita*, ne dicantur. *Tecta* ſunt, ne haec alii ſciant, *Tacita*, ne ipſe indicet. Donat. R.

Tellurem deam dicimus, *Terram* vero elementum. Seru. R.

Temerarius eſt, qui ſine reſpectu ſalutis obiicit ſe periculis (yy); *Audax* ſine ratione impetum facit. Ergo *Audax* non prouidet; *Temerarius* non timet. *Corn. Fronto.*

(yy) Dum autem agit temere, temerat ſua temeritate res, quas intemeratas eſſe conueniebat.

Temeritas ſine conſilio dicitur, *Audacia* poſt conſilium. Agraet. R.

Temperantia † eſt Animorum; *Temperatio* Rerum; *Temperies* (zz) Ventorum. Agraetius.

† *Tempe-*

Digitized by Google

† *Temperantia* abſtinentiam ſimul complectitur, eſt enim *temperantia* domeſtica et ciuilis, duobusque modis in rebus commodis diſcernitur, et ea, quae abſunt, non expetendo, et ab iis, quae in poteſtate ſunt, abſtinendo. Cic. in *Partit.* Orator. R.

(zz) (Corporis et aeris, et inprimis)

Temperare ſibi a *Mendaciis*, eſt abſtinere; *Temperare* Rempublicam *Legibus* eſt moderari. *Proprie* autem *Temperare* eſt *tempore* et modo Actiones menſurare, ſeu Res diuerſas *proportionaliter* componere. H.

Templum † Aedificium; *Eccleſia* coetus Hominum; *Lucus* a denſitate Arborum; *Fanum* a fando; *Sacellum* ſine tecto; *Delubrum* quaſi, in quo peccata diluuntur, *Bidental* ab ouibus bidentibus. H.

† Sunt, qui dicunt, *templa* eſſe ſingulorum diis attributorum locorum, *delubra* multarum aedium ſub vno tecto, a diluuio pluuiae munitarum, *fana*, vnde fata petuntur. Alii *delubra* ea dicunt templa, in quibus ſunt labra corporum abluendorum, more Dodonaei Iouis, aut Apollinis Delphici, in quorum delubris lebetes tripodesque viſuntur. Paedian. R.

Temulentus vino, *Temerarius* natura. Donat. in And. *Sane pol, illa* temulenta *eſt mulier et* temeraria. R.

Tendere (a) eſt cum *niſu et contentione* pergere; *Pertendere* eſt *pertinaciter* et ſine *remiſſione* inſiſtere. ILLVD *Conſtantiae*; HOC *Pertinaciae* eſt. Virgil. Lib. 5. *Aeneid.* *) v. 155.

- - *Locum* tendunt *ſuperare priorem.*

Te-

Terent. in Heautontimor. *Video, non licere, vt coeperam, hoc* pertendere.

(a) (proprie denotat Rem *trahendo* in *longum* dilatare; deinde)

Tenuis ſignificat diminutionem rei, *Subtilis* vero acuitatem habet. Ergo laudatur *ſubtile* ingenium, *tenue* vituperatur. Chriſtoph. Landinus in Virgil. R.

Teres et *Rotundus*: haſtam dic *teretem*, malum dic eſſe *rotundum*. R.

Tergum proprie eſt Dorſum. Vnde *Terga vertere* pro Fugere; *Tergus* eſt Corium, vt Virgil. Lib. 1. *Aeneid.* *) v. 215.

Tergora *deripiunt coſtis, et viſcera nudant.*

Idem tamen Lib. 9. *Aeneid.* *) v. 763. ſequ. TERGVM pro *Dorſo* ponit his verbis:

- - *Hinc ruptas fugientibus ingerit haſtas*
In Tergum.

Immo TERGVM dicit pro *Corio* Lib. 1. *Aeneid.* *) v. 372.

Taurino quantum poſſent circumdare Tergo.

Alias *Terga* ſunt Hominum; *Tergora* Animalium. Soſip. H.

Terminus manu ponitur et *proprie* eſt, vbi aliquid incipit, aut deſinit; *Finis* generale eſt. H.

Terror proprie eſt, qui aliis infertur, vt ſi dicas: Ille habet *Terrorem*, h. e. timendus eſt, vnde

de et *Terribilis* Metus dicitur, quem habent *timentes* (b). Seruius.

(b) Sic *territamus* Homines *terribilibus* minis, vt a Malo *deterreamus*. Quanquam autem Animus *imperterritus terricula* non curat; attamen de diuini Iudicii *terror* a peccatis *absterreat*. Comenius.

T*eſtari* et *Anteſtari*. *Anteſtari* eſt verbum legale, quando ſolebant teſtium aures tenere et ita dicere: memento quod tu mihi in illa cauſa teſtis eris. Eſt ergo *anteſtari*, antequam manus iniiciat. Acron. R.

T*heatrum* et *Amphitheatrum* quid differant, oſtendit Plinius Lib. 36. de C. Curione loquens his verbis: Theatra *duo iuxta fecit ampliſſima e ligno, cardinum ſingulorum verſatili ſuſpenſa libramento, in quibus vtrisque antemeridiano Ludorum ſpectaculo edito, inter ſe auerſis, ne inuicem obſtreperent Scenae, et repente circumactis, vt contra ſtarent, poſtremo iam die deſcendentibus tabulis et cornibus inter ſe coeuntibus faciebat* Amphitheatrum, *et Gladiatorum Spectacula edebat*. Et Caſſiodorus Lib. 5. Variorum: *Cum* Theatrum *Hemiſphaerium* Graece *dicatur*, Amphitheatrum *quaſi in vnum duo iuncta viſoria, recte conſtat, eſſe nominatum*. Iſidorus dicit, Amphitheatrum *dictum, quod ex duobus* Theatris *ſit factum*. Nam *Amphitheathrum* rotundum eſt, *Theatrum* vero ex medio *Amphitheatro* eſt, Semicirculi figuram habens (c). HIC celebrantur in Vrbe tria *Theatra*, vt *Theatrum* POMPEII, BALBI, MARCELLI;

de

de quibus Strabo Lib. 5. et Ouid. Lib. 3. de Arte amandi.

Viſite conſpicuis terna Theatra *Locis*.

Amphitheatrum vnum ampliſſimum *Statilii Tauri*, quod tempore *Auguſti* exſtruxit *Statilius Taurus*, et poſtea *Neroniano* incendio conſumtum *Veſpaſianus* reſtituit, et *Titus* filius abſoluit dedicauitque, vt tradunt *Suetonius*, *Martialis*, *Papinius* et alii.

(c) Conf. *Perotti* Cornucop. Epigr. 1. col. 78. ſeqq.

T*henſae* ſunt ſacra vehicula, *Pompa* ordinum et hoſtiarum. T*henſas* alii a diuinitate dici putant: alii quod ante ipſas lora tenduntur, quae gaudent manu tenere et tangere, qui eas deducunt. Paedian. R.

T*imere* proprie eſt *Seruorum*, qui *formidine poenae* continentur; *Vereri* eſt *Liberorum*, qui *Virtutis* et *Honeſti amore* ducuntur. Et TIMEMVS † *Dominos* et *Tyrannos*; VEREMVR *Parentes* et *Seniores*, et qui ſunt in honore aliquo, aut dignitate conſtituti. Cicero in Catone: *Metuebant Serui*, verebantur *Liberi*, *carum omnes habebant*. Idem pro L. Flacco: *Nihil* timent, *nihil* verentur. Liu. Lib. 49. Veremur *quidem vos*, Romani, *et*, *ſi ita vultis*, *etiam* timemus; Sed *plus et* veremur, *et* timemus *Deos immortales*.

† *Timeo ab illo*, cuius cauſa poſſum aliquid mali pati, etiam ſi ipſe nihil in me mali conſulat: *metuo illum*, qui mihi ipſi aliquid facturus eſt. Donat. R.

T*imeo tibi* idem eſt, ac ſollicitus ſum pro te; T*imeo te* eſt reformido te, vt aduerſarium. H.

Timor

Digitized by Google

Timor eſt malorum, *Pudor* tantum bonorum. Donat. *Timor* eſt de futuro, *Odium* de praeſenti. Seru. R.

T*ollere* eſt leuare et erigere; *Auferre* leuatum transferre, Virgilius (d):

> Tollite *cuncta*, *inquit*, *coeptosque* auferte *labores*. Non.

(d) Lib. VIII. *Aeneid.* v. 440. Vid. *Erythraei* Scholia Marginalia in h. l. vbi p. 317. Edition. *Venetae* pro *coeptos*, CERTOS legitur.

T*orres* lignum praeuſtum, *Torrens* aqua praerupte decurrens. Agraet. R.

T*orris* adhuc ardens, extinctus *Titio* fiet. H.

T*orquemus*, hominem, *Extorquemus* veritatem. Donat. R.

T*otum* (e) eſt vnius corporis plenitudo, vt T*otum Auditorium*, id eſt, integrum; *Omne* de Vniuerſis dicimus, vt *omne Auditorium*, id eſt, vniuerſa Auditoria. *Seruius*.

(e) *Totum* prima eius Syllaba, vti h. l. *producta*, ſignificat *tot Partes* continens, quot debet; *correpta* autem *tot Numero* eſt, *quot* alterum.

T*ransfuga* ſuos reliquit, et ad alios venit; *Perfuga* ſupplex eſt. Ergo T*ransfuga*, vt adiuuetur, fit *Perfuga*. Corn. Fronto.

T*ranſigo* † *Rem aliquam* cum *aliquo*; non *Decido* autem *Rem aliquam*, ſed *de aliqua re* et per *aliquem*, item abſolute. Vid. *Goclenii* Obſeru. *L. L.* p. 249. dicentis, duas haſce Formulas ſolo *eloquendi* modo differre. H.

† *Trans-*

† *Tranſigere*, quod manifeſtum eſt, *expedire*, quod definiendum, *abſoluere*, quod diuidendum. *Tranſigere* eſt, quod aut confiteri non timeat, aut negationem excludat, *expedire* quod definitione ſoluatur, *abſoluere*, quod per qualitatem licitum eſſe monſtretur. Paedian. R.

Trepidatio ad vocem refertur loquentium, *Curſatio* ad ſonum pedum. Donat. *Trepidatur* ab his, qui morbum putant, *curſatur* ab his, qui raptum ſciunt. Donat. R.

Tribula grana terit; *Tribuli* naſcuntur in agris. H.

Tribunalia dicuntur maiora exercentium (v. g. *Tribunorum*, *Triumuirorum*, *Quaeſtorum*, etc.) Iudicia, *Subſellia* autem minora, et eorum, qui non in ſellis curulibus, nec tribunalibus ſedebant. Goclen. H.

Tributum eſt pecunia, quae Populo imperatur, ita dictum, quod *a ſingulis proportione* cenſus exigitur, vt *Varro* tradit, vel ab *intributione*; aut quod *Militibus* tribuitur, autore Vlp. Lib. 27. D. de Verb. Sign. *Vectigal* proprie dicitur, quod pro *inuectione*, vel *euectione Mercium* debetur; Sed *generaliter* ſignificat omne, ex quo Reſpublica *Reditum* habet, veluti *Vectigal Portus*, *Decumarum*, *Viceſimae*, *Scripturae*, *Salinarum*, *Metallorum*, et ſimilium; *Vltro Tributa* erant Redempturae Operum publicorum faciendorum, quae *Cenſores* quinto quoque anno Mancipibus certa mercede locabant, ſic appellata, quod *ab ipſis Locatoribus vltro attribuerentur et perſoluerentur*. Plutarchus in Vita Catonis vocat Ἐργολαβίας. Itaque

Digitized by Google

que *Tributum* et *Vectigal* erant Fructus et Reditus Reipublicae. ILLVD *Graecis* eſt τέλος, et *Res* atque *Fundos* maxime ſpectat; HOC *Graecis* Φόρος, et in *Capita Resque mobiles* imponitur. *Vltro Tributa* autem erant *Sumtus* et *Impenſae publicae*. Varro Lib. 5. de Lingua Lat. *Luſtrum nominatum tempus quinquennale a* luendo, *hoc eſt* ſoluendo, *quod quinto quoquo anno* Vectigalia *et* Vltro-Tributa *per* Cenſores *perſoluebantur*. Liu. Lib. 39. Vectigalia *ſummis pretiis*; Vltro-Tributa *infimis locauerunt*; Idem Lib. 43. *Edixerunt*, *ne quis eorum*, *qui*, C. Fuluio, A. Poſthumio *Cenſoribus*, *publica* Vectigalia, *aut* Vltro-Tributa, *conduxiſſent*, *ad Haſtam ſuam accederet*. Sed interdum *Vectigal* latiſſime pro *Tributo* ac *Stipendio* accipitur, et *Vectigales Prouinciae Agriue* pro *ſtipenpendiariis* vel *tributariis*. Feſtus. *Vectigal* Aes dicitur, quod ob *Tributum* et *Stipendium*, et equeſtre, et ordinarium *Populo* debetur.

Triceni de tricenis dices; *Trigeni*, de triginta. Agraet. R.

Trucido, GRAECIS ἀποκτείνω, plus eſt, quam *Occido*, ſeu GRAECORVM illud φονεύω. Eſt enim TRVCIDO *immaniter*, ſeu *ſumma* cum ſaeuitia atque *truculentia* occido; vt ſi aliquis occidatur *ictibus*. Goclen. H.

Tumultus eſt perturbatio magna et repens, quae ex hoſtili incurſu, aut populari ſeditione oritur (f); *Turba* vero eſt turbatio minor. Cicero Orat. Philippica 8. *Quid eſt enim* Tumultus, *niſi per-*

tur-

turbatio tanta, vt maior rumor oriatur? Vnde etiam nomen ductum eſt Tumultus. *Itaque Maiores noſtri* Tumultum Italicum, *quod erat domeſticus,* Tumultum Gallicum, *quod erat* Italiae *finitimus, praeterea nullum* Tumultum *nominabant.* Liuius Lib. 35. *Qui* Turbae *ac* Tumultus *concitatores fuerunt.*

(f) *Tumultum* a *Bello* differre *Cicero* Orat. II. *Philipp.* oſtendit. Dicebant Socii Antonii eſſe TVMVLTVM *mitius Verbum,* quam BELLVM. Sed *Cicero* repugnans dicebat, eſſe *plus,* quam *Bellum.* Vt ſi quis dicat *Hominem,* dicit etiam *Animal*: Ita, qui *Tumultum* dicit, dicit quoque *Bellum,* vt ſub *Genere* continetur *Species.* Haec Goclenius loc. nuper alleg. p. 249.

T*unc* Temporis *Aduerbium* eſt; T*um* Ordinis, *Clarus.* H.

T*urbam* anguſtus Locus facit; *Frequentiam* Multitudo. *Corn. Fronto.*

T*urbo* quando appellatiuum eſt, facit *turbinis,* ſi nomen proprium, *turbonis,* vt Horat. Turbonis *in armis.* Seru. R.

T*urpe* et *Foedum* quam habeant diſtantiam, manifeſtum eſt. Nam T*urpe* leuior res eſt; *Foedum* vim habet maiorem †. Cicero de Offic. *Luxuria vero cum omni Aetati* turpis, *tum Senectuti* foediſſima *eſt.* Nonius.

† Quaedam enim turpitudo libera eſt et ab omni poena ſoluta. Goclen. R.

T*urpe* eſt, quod omni *laude* atque *honore* eſt ſpoliandum; *Nefarium,* quod *lege* cumprimis eſt

coercendum. *Neſarium* plus, *Turpe* minus. H.

Turpitudo eſt animi, quae celata eſſe poteſt: *Foeditas* autem proprie oculis obiicitur. *Sed tamen hoc diſcrimen a Latinis vel optimis non ſemper obſeruatur.* R.

Tutor datur perſonae, *Curator* vero rei. *Tutor* datur impuberibus, *Curator* puberibus. R.

V.

Valgus et *Vatius* (g) eſt, qui habet pedes diſtortos et diuerſos, ita vt pars introrſus extet, pars extrorſus procedat, quales Cancrorum et Lacertorum; *Varus* eſt, qui habet crura incurua, Pedesque introrſus figit. Plautus in Milite: *Aut* Varum, *aut* Valgum, *aut Compernem.* Varro Lib. 2. de Re Ruſtic. *Sint cruribus rectis, ac potius* Varis *quam* Vatiis. Vlpianus ad Edictum Aedil. Curul. 1. L. 10. D. de Aedil. Edictis. *Quaeſitum eſt, an Balbus et Blaeſus, et Atypus, isque, qui tardius loquitur,* Varus *et* Vatius *ſanus ſit.*

(g) item *Vatrax* et *Vatricoſus*, a *βάτραχος*, h. e. *Rana*, qſ. qui *pedibus tortis* eſt inſtar *Ranae.*

Vallamus proprie caſtrum, *Sepimus* ouile. R.

Vallum dicitur ipſa Munitio (h); *Valli* ſunt Pali, Fuſtes, quibus in terram deſtitutis et farcillatis Vallum munitur (i). Seru. Virgil. Lib. 1. Georg. *) v. 246.

Exacuunt alii Vallos . . . .

(h) et hi quidem ex *aggeſta terra*, a βάλλω iacio.

(i) ſeu

Digitized by Google

(i) ſeu ſunt Sudes humi defixi ad *Valli* praemunimen.

Vanus eſt †, qui etiam ſine vtilitate mentitur; *Mendax*, qui tantum ad decipiendum et vtilitatem ††.

† *Vani* dicuntur, non, vt vulgus dicit, deſipientes aut hebetes, aut inepti: ſed vt veterum doctiſſimi dixerunt, mendaces et infidi, et leuia inaniaque pro grauibus et veris aſtutiſſime componentes. *Stolidi* non tam vocantur ſtulti et excordes, quam tetri et moleſti, illepidi, quos *Graeci* μοχθηρὰς καὶ φορτικὰς dicunt. Agell. R.

†† Sane *Vanus* apud idoneos ſtultus inuenitur. Vt Iuuenal. *Sic libitum*, vano *qui nos diſtinxit Othoni*. Seru. R.

Vbique ſimul in omni; *Paſſim* pro ſparſim. H.

Vector eſt ille, qui portat, et qui portatur. Agraet. R.

Vegere eſt mouere, impellere et agitare, vt Ventus veget vndas, Spiritus vitalis veget herbas et ſtirpes; *Vigere* eſt florere, et pollere. Varro in Manio: Viget, veget, *liber eſt*. Hinc *Vegetus* dicitur ſanus et incolumis; *Vigens* eſt fortis atque robuſtus. Nam *Vegetum* corporis, *Vigens* etiam Animi dicitur, autore Nonio.

Velocitas Corporis, *Celeritas* Animi eſt. Agraet. H.

Velut, *Vti*, *Quaſi*, *Tanquam*, *Ceu* ſignificant ſaepe Imaginem: *Sicut*, *Sicuti*, *Vt* Similitudinem. H.

Venale expoſitum; *Vendibile* facile venditu. H.

Venalitii dicuntur ipſi Serui venales; *Venalitiarii* autem ſunt Mangones, qui Seruorum negotia-

Digitized by Google

tionem exercent. Africanus Quaeſtion. 3. L. 107. D. de Verb. Sign. *Mangones ſunt Mercatores, ſed* Venalitiarios *appellari*; a quo diſſentit vetus *Inſcriptio* Romana: L. VALERIVS *ZABDAE* MERCATORI VENALITIARIO. Interdum tamen *Venalitii* pro *Venalitiariis* accipiuntur. Cicero pro Cornelio: *Neque me diuitiae mouent, quibus omnes* Africanos *et* Laelios *multi* Mercatores Venalitiique *ſuperarunt*. Suetonius de claris Rhetoribus: Venalitii *cum* Brundiſii *gregem venalium naui educerent.*

Veniunt, qui accedunt, *Veneunt*, qui venduntur. Agraet. R.

Venuſtas muliebris; *Dignitas* virilis Pulchritudo. H.

Verbum eſt Dictio articulata, et ſignificabilis; *Vox* eſt quilibet ſonus ore prolatus. Tacitus lib. 3. Hiſt. Verba Voces*que duos teſtes habebant*. Horatius lib. 1. Epiſtol. 1.

Sunt Verba *et* Voces: vbi VERBA † ſunt *Diſputationes* et *Orationes Philoſophicae*, vt in antiqua Formula: *Verba habere et Orationem*: *Voces* ſunt *Sententia* et *Dicta*.

† *Verbum* proprie ἀξίωμα, id eſt ſententia vel enunciatio, quae vno ligatur et adſtringitur verbo, a veteribus dicebatur. Donat. R.

Verecundia eſt cuſtos virtutum omnium, dedecus fugiens, laudemque maxime conſequens. Cic. in Partit. Orator. p. 142. R.

Vereor plus eſt; *Metuo* minus. Goclen. H.

Veri-

Veritatem amicus debet, *Obſequium* aſſentator. Donat. R.

Vertex Capitis eſt (k); *Vortex* Fluminis. *Clarus.*

(k) et inprimis eius ſummitas, vbi *Capilli* gyrant.

Vetus eſt, quod habet aetatem: *Vetuſtum* eſt, quod Hominum memoriam excedit; ſicut *Vetuſtas* ſignificat Tempus infinitum, cuius ſcilicet *Memoria* non extat. Plautus in Curculione: *Ita* veteris Vetuſti *cupida ſum.*

Vetus † ad Noua; *Vetuſtum* ad Antiquitatem refertur; *Antiquum* exceſſit Memoriam Patrum. Sed *Senex* ab Annis dicitur. H.

† *Vetus* plerumque refertur ad laudem, interdum ad vituperationem. Donat. R.

Vetuſtiſcere et *Veteraſcere* Nigid. lib. 10. Commentar. Gramm. differre oſtendit. Dicimus enim, quae vetuſtate deteriora fiunt, *vetuſtiſcere* (l), quae meliora, *veteraſcere.*

(l) Sic *Veterani* Milites plerumque ſunt *Vetuli*, et *Veteratores Veteratoriis* inſidiis *Veteratorie* ludere gnari, quos in nequitiis *Vetuſteſcere* et *inueteratos* eſſe ad malum *inueterauit* opinio. *Commenius.*

Viaticum erat certa pecunia, quae imperatoribus ad bellum proficiſcentibus conſtituebatur, *Vaſarium* vero Proconſulibus in prouincias abeuntibus ad neceſſaria itineris comparanda. R.

Vicinia † ſignificat locum, vbi plures *Vicini* habitant; *Vicinitas* eſt *Vicinorum* propinquitas, vel multitudo (m). Terent. in Andria: *Commigrauit*

Digitized by Google

nit huc Viciniae. Idem in Heautont. *Virtus tua me*, *vel* Vicinitas. Cicero Orat. 6. in Verrem: *Signum*, *quod notum erat*, Vicinitati *buccina datur.*

† *Vicinia* vicorum coniunctio, *Vicinitas* hominum conuerſatio eſt. Corn. Front. R.

(m) HAEC eſt *Conuerſationis* coniunctio; ILLA *Vicinorum.*

Victima maior eſt, *Hoſtia* minor. Corn. Front. R.

Videre, eſt cognitionis et curae (n), vt *Videre*, quid agatur, *Videre*, ne res pereat; *Viſere* eſt officii, vt *Viſere Aegrotum*, *Amicum*, vel *Viſere ad Aegrotum*, *Amicum* (o). Nam vtrumque Veteres dixerunt. Terent. in Hecyra: *Noſtra ilico it* viſere *ad eam.* Varro Lib. 2. de Re Ruſtica: *Cum proretam feſſum* viſere *veniſſemus.* Frequenter tamen VISERE pro *Videre* vſurpatur. Alias *Videmus* Natura; *Spectamus* Voluntate; *Intuemur* Cura; *Aſpicimus* ex improuiſo; *Animaduertimus* animo; *Cernimus* Oculis. Corn. Fronto.

(n) *Proprie* autem eſt *oculis* percipere,

(o) Ideoque in hoc ſenſu ſumtum idem eſt, ac *ſaepius Videre*, *quid quis agat.*

Videmus, quod in promptu eſt, *Inueſtigamus* quod non videmus. Paed. R.

Videte, eſt imperatiuum; *Videtote* mandatiuum. Corn. Front. R.

Vincere eſt probare, confirmare et argumentis docere; *Euincere* autem eſt obtinere, vt in *Iudicio* dici-

dicitur *Euincere*, qui legitimo certamine apud *Iudicem* obtinet, et ſic rem iure Dominii ab aliquo aufert, vt *Euincere Haereditatem*, et *Euincere per Bonorum poſſeſſionem* (p). Nam prima litera hic auget ſignificationem, vt in *Emigro*, *Elaboro*, *Emereor*, et aliis multis. Lucret. Libr. 6.

Multa ſimul vincam *conſurgere nubibus ipſis*.

Idem ibidem:

Nam neque eum ferro, nec frigore vincere *poſſis*.

(p) Sic quilibet *peruicax peruincere* ſemper auidus aperte *conuinci* poteſt, vt *conuictus* obtumeſcat, aut illi *euictione* certa *euincatur*, quod ille, tanquam iure poſſidendo *permicaciter* tenuit.

Vindicta Factum punit, vel Futurum prohibet atque propulſat; *Vltio* † perſequitur contumeliam, vel Iniuriam factam, aut Damnum datum. Et *vindicta* etiam legitima eſt, et ad *Magiſtratus* in reos animaduerſionem pertinet. *Vltio* aliorum quorumlibet eſt (q). Cato Lib. 4. Originum: *Si quis membrum rupit, aut os fregit*, talione vindicta *proximus cognatus* vlciſcitur. Varro Lib. 3. de Re Ruſt. *Lux pinguetudinis* Vindicta.

† *Vltio* vindicat factum. Ideo Mars vltor, non vindex dicitur. Cornel. Fronto. R.

(q) *Comenius* VLTIONEM inprimis Deo adſcribit his verbis: *Vis* vlciſci *iniurias tuas, non* inultae *manebunt, ſi* vltionem *permittas* Vltori DEO.

Virgae, *Ferulae*, *Flagella*, differunt. Cic. pro Rab. perd. c. 3. *Porcia lex* virgas *ab omnium ciuium corpore amouit*, *hic miſericors* flagella *retulit*. Acerr. P. II. p. 24. R.

Digitized by Google

Virgulta ſunt, quae de radice pullulant, *Viburna* autem minuta ſilua, humilia virgulta, vt geniſtae et huiusmodi. Anton. in Virg. Eclog. *I.* R.

Virtus Hominis ſummum Bonum eſt, *quae et* in *Oratione* et in *curſu* poteſt videri; *Fortitudo* vis corporis ad ſuſtinendos labores; *Vigor* Animi habet elationem; *Velocitas* corporalis celeritas, quaſi velox et cita; *Vehementia* a vi, id eſt, impetu Mentis. *Corn. Fronto.*

Virtutes Animi ſunt; *Vires* Corporis. H.

Vis eſt iuris, *Poteſtas* exercitii iuris apud Iuris-Conſ. *Vis* eſt corporis et potentis, *Nequitia* vero conſilii. Vis *et* nequitia, *quicquid oppugnant, ruit.* Phaedr. II, 6. R.

Viſere † ſemel; *Viſitare* Viſionum frequentiam indicat. *Corn. Fronto.*

† *Viſere* officii eſt, *Videre* quaerentis aliquem. *Viſere* officii eſt apud aegrotos, *Videre* cognitionis. Donat. R.

Viſus genere maſculino vtimur, cum de his loquimur, quibus videmus. Vt ſi dicam: nubecula abeſt *viſibus* meis. Sin neutro vtamur, ea, quae videntur, ſignificamus. Seru. R.

Vites. Sub vitem haſtas iacere dicitur veles, cum eas ſub manu ſurſum mittit: *Sub vitem praeliari* dicuntur milites, cum ſub *vinea* militaturi pugnant: *Sub vineam iacere* dicuntur, cum aſtantibus centurionibus iacere coguntur ſudes. Feſt. R.

Vitium † et *Vitioſitas* ſunt generaliora; *Malitia*

Digitized by Google

tia eſt ſpecialius. Exempla *Ciceroniana* leg. ap. *Goclen.* in *Obſeruationib.* L. L. p. 250. ſequ. H.

† *Vitia* proprie ſunt in ipſa natura et habitu, *Peccata* vero proprie in affectu ſiue actione. Goclen. *Vitium* eſt, ſi tonat tantum, *calamitas*, ſi tonat et grandinat et etiam fulminat. Donat. R.

V*ittae* ſacerdotis ſunt, *Laurus* vero etiam imperatoris victoris. Seru. R.

V*ituperatio* vitium parit; *Culpatio* a culpa incipit.

V*iuere*, eſt vitam ſecure agere, *Vitam viuere* eſt vitam iucunde agere, *Vitam trahere*, eſt duriter vitam agere. R.

V*iuum* de victuro dicimus, V*iuentem* de morituro. Agraet. R.

V*lciſcor* illatam iniuriam; V*indico*, ne accipiam. H.

V*lcus* eſt quod naſcitur (r), V*ulnus*, quod ab alio infertur. *Agraet.* V*lcus* tecta et clauſa eſt malignitas; Virg. Georg. lib. 3.

Quam ſi quis ferro potuit reſcindere ſummum
Vlceris *os*, *alitur vitium*, *viuitque tegendo*.

V*ulnus* hians ac patens. Virgil. lib. 9.

Produxi, *preſſiue oculos*, *aut* vulnera *laui*
V*eſte tegens*. Non.

(r) Et fit inprimis, cum acris humor carnem *Vlcerat*, *Vlceroſoque* dolorem facit, ſed tu, monente *Comenio*, ne animum cuiusquam hominis *exulceres*, caue.

Vlti-

Vltimus orbis, *Nouiſſimus* ordinis. R.

Vltio vindicat Factum; *Vindicta*, vel *Vindicatio* futura prohibet. Ideo MARS *Vltor*, non *Vindex* dicitur. *Corn. Fronto.*

Vna Locum; *Simul* vero Spatium deſignat (s):

(s) Conf. quae ſupra ad *Tit.* SIMVL ſunt annotata.

Volema ab eo, quod *Volam* ſeu Palmam impleant, dicta ſunt, GALLIS Pira bona et grandia; *Vola* autem eſt (t) medietas *Palmae*, vel *Pedis*. Vnde et *Inuolare* dicimus.

(t) cauitas Manus, ſeu

Volones erant ſerui, qui Bello Punico II. militare volebant interrogati; *Voluntarii* erant emeriti, qui iterum militare volebant. Salmaſ. ad Florum. 2. 6. 23. R.

Volucris Generale eſt, vt APIS, MVSCA, VESPA; *Auis* ſpeciale, quod et *pennas* habet, et *oua* parit. H.

Voluentia, quae voluunt, *Volubilia*, quae voluuntur. Corn. Front. R.

Voluntas (u) facto gaudet; *Voluptas* fieri cupit. *Corn. Fronto.*

(u) VOLENTIAM quoque pro *Voluntate* dici *Salluſtius* Lib. IV. *Hiſtor.* autor eſt his verbis: *Multisque ſuſpicionibus* VOLENTIA *plebi facturus habebatur.*

Vrbs conſtat Muris; *Ciuitas* Incolis (x). Virgil. *) Lib. II. Aeneid. v. 363.

Vrbs *antiqua ruit, multos dominata per annos.*

(x) Vid.

(x) Vid. quae ſup. p. 140. ſequ. ad CIVITATIS *Tit.* ſunt adiecta.

Votum faciebant ſine multa cogitatione in periculo praeſenti, *Vota concipiebant* vel *ſuſcipiebant* etiam extra periculum re ante bene conſiderata. R.

V*ſucapere* et V*ſurpare* Iuriſconſulti diſtinguunt, et *vſucapere* eſt vſu adquirere, et poſſeſſione ſuum facere, ſicut V*ſucapio* eſt Dominii adeptio adquiſitioque per continuationem poſſeſſionis temporis lege definiti (y): V*ſurpare* (Lib. 3. D. de Vſur.) autem eſt apprehendere id, quod alius poſſidet, eaque re poſſeſſionem illius interrumpere; et V*ſurpatio* (Leg. 2. D. de Vſuc.) eſt poſſeſſionis interruptio. Vnde ex *Leg XII.* T*abb. vſu* Vxor, *nondum* vſucapta, *ſi ante annum a Marito trinoctium abſuiſſet*, *dicebatur* vſurpata *eſſe*: *quod interrupta eius* Vſucapio *erat*, *ipſaque apprehendebatur ab iis*, *quorum antea in poteſtate fuerat*, *puta* Parentum, *aut* Tutorum, *et* Mariti *poteſtate exibat*, vt Gellius et Macrobius tradunt. Sed Oratores et Hiſtorici V*ſurpationem* frequentem vſum vocant, et V*ſurpare* accipiunt pro crebro aliquid agere, aut dicere, vt Cicero multis in locis, et Liuius Lib. 34. *Admonet ſaepe* vſurpatae DIONYSII *Tyranni vocis.*

(y) Vid. *Schardii* Lexicon Iurid. p. 963. col. 1. fac. a.

V*ſus* (Lib. 10. 11. 12. de Vſu et Habit.) eſt *ius* vtendi re aliena, ſalua rerum ſubſtantia; V*ſusfructus* autem omnem rei fructum ſignificat, et ius vtendi fruendique praeſtat, tam ad *Quaeſtum*, aut *Voluptatem*, quam ad *Neceſſitatem*. Ita in V*ſufructu* et VSVS eſt;

eſt; at in *Vſu* FRVCTVS non continetur. Ab ILLO dicitur *Vſuarius*, qui VSVM habet; ab HOC *Vſufructuarius*, qui FRVCTVM: de quibus prolixe tractant Iuriſconſulti. Cicero pro Caecinna: *Cuius enim* VSVS, inquit, *eius et* FRVCTVS *Fundi*.

Vſus eſt generale, vt haec vſu pereunt: *Abuſus* ſpeciale. Ac Iureconſulti quidem *abuſum* proprie in iis conſtituunt, quae vſu conſumuntur, ſeu quorum vſus in ipſa conſumtione poſitus eſt. German. Abnützung. Goclen. *Vtilitas* ex adeptione alicuius commodi quaeritur. Cic. in Partit. Orat. R.

Vſuuenit, quod fit frequentius; *Contingit* et *Accidit* etiam, quod non eſt conſuetum. H.

Vterque venit, et *Vtrique* veniunt, vtrumque dicitur. Agraet. Cic. *Iubeo promi* vtroſque, *binos vt habeam*. R.

Vterus eſt Mulierum (z); *Aluus*, qua defluunt Sordes. Salluſt. *Simulans ſibi* Aluum *purgari*. *Venter*, qui videtur. Iuuenalis *Satyr*. IV. v. 107.

Montani quoque Venter *adeſt abdomine tardus*. Seruius.

(z) et quidem proprie Locus *Foetum* concipiens. Vnde VTERINI *Fratres* dicuntur ex vno *Vtero editi*.

Vti † eſt ad neceſſitatem et honeſte inſumere (aa): *Abuti* eſt ad alium vſum re vti, quam in quem ea comparata eſt, vel rem omnino conſumere et perdere: ſicut *Vſus* eſt vtilitas: *Abuſus* eſt Conſumtio et Perditio. Suetonius in Nerone: *Qui* abute-

Digitized by Google

abuterentur *ac perderent*. Terentius (bb): *Nam in prologis ſcribendis operam* abutitur. Plautus in Aſinaria: *Vbi iſthaec, quae dedi*, abuſa? Cicero in Topicis: Vſus *enim*, *non* abuſus *legatus eſt*; Vbi Boethius: *Vtimur* his, quae nobis vtentibus *permanent*; His vero *abutimur*, quae nobis vtentibus pereunt.

† *Vtimur* fructibus rei, quae ab amantibus ſaluo vſu nobis ſubminiſtratur. *Abutimur*, quando deperdimus et rem et fructum. *Vſui* eſt ager, domus, *Abuſui* vinum, oleum, et caetera huiuſmodi. Donat. *Vtimur* cum honore, *Abutimur* cum iniuria. Donat. R.

(aa) *Vtimur* alterius gratia; *Fruor* delectando ſine ampliore reſpectu; *Potimur* re aliena expetita.

(bb) In Prologo *Andriae* v. 5. vbi Caſtigationes Marginales *Martini Hayneccii* ſunt videndae.

Vtrubi ſignificat *vtro* in Loco: *Vtrobique* eſt *vtroque* in Loco (cc). Illud DVBITATIONEM habet *vtrius* Loci; Hoc AFFIRMATIONEM *vtriusque* Loci. Naeuius in Tarentilla: Vtrubi *coenaturi eſtis, hiccine, an in triclinio?* Cato in Seruium Galbam pro Luſitanis: *De frumento* vtrobi *bona*, vtrobi *mala gratia capiatur*. Plautus in Sticho: Vtrobi *accumbo*, vtrobi *tu vis*. Vlpianus ad Edictum 62. Lib. 1. D. vtrubi Praetor ait; Vtrubi *hic homo, quo de agitur maiore parte huiuſce anni fuerit*, Theophilus, Graecus Inſtitutionum Interpres, VTRVBI interpretatur παρ' ὁποτέρῳ.

(cc) Seu in *vtraque* parte: *Vtrinque* de *Loco*, id eſt, *ex* vel *ab* vtraque parte; *Vtroque* ad *Locum*, id eſt, *in* vtrumque Locum. Goclen.

Vulnus illatum; *Vlcus* innatum. H.

Vultus

Vultus proprie Hominis (dd); *Os* omnium; *Facies* Plurium. Corn. Fronto. *Vultus* mutatur; *Facies* permanet. *Vultus* eſt Voluntas, quae pro motu Animi in Facie oſtenditur; *Facies* ipſa Oris ſpecies. Salluſt. in Catil. *Prorſus in* Facie Vultu*que vecordia inerat.*

(dd) et deſcribitur, quod ſit ipſa in homine indicatio, quae pro motu *Animi* in *Facie* oſtenditur, interdum etiam ſignificat *ipſius Corporis* Faciem. Leg. *Forum Romanum*, ſeu *Theſaurus L.L. p. 1160. col. I. T. III.*

X.

Xyſtus erant porticus tectae, quibus athletae per hyemem exercebantur, *Xyſta* vero erant ambulationes ſubdiales, vbi coelo ſudo ſerenaque tempeſtate pugnabant. Vitruu. V. 2. R.

AVSONII POPMAE
DE DIFFERENTIIS VERBORVM
FINIS.

AVSO-

AVSONII POPMAE FRISII

DE

VSV ANTIQVAE LOCVTIONIS

LIBRI DVO.

ANNO MDCCXLI.

Digitized by Google

VETERVM SCRIPTORVM

DE

VSV ANTIQVAE LOCVTIONIS

SENTENTIAE.

M. Varro Lib. 4. de Lingua Lat.*) p. 2. Edition. *Scaligeriano-Stephanianae.*

VETVSTAS *non pauca deprauat, multa tollit. Quem Puerum vidiſti formoſum, hunc vides deformem in Senecta. Tertium Seculum non videt eum hominem, quem vidit primum.*

Qu. Horatius Flacc. in Lib. de *Arte Poetica* *) v. 61. ſeqq.

Vt ſiluae foliis pronos mutantur in annos,
Prima cadunt: ita Verborum vetus interit aetas,
Et iuuenum ritu florent modo nata, vigentque.

Et *) v. 69. ſeqq.

- - *Mortalia facta peribunt,*
Nedum ſermonum ſtet honos, et gratia viuax.
Multa renaſcentur, quae iam cecidere, cadentque,
Quae nunc ſunt in honore Vocabula, ſi volet vſus.
Quem penes arbitrium eſt, et ius, et norma loquendi.

Quintilianus Lib. 8. *Inſtitut. Orator*. Cap. 3. *) p. 364. ſq. Edit. *Pithoeiano-Stoërianae.*

Cum ſint autem Verba propria, ficta, translata, propriis dignitatem dat Antiquitas. Namque et ſanctiorem et magis admirabilem faciunt Orationem, quibus non quilibet fuerat vſurus, eoque ornamento acerrimi iudicii P. Virgilius *vnice eſt vſus.* Olli *enim, et* Quianam, *et* Mis, *et* Pone *pellucent et aſpergunt illam, quae etiam in Picturis eſt gratiſſima, Vetuſtatis inimitabilem arti autoritatem. Sed vtendum modo, nec ex vltimis tenebris repetenda.*

Id. ibidem p. 365.

Quid multa? Totus prope mutatus eſt ſermo. Quaedam *tamen* adhuc vetera Vetuſtate ipſa gratius nitent: *Quaedam etiam neceſſario interim ſumuntur, vt* Nuncupare *et* Fari: *Et multa alia etiam audientibus grata inſeri poſſunt, ſed ita demum, ſi non appareat affectatio.*

A. Gellius Lib. I. N. A. Cap. 10. *) p. 24. Edition. *Tornaeſianae.*

Id, quod a C. Caeſare, excellentis ingenii ac prudentiae Viro, in primo de Analogia *Libro ſcriptum eſt, habe ſemper in memoria atque in pectore; vt, tanquam ſcopulum, ſic fugias inauditum atque inſolens Verbum.*

INDEX

INDEX CAPITVM
LIBRI PRIMI.

CAPVT

I. De Litterarum Vocalium inter ſe Commutatione.

II. De Mutatione Diphthongorum.

III. De Conſonantium inter ſe Commutatione.

IV. De Litterarum in Dictionibus Adiectione.

V. De Litterarum in Dictionibus Detractione.

VI. De Syllabarum in Dictionibus Adiectione.

VII. De Syllabarum in Dictionibus Detractione.

VIII. De Extremitatibus Nominum.

IX. De mutatis Declinationibus, Caſibus, et Generibus.

X. De Pronominibus.

XI. De Verbis.

XII. De Temporibus et Modis.

XIII. De Aduerbiis.

XIV. De Praepoſitionibus.

XV. De Compoſitione Vocum.

XVI. De Diſtractione et Traiectione Vocum.

Digitized by Google

Quintilianus Lib. 8. *Inſtitut. Orator*. Cap. 3. *) p. 364. ſq. Edit. *Pithoeiano-Stoërianae.*

Cum ſint autem Verba propria, ficta, translata, propriis dignitatem dat Antiquitas. Namque et ſanctiorem et magis admirabilem faciunt Orationem, quibus non quilibet fuerat vſurus, eoque ornamento acerrimi iudicii P. Virgilius *vnice eſt vſus.* Olli *enim, et* Quianam, *et* Mis, *et* Pone *pellucent et aſpergunt illam, quae etiam in Picturis eſt gratiſſima, Vetuſtatis inimitabilem arti autoritatem. Sed vtendum modo, nec ex vltimis tenebris repetenda.*

Id. ibidem p. 365.

Quid multa? Totus prope mutatus eſt ſermo. Quaedam *tamen* adhuc vetera Vetuſtate ipſa gratius nitent: *Quaedam etiam neceſſario interim ſumuntur, vt* Nuncupare *et* Fari: *Et multa alia etiam audientibus grata inſeri poſſunt, ſed ita demum, ſi non appareat affectatio.*

A. Gellius Lib. I. N. A. Cap. 10. *) p. 24. Edition. *Tornaeſianae.*

Id, quod a C. *Caeſare, excellentis ingenii ac prudentiae Viro, in primo de* Analogia *Libro ſcriptum eſt, habe ſemper in memoria atque in pectore; vt, tanquam ſcopulum, ſic fugias inauditum atque inſolens Verbum.*

INDEX

Digitized by Google

INDEX CAPITVM
LIBRI PRIMI.

CAPVT

I. De Litterarum Vocalium inter ſe Commutatione.

II. De Mutatione Diphthongorum.

III. De Conſonantium inter ſe Commutatione.

IV. De Litterarum in Dictionibus Adiectione.

V. De Litterarum in Dictionibus Detractione.

VI. De Syllabarum in Dictionibus Adiectione.

VII. De Syllabarum in Dictionibus Detractione.

VIII. De Extremitatibus Nominum.

IX. De mutatis Declinationibus, Caſibus, et Generibus.

X. De Pronominibus.

XI. De Verbis.

XII. De Temporibus et Modis.

XIII. De Aduerbiis.

XIV. De Praepoſitionibus.

XV. De Compoſitione Vocum.

XVI. De Diſtractione et Traiectione Vocum.

Digitized by Google

LIBRI SECVNDI.

CAPVT

I. De Partium Orationis inter ſe Commutatione.

II. De Permutatione Caſuum, Numerorum et Generum.

III. De Permutatione Temporum et Modorum.

IV. De Caſibus cum Nominibus iunctis praeter vulgatum vſum.

V. De Caſibus cum Verbis iunctis praeter vulgatum vſum.

VI. De Participiorum et Gerundiorum Vſu antiquo.

VII. De Aduerbiorum et Praepoſitionum Structura.

VIII. De Commutatione ſimplicium et iunctarum Vocum.

IX. De iteratis et geminatis Vocibus in Oratione.

X. De Parelcis.

XI. De Eclipticis.

AVSO.

Digitized by Google

AVSONII POPMAE
DE
VSV ANTIQVAE LOCVTIONIS
LIBER PRIMVS.
CAPVT I.
DE LITTERARVM VOCALIVM INTER SE COMMVTATIONE.

ANTIQVI et idonei Latinae Linguae Autores multa Vocabula vſurparunt, ab vſu et conſuetudine Sermonis noſtri penitus remota; multa longe aliter protulerunt, quam a nobis hodie vulgo efferuntur. Vtriusque generis exempla in ipſorum Scriptis non pauca reperiuntur, et plura exſtarent, niſi imperiti Librarii antiquam et minus vſitatam Locutionem fere vbique eieciſſent. Quam cum difficile ſit in ſuam, vnde vi deiecta eſt, poſſeſſionem reſtituere, nos, quod potuimus, in hoc Libello VSVM eius oſtendere, et collectis quaſi per *Saturam* vndique teſtimoniis probare conati ſumus. Vt autem a minimis ordiamur, multa propter *mutuam Cognationem* et *Affinitatem* LITTERARVM

Veteres promiſcue dixerunt. Nam *Litterae pleraeque omnes inter ſe locum commutarunt*, vt principes duae Vocales A et E. Vnde *Defetiſcor*, *Depeciſcor* ſcriptum olim notat *Priſcianus*, hodieque in Libris veteribus exſtat. Terent. in Phormione:

Neque defetiſcar *unquam adeo experirier.*

Id. ibidem: *Iam* depeciſci *mortem cupio.* Cicero pro Sex. Roſcio: *Partem ſuam* depeciſci. Et mox ita: *Ipſe tria praedia* depectus *eſt.* Et in Verrinis frequenter. Gellius Lib. 20. *Reus qui* depeciſci *noluerat.* Vlpianus Lib. 10. ad Edictum: *Hoc Edicto tenetur etiam is, qui* depectus *eſt. Depectus* autem dicitur *turpiter* pactus. *Aequipero*, *Praepero*, vt *Recipero*, etiam nunc dicimus. Ennius Lib. 2. Annal.

Iuuenes cur animis cum concordibus aequiperare.

Gellius Lib. 10. *Namque in* praeperatu *Rei ruſticae per tempeſtates pluuias, quoniam otium eſt, maturari poteſt.* *Hieto* Plautus: *Vbi cum* hietare *nodum in mentem venit.* Caecilius: *Praei hercle tu, qui mihi oſcitans* hietansque *reſtas.* *Edor* pro *Ador*, Frumenti genus, Feſtus. Similiter A et I, *vt Fontinalia* pro *Fontanalia.* Varro Lib. 5. de Ling. Lat. *Iuuenilis*, *Iuuenalis*. Gloſſae, et Vlp. de adulteriis. *Sane ſi* iuuenali *facilitate ductus.* Rurſus *Bacchanal*, *Bacchinal*, Plaut. in Aulularia: *Ad Bacchas veni in* Bacchinal. *coquinatum.* Id. ibid. *Aperitur* Bacchinal. *Librale*, *Librile*, ſcapus Librae, Feſtus. *Subigitare* retinent Libri veteres Terentii in Heautontimorumeno, *Beneficere* et *Maleficere* Pandectae Florentinae, ſicut eaedem *Fornicator* et *Fornicarius*, qui *Fornacis* accendendi curam gerit. *Aquaemanile* et *Aquiminale*, Vas, ſiue Vrceolus, quo aqua in trulleum effundebatur lauandis manibus, Paulus

Lib.

Lib. 4. ad Sabinum et Lib. 3. Sententiar. *Aquimanile*, Χερνίβιον, Gloſſarium. Item Subiunctiui Modi Verborum tertii Ordinis, quos non per *Am*, ſed per *Im* efferebant, vt *Aceſſim*, *Edim*, et alia, de quibus ſuo loco dicemus. A et V, vt *Condalus*, *Condulus*, Feſtus, et Graeci κονδύλος. *Fabalia*, *Fabulia*, Lucilius Lib. 10. Satyr. *Hic in ſtercore, humo*, fabuloque *fimo atque ſuccerda.* Varro Lib. 1. de Re Ruſtica: *Id ex* fabuli *ſegete.* *Pedule* indumentum *Pedis*, Vlpianus et Grammatici, *Pedale* Ποδεῖον, Gloſſarium. *E* et *I*, vt *Seco*, *Sico*, et quae ex eo iunguntur, vt *Circumſico*, *Praeſico*, *Reſico*, Varro in Libris de Re Ruſtica, et Lib. 4. de Ling. Lat. *Braſſica*, vt *Praeſica*, quod ex huius ſcapo minutatim praeſicatur. *Exſico* Plautus in Rudente:

Quin tu in paludem is, exſicas*que arundines.*

Conſiptum Ennius in Medea: *Teneor* conſipta, *vndique venor.* Varro Lib. 4. de Lingua Lat. *Gallorum oſſa*, qui *poſſiderunt vrbem, ibi coaceruata ac* conſipta. *Luciſcit* Plaut. in Amphitr.

Eamus, *Amphitruo*, luciſcit *hoc iam.*

Quod imitatus Terentius in Heutontimor.

Luciſcit *hoc iam*, *ceſſo pultare oſtium.*

Augiſco, Ennius Lib. 1. Annal. et ab eo Varro in Satyra Teſtament.

Qui Rem Romanam Latiumque augiſcere *voltis.*

Putiſco, *Flacciſco*, *Incuruiſco.* Cicero Lib. 4. de Finibus. *Animam ſui datam pro ſale ne* putiſceret. Varro Lib. 4. de Lingua Lat. *Puticuli quod* putiſcebant *ibi cadauera proiecta.* Pacuuius in Chryſe: *Interea loci flucti* flacciſcunt. Vetus Poeta:

Rami baccarum vbertate incuruiſcere.

Milli pro mille, Lucilius Lib. 9.

Tu milli *nummum poſſis vno quaerere centum.*

Idem Lib. 15.

Hunc milli *paſſim qui vicerit atque duobus.*

Quatinus pro Quoniam, Quia, autore Feſto. Horatius Lib. 3. Carmin.

- Quatinus heu! *nefas*
Virtutem incolumem odimus.

et Lib. 1. Sermon. *) Satyr, III. v. 76. ſequ.

Denique quatinus *excidi penitus vitium irae*
Caetera item nequeunt ſtultis haerentia. - -

Suetonius in Claudio: Quatinus *ſibi matrimonia male cederent.* *Ni* pro Ne, Plautus in Maenechmis: Ni *mala*, ni *ſtulta* ſis. Idem in Mercatore: Ni *metuis tu iſta.* Varro Lib. 1. de Re Ruſtica: Ni *extrinſecus ſpiritus afflet.* Cicero ad Varronem; *Conſilii noſtri*, ni, *ſi eos quidem, qui id ſecuti non ſunt, non poeniteat, nobis poenitendum putarem.* Virgil. Aeneid. Lib. 3. Ni *teneant curſus.* *Em* et *Im* pro Eum, Feſtus. *Endo*, vel *Indo* pro In, Ennius et alii. E diuerſo *Amecus*, *Menerua*, *Mageſter*, dixerunt Vetuſtiſſimi, vt Ennius Lib. 1. Annal. *Daidala Menerua*; *Genetrix* Virgilius et Lucretius, vt ipſorum antiqui teſtantur Libri (a). *Derigo* Varro Lib. 1. de Re Ruſtic. et ab eo *Derectarii*, qui in aliena Coenacula ſe dirigunt furandi animo, item *Deindico*, *Intelligo*, *Deſpero*, *Delenimentum*, *Deuerticulum* edunt Libri Iurisconſultorum. *Specio* pro Spicio, id eſt, Video, Plautus: *Nunc ſpecimen* ſpecitur, *felix* Herba, et *Felicula* Cato de Re Ruſtica: et Felicata *patera ad eius Herbae ſpeciem*

Digitized by Google

ciem caelata, Feſtus et Cicero in Paradoxis: *Felicitas iſtorum pateras*. *Ques* pro Quis; Ennius et Cato. *Here* Aduerbium. Iuuenalis Satyra 1.

Res hodie minor eſt, here *quam fuit*.

Quam Scripturam *Priſcianus* ibidem obſeruauit, et *Quintilianus* ſua aetate in vſu fuiſſe teſtatur. Nam in fine Dictionum Veteres vſi indifferenter his Litteris, maxime in Aduerbiis et Caſibus Datiuo et Ablatiuo tertii Ordinis, vt infra dicemus. E et O, vnde *Apello*. Sed Antiqui dicebant pro *Apollo*, Sol, *Helus Heluſa*, quod nunc Holus Holera, teſte Feſto, item *Hemo* Homo. Ennius Lib. 2. Annal.

Vulturius ſiluis miſerum mandebat hemonem.

Pigneris, vt *Pignero* Verbum. Plaut. in Captiuis:

Reliquit pigneri *putamina*. Cato de Re Ruſt.

Si qua illata erunt, pigneri *ſunto*. Iuuenalis Satyr. 3. Pigneribus poſitis. Gellius Lib. 16. *Obſidis vice* pignerisque *eſſe apud Rempublicam videbatur*. *Temperi* Aduerbium et *Temperius*, id eſt maturius, *a Tempus Temperis*. Plaut. in Amphitr. *Num ſatis* temperi: Idem in Perſa, Temperi *hanc vigilare oportet*. Cicero Orat. 4. in Verrem: *Se ad Comitia* temperi *venturum*. Idem ad Paetum: Temperius *fiat*. Cornelius Nepos de Viris illuſtribus: C. LAELIVM *quondam in* PVTEOLANO *Kal. Mart. admonitum ab vxore*, temperius *vt diſcumberet*, *Memordi*, *Peposci*, *Speſpondi* obſeruat Gellius, Rurſus *Amploctor*, *Animaduorto*, *Voſter*, *Vortex*, *Vorſus* et id genus alia Vetuſtiores omnes vſurpant, quae in Catone, Plauto, Terentio, Salluſtio paſſim occurrunt, et Antiquita-

tis

tis cauſa diligenter conſeruanda ſunt. *Volim* pro velim, Lucilius Lib. 24. Satyr.

Idola atque atomos Epicuri vincere volim.

Plautus in Aſinaria:

Meo modo loquar, quae volim,

Idem in Captiuis:

Me fuiſſe, quam eſſe nimio mauolim.

Cicero Lib. 2. de Natura Deorum: *Quo facilius id, quod dicere volimus, intelligi poſſit. Apprimo, Arcano, Tutiſſimo, Quotidiano* et ſimilia Aduerbia, quae infra referuntur (b). E et V, vt *Auger, Augeratus* pro Augur et Auguratus notat Priſcianus, *Hemona*, Humana Feſtus; *Pepugi, Cecurri*, pro pupugi, cucurri. Gellius. Contra Participia *Faciundum, Vendundum* caeteraque V Littera media proferunt Cato. Salluſtius, Varro et alii, de quibus Priſcianus Lib. I. *Apud Antiquiſſimos*, inquit, *quotieſcunque* ND. *ſequuntur in his Verbis, quae a tertia Coniugatione naſcuntur, loco E*, V *ſcriptum inuenimus, vt* Faciundum, Legundum, Dicundum, Vertundum, *pro Faciendum, Legendum, Dicendum, Vertendum.* I et O, vt *Olli* pro Illi praeter vetuſtiores Ennium, Plautum, Lucretium, etiam Virgilius, amantiſſimus antiquitatis, in *Aeneide* vſurpauit. *Agnotus* pro Agnitus: Pacuuius in Iliona: *In turba cognita* agnota *eſt Soror. Apolloni* Apollini in aereo Nomiſmate, APOLLONI SANCTO. *Inlico*, ſiue *Illico*, pro in Loco. Terent. in Phormione: *Exaduorſum Inlico Tonſtrina erat quaedam. Siſpes Iuno*, Feſtus, pro ea, quae vulgo appellatur Soſpes, aut Soſpita, a qua diuerſa eſt Iuno Hoſpita, cuius meminit Martianus Capella Lib. I. Philologiae:

IVNO-

Digitized by Google

IVNONIS *vero* HOSPITAE *Genius accitus ex nona.* Vt *enim* IVPITER *cognominatus ſuit* Hoſpitalis: *ſic* IVNO Hoſpita *dicta, et* Hoſpita MINERVA, *quae in Promontorio iuxta* Surrentum *Templum habuit ab* VLYSSE *conditum*, vt autor eſt Strabo. Statius Lib. 3. Siluarum:

Qua Pater aetherius menſisque accita Deorum
Turba, atque excelſo veniat Soror Hoſpita *Templo.*

Craſtini, *Quarti*, *Septimi*, *Noni Die* pro Craſtino, Quarto, Septimo, Nono, de quibus Gellius. *Quiuis*, *Quicquam*, *Quicum*, pro Quouis, Quocum, vel Quacum, Terent. in Adelphis: *Abs quiuis homine*. Plaut. in Ciſtellaria:

- - *ſed tun' vnquam cum quiquam viro.*

Conſueuiſti? Idem in Perſa: *Nec ſatis a quicquam homine accepi.* Et in Mercatore: *Quid tua refert, quicum iſtac venerit.* Virgilius Lib. XI. *Aeneid. Accam ex aequalibus vnam. Quicum partiri curas.* I et V, vt *Exiſtumo*, *Fuo*, *Diſſupo*, *Optumus*, *Maxumus*, *Inclutus* et infinita alia omnes Veteres, atque etiam ipſe Cicero in illis Libris, in quibus Viros antiquos inducit diſſerentes de *Amicitia* et *Senectute*. Primus autem *C. Iulius Caeſar* per I. eiusmodi Verba enunciauit et ſcripſit. Inde caeteri ſecuti autoritatem, vt Varro et Quintilianus tradiderunt. Contra *Manipretium* Cato de Re Ruſtica, et Varro Lib. 4. de Lingua Lat. *Scripulum* idem Lib. 13. de Re Ruſt. et Satyris: Vt *ne vnum quidem habuerit* ſcripulum, *quem hirundinibus hoſpitis oſtenderet.* *Simus* pro Sumus Auguſtus Caeſar ſemper ſcripſit, itemque Meſſalla, Brutus et Agrippa, teſte Suetonio.

Reci-

Recipero in Iuriſconſultorum et aliorum veterum Autorum manu exaratis Libris extat, atque etiam in antiquis Inſcriptionibus, vt *Romae:* SANCTO SEMONI DEO FIDIO SACRVM DE CVRIA SACERDOTVM BIDENTALIVM RECIPERATIS VECTIGALIBVS.

O et A, vt *Poſthoc* pro poſthac in Lege *Papiria*: QVICVMQVE PRAETOR POSTHOC FACTVS ERIT. Et rurſus *Hacpropter*, vt *Quapropter* pro Propter hoc. Varro in Satyris: *Hac propter omnes, qui laborant, inuocant.* O et V, vt *Folmen*, *Fonus*, *Popolus*, *Piacolom* in Libris Foederum et Legum antiquarum. *Ollorum*, id eſt, illorum fuit in columna Duillii. *Hoc*, *Adhoc*, *Illoc*, pro Huc, Adhuc, Illuc. Plaut. in Captiuis:

Quis ait hoc, *aut quis profitemur.* Idem in Mercatore: Hoc *non voluntas me impulit.* Terent. in Andria: *Sublimen intra* hoc *rape.* Idem ibidem: *Cum* illoc *aduento ſolitudo ante oſtium.* Idem in Adelphis:

Satis adhoc *tua nos fruſtrata eſt fides.* Varro Lib. 5. de Lingua Lat. *Voca inlicium* hoc *ad me.* Lucret. Lib. 1. Hoc *accedit vti ſolidiſſima materiai.* Virgil. Lib. 4. Aeneid. Hoc *tunc ignipotens coelo deſcendit ab alto.* Vlpianus ad Sabinum 17. Hoc *vsque erit procedendum.* *Quatenos* pro Quatenus ſcripſit Scipio Africanus, teſte Feſto. *Antiquos*, *Diuos*, *Ouom*, *Seruom*, *Volgus*, *Volt*, et caetera, quae nunc V gemino ſcribuntur, Plautus, Terentius, Varro, et ipſe Cicero in Laelio et Catone, vt ex veteribus Libris apparet. Quam ſcribendi rationem ſua aetate deſiiſſe

Quin-

Quintilianus autor eſt. Idem obſeruat *Hecoba* et *Notrix*, ac ne in *Graecis* id tantum notetur, *Dederont* et *Probaueront*. Ennius Lib. 16. Annal.

Concidit, et ſonitum ſimul inſuper arma dederont.
Antiquae Inſcriptiones, *Fueront*, *Vixeront*. Contra *Fruns* et *Frus frundis*, *Funs funtis*, et ſimilia, de quibus ita Priſcianus Lib. I. Multa praeterea vetuſtiſſimi in principalibus mutarunt ſyllabis, vt *Cungrum* pro congrum, *Cunchin* pro conchin, *Huminem* pro hominem, *Funtes* pro fontes, *Frundes* pro frondes. Ennius

- - *populea* frus. Idem Lib. 7. Annal.

Rureſcunt frundes *Vtrubi*, *Vtrubique* habent Libri *Pandectarum*, qui ab archetypo *Florentino* manarunt. Iidem conſtanter et ſine vlla varietate referunt *Suboles*, *Adoleſcens*, *Epiſtula*, è quibus illud Suboles etiam in aliorum Autorum veteribus Libris perpetuo ſcribitur, eamque Scripturam confirmat Etymologia, quae in *Adoleſcens* repugnat. Vtrumque enim deducitur ab antiquo verbo *Oleſco*, quod ſignificat *Creſco*, autore Feſto. Sed et *Epiſtula* in aliis multis Libris et antiquis Inſcriptionibus exſtat, neque ante IVSTINIANI *Imperatoris* tempora, vt videtur, O Litteram recepit; quamuis origine ſit *Graecum* Ἐπιςολή: quod ipſum quoque eſt in *Numiſma* et *Brundiſium* (c), quae *Graeci* ſcribunt Νόμισμα, Βρεντέσιον. V et Y mutant in *Graecis* Dictionibus; vt *Myrrha*, *Murrha*, *Myrtus*, *Murtus*. Quam commutationem obſeruauit Cicero in Oratore: PVRRVM *ſemper* Ennius, inquit, *nunquam* Pyrrhum, *Vi patefecerunt* Fruges, *non* Phryges, *et ipſius* anti-

antiqui declarant Libri. Nunquam enim Graecam *Litteram addebant: nunc autem etiam duas, et cum* Phrygum *et cum* Phrygibus *dicendum eſſet.* Ennius Lib. 7. Annal. (d)

Purrus *vti memorant Diuom a ſtirpe ſupremo.* Idem *Eurudica, Illurica, Olumpus;* Liuius in Odyſſea *Cuclops Vluſſes;* Cato *Murtus, Mutilli* Μύτιλοι Piſces. Vlpianus Lib. 9. de Officio Proconſulis: *Quod inſtituuntur Venatores, aut* Purricharii. Similiter *Aſſurius, Muſia, Tumpanum* in *Iuriſconſultorum* optimis Libris exſtat: ſicut contra *Lyſitania*, pro Luſitania; *Lydi* pro Ludii. Plautus in Curculione: *Ecce cauſa mea* Lydi, *Barbari. Cymaeus* pro Cumaeus, Varro Lib. 1. de Re Ruſtica: *Antigonus* Cymaeus Virgilius Ecloga 5. (e)

Vltima Cymaei *venit iam carminis aetas,*

Idem Lib. 6. *) v. 98. Aeneid.

Talibus ex adyto dictis Cymaea *Sibylla.*

Ex hoc autem genere pleraque V Litteram retinuerunt, vt *Duplus, Sulla, Tuſcia:* Quaedam in I mutarunt, vt *Inclitus, Lacrimae, Stilus, Olimpus; Mitili* piſces apud Plinium; alia Y receperunt, vt *Cyclops, Myrtus, Myſia*, et ſimilia.

(a) Recentiores enim Editiones, imprimis *Virgilii*, legunt Lib. I. *Aeneid.* v. 599. Lib. II. v. 787. Lib. VIII. v. 383. Lib. IX. v. 82. 94. 117. 284. & 297. Lib. X. v. 234. et Lib. XII. v. 412. et 554. pro GENETRIX ſemper *Genitrix*, ſicuti ex *Aldina, Bersmanniana, Calagiana, Erythraeianis*, (Hanouienſi videlicet et Veneta) *Frelloniano-Lugdunenſi, Meyeniana, Minelliana, Plantiniano-Antuerpienſi, Taubmanniana* et aliis patet Editionibus.

(b) Scil. huj. Lib. I. Cap. XIII. de *Aduerbiis*.

(c) La-

(c) Legunt et *Graeci* Βρεντέσιον, ſ. Βρεντέσιον. *Brenteſium* a *Brento* quodam, (ſi *Stephano* credimus) HERCVLIS Filio, aut certe a ceruini Capitis ſimilitudine; quod *Meſſapii* ſua Lingua Βρεντέσιον appellabant.

(d) Hic Locus *Ennianus* Lib. VII. *Fragmentor.* quae *Henricus Stephani* ſtudioſiſſime excudi curauit, non extat, nec eſt reperiendus inter iſtos Verſus, quos ex incertis *Annalium* Libris ibid. p. 48. ſeqq. collectos deprehendimus.

(e) Non extat hic Locus Eclog. V. ſed IV. et quidem v. 4. vbi pro *Cymaei* in plurimis Recentiorum Editionibus rectius legitur *CVMAEI.*

CAPVT II.

DE MVTATIONE DIPHTHONGORVM.

Ex *Vocalibus* coaleſcunt et conflantur *Diphthongi*, quibus itidem varie vſos Antiquiores obſeruauimus, vt pro *Ae* nonnulli *Graecorum* more ſemper efferebant Ai: quidam *ſingulariter* tantum, cum in *Genitiuum* vel *Datiuum* Caſum incidiſſent, vt Quintilianus teſtatur. Hinc *Aimilius*, *Aiternus*, *Paitus* in antiquis Marmoribus exſtat: *Maiſius*, *Nainia*, *Operai* adſeruant veteres plerique Libri. Poëtae autem hac Diphthongo diſtracta fere vtebantur, vt Ennius *Terrai frugiferai*, et Naeuius, Lucretius, atque etiam ipſe Virgilius, cum ait: *Alai in medio*, et *Pictai Veſtis.* *Oe* fuit loco V Vocalis; vt *Poenio*, (a quo manet *Poena*,) *Moerus*, *Moenera*, *Poeniceus*, *Oeſus*, quae nunc Punio, Murus, Munera, Puniceus, Vſus. *Commoetat* pro Commutat, Cato de Re Ruſtica. Interdum ponebatur loco I, vt *Loeberum* Liberum, *Loebertas* Libertas, Feſtus: maxime in *Nominatiuis Pluralibus Graeca* terminatione, vt *Oloe*, Olli, ſiue

Digitized by Google

Illi in Lege Regia: *Si Parentis Puer verberit, aſt oloe ploraſſint.* In Carmine Saliari: *Pilomnoe Poploe,* id eſt, Pilumni Populi, ſcilicet Romani, *Pilis* in Bello vti adſueti. Au pro O, *Auſculor,* Oſculor (f), *Aula* Olla. Vnde *Aulicoqua* Exta, quae in *Ollis* coquuntur, *Raudus* Rodus in XII. Tabulis; Rauduſculo *libram ferito.* *Caurus* Corus Ventus, *Saurex* Sorex, *Caudex* Codex, a quo *Caudicariae* Naues. E diuerſo O, pro *Au,* vt *Clodius* apud Ciceronem, quem *Claudium* aliis dictum *Dio* Hiſtoricus notat, *Coda, Plodo, Ploſtrum, Cloſtrum,* pro Cauda, Plaudo, Plauſtrum, Clauſtrum; quae Diomedes Libro primo annotavit, et in veteribus Libris paſſim occurrunt. *Oricularius* clyſter in Libris Medicorum pro auricularius. *Deborito* Dehaurito, *Polulum* Paululum, Cato de Re Ruſtica; *Copo* et *Copona* pro Caupo et Caupona, Feſtus et Cariſius. Praeter has autem *Diphthongos,* quibus hodie vtimur, aliis multos vſos Veteres conſtat, vt Ei pro I longa: vnde *Quei, Lucei* in antiquis Libris; *Etruſcei, Sabinei* in Monumentis legitur. Quem vſum tradit Lucilius Lib. 9. Satyr. vbi de Litteris diſputat.

Iam Puerei venere, E poſtremum facito atque I,
Vt plures Puerei fiant. I ſi facis ſolum
Pupilli, Pueri, Lucilli, hoc vnius fiet,
Hoc illi factum eſt vni, tenue hoc facies I.
Haec illei fecere, addes E, vt pinguius fiat.
Meille hominum, duo meillia, item huic vtroque opus meille.
Meilitiam, tenues I, Pilam, qua ludimus, Pilum
Quo pinſo, tenues I, plura haec feceris, Peila
Quae iacimus, addes E, Peila, vt plenius fiat.

Menda-

Mendacei Fureique addes E, quam dare furei Iuſſeris.

Sed a *Lucilio* diſſentiunt Quintilianus et Velius Longus, qui obſeruationem illam cum ſuperuacuam, tum incommodam eſſe docent. OI, vt *Coilium* Coelum, *Proilium* Proelium, quod retinent Libri veteres Plauti in Menaechmis:

Ego iſtic mihi hodie apparari iuſſi, apud te proilium
Hodie vt fieret: in eo vterque pro Ilio potabimus.

Vbi eſt venuſta PARONOMASIA *Proilium* et *pro Ilio*, quae nulla eſt in Voce *Proelium*. OV, vt *Fourius*, *Foures*, *Ious*, *Ioudico*, aliaque huiusmodi, quae in antiquis Inſcriptionibus exſtant.

(f) Cum aliquando (Menſ. np. Nouembr. Anni CHR. M DC LXXIX.) *Illuſtrem atque Excellentiſſimum VIRVM* DN. IOBVM LVDOLFVM, ICTVM *celeberrimum, Conſiliarium Saxo-Gothanum ſplendidiſſimum, Linguarum Orientt. Doctorem peritiſſimum, Patronum meum adhuc magnum et certum*, eumque DRESDAE in arduis Sereniſſ. DVCIS ac HERI ſui negotiis t. t. commorantem, de Origine Mutationis *DIPHTHONGI* Au in O modeſtiſſime quaererem; doctam atque eruditam hanc Reſponſionem, inque chartam beneuole atque eleganter coniectam accepi ex animi ſententia: *Ad quaeſtionem Tuam*, HEKELI CL. *cur* AVSCVLOR *pro* Oſculor *apud* Pacuuium *reperiatur*, *ſciendum*, vel *illius Autoris*, vel *certae Regionis cuiusdam Dialectum fuiſſe. Nihil enim inter Nationes frequentius, quam* permutatio DIPHTHONGI Au in O. *Hinc* MAVRVS, *e* Mauritania *oriundus*, Italis MORO, *nobis* ein Mohr. *Et ſic in* Latinis *plerisque* Itali Au *in* O *mutant*. *Exempl. gr.* Laude LODE, &c. *vt verisimile ſit*, *multos* Latinorum *olim ſic pronunciaſſe. Nam et* Galli *pro* Aurum *dicunt* OR. *Sic* Germani *noſtri* Lauri baccam *vocant* Lorbeer/ Auris Ohr. *Et vice verſa ex* O *faciunt* AV, *vt cum ex* LORA *fecerunt* Laur. *Immo pro diuerſitate Re-*

gionum nonnulli pro AUGEN *dicunt* Ogen : *pro* LAUFEN | Loſen : KAUFEN | Koſeñ ; *quod apud* Saxones et Belgas *perpetuum eſt*, *qui dicunt* Loopen | Kopen | *et ſimiliter.*

CAPVT III.

DE CONSONANTIVM INTER SE COMMVTATIONE.

Nec minor varietas et mutatio fuit inter Litteras Conſonantes, ſicut inter B et P, vnde *Scapreo*, pro *Scabreo* Ennius et Pacuuius apud Nonium : *Optineo*, *Optulit*, *Suptile*, Libri et Monumenta. B et V Veteres et in pronunciando et in ſcribendo indifferenter poſuerunt, vt *Ferueo* et *Ferbeo*, *Ferbeſco*. Horatius Lib. I. Sermon.

Velatumque ſtola mea cum conferbuit *ira.*

Rebito Plautus in Captiuis: *At ſi non* rebitas *huc.* *Reuito* περικάμψω Gloſſar. *Billius* eſt apud Valerium Maximum Lib. 8. Idem *Villius* apud Liuium Lib. 29 et 31. *Bagienni* Populi nominantur a Varrone Lib. I. de Re Ruſtica, qui *Vagienni* a Plinio Lib. 3. Sic in antiquis Monumentis leguntur *Albus*, *Serbus*, *Amauilis*, *Venemerens* et ſimilia. Ex hoc autem promiſcuo et indifferenti Vſu iſtarum Litterarum multi errores veterum Autorum Libros inſederunt, vt in Dictionibus *Acerbat Aceruat*, *Habe Haue*, *Belle Velle*, *Bilis Vilis*, *Iubet Iuuet*, *Nobis Nouis* ; quarum altera in alterius locum migrauit ; ſicut *Fauia Lex* et *Fauiana Actio*, *Iubentius*, *Iubolenus*, *Habitus* ſcriptum fuit pro *Fabia*, *Fabiana*, *Iuuentius*, *Iauole-*

dolenus, *Auctus*. C et G inuicem commutarunt, vt *Acetare* dicebant; quod nunc dicimus Agitare, Feſtus. Idem et *Calbei* et *Galbei*, *Cerrones* et *Gerrones*, *Culiocae* et *Gulioeae*, *Clucidatum* et *Glucidatum*. Sic in Lege *Numae*: ACNOM FEMINAM CAEDITO. Et in XII. *Tabulis*. NEI CVM EO PACIT. Vt et in Libris *Augurum*: INTERA EA CONRECIONE, pro *Conregione*. Similiter in antiquis Marmoribus et Numiſmatis *Curges*, *Calba*, *Calbinus*, *Oculnius*, pro Gurges, Galba, Galbinus, Ogulnius. *Germalum* Montem Romae nominat Varro, *Cermalum* Feſtus; *Ancras* Arborum interualla, Idem; *Angras* Iſidorus. *Caius* vulgo, in P*andectis Florentinis* eſt *Gaius*. *Gummis* a Catone dicitur *Cummis*, vt a *Graecis* κόμμι. *Vacca* Oppidum et *Vaccenſes* ſunt Salluſtio, V*aga* et *Vagenſes* Plutarcho et Ptolomaeo, quibus pleraque *Salluſtii* antiqua Exemplaria accedunt. Item *Sugambri*, *Nongaea*, *Nonagria*, *Lygurgus* habent Libri veteres. Praeterea mutant C et QV, vt *Arquus*, *Oquulus* pro Arcus, Oculus, Priſcianus. Viciſſim A*nticus*, *Eculus*, pro Antiquus, Equulus ſcripti Libri. *Quum* vel *Quom* ſcribi indicat Quintilianus, qui velut frigidam notat, quae ſit a multis tradita Differentia, vt cum ſignificaret Tempus, Q; cum autem cauſam vel Coniunctionem, C acciperet. *Quoi* pro Cui paullo ante *Quintiliani* aetatem, vt diſtingueretur a Nominatiuo Qui, ſcribebatur, vt Virgilius Lib. 3. Georgicor. *Qui non dictus Hylas*, Sic illud Terentii in Andria. *Qui mihi exorandus eſt*; nonnullos legiſſe, *Qui mihi expurgandus eſt*, pro Cui, annotat Donatus. Q*uae* ratio ſcribendi, opinor, induxit *Seruium Grammaticum*,

Digitized by Google

vt Nominatiuum *Qui* pro Cui, vel Quoi perperam acciperet, in illo Virgilii Ecloga 4. - - *Qui non riſere Parentes.* *Delicia* tignum, Feſtus, *Deliquiae* Vitruuius Lib 6. *Querquera* febris, Lucilius, *Quercera* Gellius Lib. 20. *Cotidie* non Quotidie, licet originem habeat a quoto die, ſcribunt Quintilianus et Victorinus. *Stercilinium* pro Sterquilinium habent Libri veteres Catonis de Re Ruſtica, et Terentii in Phormione. Quibus conſentiunt Pandectae Florentinae. *Inſeco* et *Inſequo*, id eſt, dicendo praeeo, et ſequentem verba duco, Ennius, Liuius Andronicus, et Cato, vt diſputat Gellius Lib. 18. *Huiusce* et *Huiusque* promiſcue olim ſcribebant, etſi Victorinus iſta ſignificatione diſtinguit. Hinc eadem *Fortuna huiusce diei* apud Plinium Lib. 34. et *Fortuna huiusque diei* apud Ciceronem Lib. 2. de *Legibus*: et Victorem de *Regionibus* Vrbis: VICVS HVIVSQVE DIEI FORT. AED. Sic D et L vt *Dacruma* Lacruma, *Dautia* Lautia, *Fidius* Filius, *Reduuia* Reluuia, aliaque id genus, de quibus praeter Feſtum, *Victorinus* his verbis: *Nouenſiles ſiue per L, ſiue per D ſcribendum. Communionem enim habent hae Litterae apud antiquos*, *vt* Dinguam *Linguam*, *et* Dacrimas *Lacrimas*, *et* Capitodium *Capitolium*, *et Sella a* Sede, *Olere ab* Odore. *Melicae* Gallinae appellantur, quae Medicae a Media Inſula dici debebant, autore Varrone et Columella. *Delicare* pro Dedicare, et *Delicatus* pro Dedicatus, ſiue Conſecratus, *Impelimenta* Impedimenta, *Caſſilem* Caſſidem, Feſtus. D et R vt *Apor*, vel *Apur*, pro apud, idem, et Victorinus. *Medidies* Meridies, Varro Lib. 6. de Lingua Lat. In Lege

Numae:

Numae: IOVI FEDETRIO BOVIM CAEDITO. *Monerulae* pro Monedulae. Plautus in Captiuis: *Aut* Monerulae, *aut Anates*, *aut Coturnices dantur*. *Arueſtum* Aduectum, Cato de Re Ruſtica, *Arcedo* pro Accedo, Turpilius in Boethuntibus:

Qui verba venatur mea, *Peſtis* arcedat, *et ſermonem hinc ſublegat.*

Arfero Adfero, vnde *Arferia aqua*, *quae in ſacris inferorum adferebatur*, Feſtus. Similiter *Aruenio*, *Aruento*, *Arfari*, vt notat Priſc. lib. 1. *Antiquiſſimi vero*, inquit, *pro* AD, AR *ponebant*, Aruenas, Aruentores, Aruocatos, Arfines, Aruolare, Arfari *dicentes*, pro *Aduenas*, *Aduentores*, *Aduocatos*, *Adfines*, *Aduolare*, *Adfari*. D et T, vt *Andruare* et *Antruare*, id eſt Circumflectere; *Drua* et *Trua* Cochlear, quo olla commouetur, Feſtus: et maxime in fine Dictionum, vt *Apud* et *Aput*, *Ad* et At, *Quod* et *Quot*, *Quodannis* et *Quotannis*, *Sed* et *Set*, *Haud* et *Haut*: quae etiam nunc in optimis vetuſtiſſimis Libris promiſcue ſcripta reperiuntur. Id quod videtur confirmare Quintilianus lib. 1. vbi notat, quosdam frigide obſeruare, vt *Ad*, cum eſſet Praepoſitio, D Litteram; cum autem Coniunctio, T acciperet. Quam tamen Differentiam ſequendam praecipit Victorinus, et ſimilem tradit inter *Haud* et *Haut*: *Haut*, inquit, *D Litteram conſeruat*, *ſi ſequens vocabulum incipiat a Vocali*, *vt*, Haud aliter *minor*, *et* Haud equidem: *at cum Verbum a Conſonante incipit*, *D perdit*, *et T inducit*, *vt* Haut dudum *et* Haut multum. F et C, vt *Ecſero* Effero, *Ecſari* Effari apud Plautum ſaepe, et Lucilium lib. 26.

Digitized by Google

- - *Neu Myſteria ecferres foras.* F et H, vt *Forda* et *Horda* Bos praegnans, a quo *Fordicidia* et *Hordicidia* Sacra, Varro. Idem *Foedus*, *Folus*, *Foſtis*, *Foſtia*, *Fircus*, pro Hoedus, Holus, Hoſtis, Hoſtia, Hircus, idem Feſtus. *Hanula* pro Fanula, parua Delubra, idem. *Hortes* pro Fortes, Iſidorus. F et R, vt *Sufflamen*, et *Sufframen*, *Conflages* Loca, in quae diuerſi confluunt Venti, Feſtus; *Confrages*, Iſidorus. Hinc in Verſu Plauti in Curculione legit Feſtus *Clupeatum Elephantum machaera dirigit*; Nonius autem *diligit*: vbi tamen nunc melius eſt *diſicit*. G et N de quarum communione ita Varro lib. 1. de Ling. Lat. *Aggulus*, *Aggens*, *Agguilla*, *Iggerunt*, in eiusmodi *Graeci* et *Attius* noſter binam G ſcribunt, alii N et G, quod in hoc veritatem facile videre non eſt. Similiter *Agceps* et *Agcora*. Ita *Stagneum* pro Stanneo Plaut. apud Feſtum: *Murraticum autem videa in vaſis* ſtagneis. Scribonius Largus: Pixide *ſtagnea*, Vaſe *ſtagneo*. Vlpianus D. ad Legem Cornel. de Falſis: *Ne quis numeras* ſtagneos, *plumbeos emere vendere dolo malo velit*. L et N, vt Lympha *Nympha*, Lingua *Ningua*, vnde Ninguoſi Garruli, Gloſſae Iſidori. Luſcitioſus et *Nuſcitioſus*, qui interdiu parum videt, Feſtus. L et R, vt Palilia et *Parilia* Sacra, Proeliaris et *Proelialis* Dies, Latiaris et *Latialis* Iupiter; *Pellicio* Perlicio, Velius Longus; Perlego *Pellego*, Terentius Scaurus in Verſu Virgilii:

Pellegerent *oculis*. *Agonalia* Agonaria Sacra, Gloſſae; *Mortualia* Plaut. in Aſinaria:

Haec ſunt non nugae. Non enim mortualia.

Mortuaria Gellius lib. 18. *Vos Philoſophi mera*

eſtis,

Digitized by Google

eſtis, *vt* Cato *ait*, Mortuaria *gloſſaria*, *Imperia* pro *Impelia*, ſiue *Impilia* ſcribitur in Libris *Pandectarum* ex *Pauli* ad Sabinum 4. *Lecti etiam inargentati*, culcitrae, *totalia*, imperia, *Vaſa aquaria*. L et T, vt *Thetis Dea Graece*, Ennius *Thelis*, *Dea* Thelis *ei mater*. M transire in N, adnotat Priſcianus Lib. 1. maxime ſequentibus Litteris D. T. C. Q. vt Tam, *Tandem*, *Tantum*, *Tantundem*, Idem, *Identidem*, Num, *Nuncubi*. Contra *Muginor*, pro *Luginor*, id eſt, Nugor. Varro: *Dum iſta muginamur pluribus horis viuimus*. M et S mutant in fine Dictionum, vt *Demus* pro Demum, Liuius Poeta, teſte Feſto, *Seorſus* pro Seorſum, Afranius apud Cariſium, *Prorſum* pro Prorſus. Idem in Emancipato:

Vetuit me ſine mercede prorſum paucies

Remeare in ludum. N et R, vt *Architectores* pro Architectones, *Strigores* pro Strigones homines magnarum virium, Feſtus. Item *Extrarius* et Extraneus, *Praecidarius* et Praecidaneus, *Proletarius* et Proletaneus, *Vicarius* et Vicaneus, *Praeſentarius* et Praeſentaneus, quae eadem eſſe, et nihil omnino differre monui Lib. 2. De Differentiis Verborum. N et S migrant fere in fine Graecarum Dictionum, vt *Aris* Arin, *Eleuſis* Eleuſin, *Delphis* Delphin, *Minos* Minon, et ſimilia, quae Priſcianus obſeruauit. R et S, vt *Comperce* pro Compeſce, Feſtus; *Quaere* pro Quaeſe. Plautus in Menaechmis:

Quaere meum Patrem, tecum ſimul vt veniat ad me:

Niſi quis hic malit quaeſe; vti in Bacchidibus:

Mirum eſt, me vt redeam te opere tanto quaeſere.

Contra *Eſit*, vel *Eſcit*, *Obeſit*, *Supereſcit*, pro Erit, Oberit,

rit, Supererit, Feſtus. In XII. Tabulis: SI MORBVS AEVITASVE VITIVM ESIT; et QVOI AVRO DENTES VINCTI ESVNT. Ennius in Annalibus: *Dum quidem vnus homo* Romae *toga* ſuperèſcit, Lucretius Lib. 1.

Ergo rerum inter ſummam minimamque quid eſcit.

Auſelii, *Papiſii*, *Valeſii*, antiquitus nominati, qui poſtea Aurelii, Papirii, Valerii, de quibus Cicero in Epiſtola ad Paetum. Varro Lib. VI. de Lingu. Lat. *In quo Antiqui dicebant* S, *nunc dicunt* R, *vt in* Carmine Saliari ſunt haec: *Coſculo, Doloſi, Eſo. Poſt* melios *melior*, *Foedeſum* Foederum, *Pluſima plurima*, *Ianitos*, *Ianitor*, Cato de Re Ruſtica: *Fundus melios erit.* Item *Amos*, *Colos*, *Honos*, et ſimilia Maſculina nunc in OR finita. Plautus in Curculione;

Eius amos *cupidam me huc prolicit.*

Clamos Ennius Lib. 17. Annal.

Tollitur in coelum clamos *exortus vtrimque.*

Colos Varro in Prometheo: *Ex ſanguinibus dolore euireſcat* Colos, Sall. in Catilina: Colos *eius exſanguis.*

Labos, *Odos*. Idem ibidem: *Igitur talibus viris non* labos *inſolitus.* Terentius in Hecyra: *Aliquis obiectus eſt* labos. Plautus in Captiuis: *Quorum* odos *ſubbaſilicanos omnes abigit in forum.* Idem in Curculione: - - - *naſo* odos *obſecutus eſt meo. Timos*, *Vapos*: Laeuius Lycurgo, *Iam ibi nos implicat aduenientis* timos. Lucretius Lib. 6. *permanat* odos, *frigusque.* S et H, vt *Hoſpicatur* pro Suſpicatur Claudium Quadrigarium Lib. 8. *Annalium* dixiſſe obſer-

ſeruat *Diomedes*, qui mihi tamen de mendo ſuſpe-ctus eſt, et puto illum notare voluiſſe *Soſpicatur* pro Suſpicatur dictum, V in O verſa. Rurſus *Sos* pro Hos dixit Ennius Lib. I. Annal.

Conſtitit inde loci propter ſos *Dea Dearum.*

et Lib. 3. *Circum* ſos*que ſunt magnae Gentes opulentae*: quibus in locis Feſtus *Sos*, pro Eos accipit. S et T, vt *Adgrettus*, *Exſutus*, pro Adgreſſus, Exſuſus. Ennius *Adgrettus fari.*

Merto Merſo, Lucretius lib. 5. - - *contra nunc rerum copia mertat.*

Pulto et *Pultatio* pro Pulſo et Pulſatio. Terent. in Heautontim. *Ceſſo* pultare *oſtium.* Plaut. in Moſtellaria: *Pultabo Heus.* Idem in Bacchidibus: *Quaenam iſtaec eſt* pultatio? *Oſtentus*, *Tertus*, Oſtenſus, Terſus. Terentius in Phormione: *Ni mihi eſſet ſpes* oſtenta. Varro lib. 3. Rerum diuinar. *Salute* oſtenta. Idem in Satyra: Ἔχω σε; Terta *nitet galea.* *Ipſipti*, vel *Ipſipte* Feſtus, et Gloſſae, quod Plauto in Ciſtellaria *Ipſipſus eſt.* S et X, vt *Nugas* pro Nugax, Cariſius et Priſcianus. Varro in Synephebo: *Quod ſi Actaeon occupaſſet et ipſe prius ſuos canes comediſſet, non* nugas *ſaltatoribus in theatro fieret.*

Adaſſint pro Adaxint, Plautus in Aulularia.

Vtinam me Dii adaſſint *ad ſuſpendium.*

Ninſi pro Ninxi, Priſcianus. X et C magnam habent adfinitatem. Vnde ab *Illexit* fit Illicium, autore Varrone lib. 6. *Secus* pro Sexus neutri Generis, et vnius Caſus. Plautus in Rudente: *Virile* Secus *nunquam vllum habuit.* Salluſt. lib. 2. Hiſtor. *Concurrentium vndique virile et muliebre* Secus.

Gelli-

Digitized by Google

Gellius lib 3. *Quod eius virile* Secus *futurum eſt.* Auſonius, VESTA, CERES et IVNO Secus *muliebre ſorores.* Idem: *Nota* Calidoniis *nuribus muliebre* Secus *Strix.* Arnobius lib. 5. *In quo* Secus *virile, non ſolum homines ponunt.* Ammianus Marcellinus lib. 16. Rerum geſtarum. *Egreſſi promiſcue virile et muliebre* Secus *ſine aetatis vllo diſcrimine trucidabant.*

CAPVT IV.

DE LITTERARVM IN DICTIONIBVS ADIECTIONE.

Vt autem Litteris commutatis, ſic quoque iisdem adiectis, vel detractis multa Veteres variarunt. Cuius rei ignoratione plurima in optimorum Autorum Libris interpolata ſunt. Et aliquando quidem Litterae appoſitae in initio Dictionum, vt *Stlocus* Locus, *Stlatus* Latus: Vnde manſit *Stlata* genus Nauigii, quod plures Malos, aut Aſſeres habet, *Stlis* Lis, a quo nuncupati Decem viri Stlitibus iudicandis, *Stritauus* Tritauus, *Scenſa* Coena, *Seſopia* Eſopia, Feſtus. *Scaelum* Caelum in carmine Saliari, *Sed iam* Scaelo *candens aurora. Gnoſco, Gnarro, Gnobilis, Gnauus, Gnatus*, quae in Compoſitione nunc G Litteram ſeruant, vt *Ignoſco, Ignarus, Ignobilis, Ignauus, Cognatus.* Quamuis *Cicero* aliter ſentire videatur in Oratore, cum ſcribit; Noti *erant, et* Naui, *et* Nari; *quibus cum* In *praeponi oporteret, dulcius viſum eſt,*

Ignoti

Digitized by Google

Ignoti, Ignari dicere, quam veritas poſtulabat. Cui conſentit Feſtus, qui *Nauus* in Ennio et Plauto agnoſcit, vt etiam Libri veteres Salluſtii in Iugurtha: *Imperata naui fecerant.* Interdum autem in medio Dictionum Litterae interpoſitae, vt C in *Frucmentum, Ferctum*, genus Sacrificii apud Catonem, *Forctis* in XII. Tabulis: NEXO SOLVTO FORCTI SANATIQVE ITEM IOVS ESTOD. *Dumecta, Eſcit* pro Dumeta, Eſit, ſiue Erit, Feſtus. D in iungendis Verbis, vt *Mederga, Sederga, Tederga:* ſicut eſt in *Redarguo, Redimo, Redamo.* Plautus in Aſinaria: *Si quid* mederga *tu hodie falſum dixeris.* Idem in Epidico: *Meus deliquiſſet* mederga. E, vt *Cereo* Creo, a quo forte CERES Dea appellata. Varro lib. 5. de Lingu. Lat. *Cerno a cereo, id eſt creando. Trabes* Ennius et Varro in Satyris: *Plebes* Cato et Salluſtius vbique. *Arbiterium* pro Arbitrium ſaepe ſcribitur in *Pandectis Florentinis*, et in *Inſcriptione Romana:* M. LARGIVS M. F. POMPTINVS ARBITERIO LARDIAE FORTVNATAE VXORIS. *Dextera, Extera, Infera; Intera, Supera*, pro Dextra, Extra, Infra, Intra, Supra. In Libris Augurum, Intera *ea conrectione.* Cicero Arato.

Toruus draco ſerpit ſubter ſuperaque *retorquens*
Seſe Lucretius Lib. 2.
Linquit enim ſupera *tetri primordia viri.*

et aliis multis locis. I, vt *Audaciter.* Cicero pro Sex. Roſcio, *multa ſcelerate, multa* audaciter, *multa improbe feciſti.* Seneca in Libro: Quare bonis Viris mala accidant? Audaciter *Veteranus cruorem ſuum ſpectat. Cauitum, Ducitum*, Plautus in Milite:

Opper-

Opportune mihi cauita *eſt haec Epiſtola.*

Idem in Truculento; *Quia te* adduciturum *huc dixeras.* Vlpianus lib. 45. ad Edictum: Ducitum *a Graeco. Fauitum, Fauitor*, quod tamen negat Cariſius vlla Veterum autoritate, vel ratione dici. Plautus in Amphitr. *Sat habet* Fauitorum *ſemper, qui recte facit.* Idem ibidem: *Si cui* fauitores *deligatos viderint.* Lucilius lib. 29. Fauitorem *me tibi atque Amicum ſummum. Vaciuus, Vaciuitas*, pro Vacuus, Vacuitas. Plautus in Caſina: *Aures vaciuae ſi ſunt.* Idem in Curculione: *Ita cum* vaciuitate *venio laſſi lactibus. Calix, Merix*, pro Calx, Merx. Idem in Poenulo: *Quin prius diſperibit ſaxo, quam vnum* calicem *ciuerit. Nauita* Nauta, praeter Poetas, Cato et alii. *Stribilita* genus Placentae, quod apud Catonem *Scriblita.* Plautus in Poenulo:

Nunc dum ſcribilitae *aeſtuant occurrite.*

Ciuitatium, Haereditatium, Anuis, Victuis, et ſimiles Genitiui: de quibus ſuo loco dicemus.

M, vt *Aeditimus* pro Aedituus, in quo ineptiunt *Grammatici*, qui hoc ſignificatione diſcernunt. Varro lib. 1. de Re Ruſtica: *Rogatus ab* Aeditumo, *vt dicere didicimus a Patribus noſtris, vt corrigimur a recentibus vrbanis ab Aedituo.*

N, vt *Ferinunt, Nequinunt, Obinunt, Prodinunt, Redinunt*, pro Feriunt, Nequeunt, Obeunt, Prodeunt, Redeunt, Feſtus. *Thenſaurus, Vicenſimus, Octogenſimus, Totiens, Quotiens* habent Pandectae Florentinae: e quibus poſteriora duo etiam in aliorum *Autorum* Libris veteribus perſcripta exſtant, atque

ita

ita ſcribenda eſſe monuerunt Caper et Victorinus Grammatici. *Pauciens* obſeruat Feſtus Titinii Gemina, *Vxorem* pauciens *video*. P, vt *Ips*, *Quips*, pro Is, Quis, vt alibi annotauimus. R, vt *Laneus* Lanerus, *Querceus* Quercerus. S ante M, vel T, vt *Duſmoſus*, *Caſmenae*, *Coſmittere* Varro et Feſtus, pro Dumoſus, Camenae, Committere. Ennius Lib. I. Annal.

Muſai, *quas memorant* Caſmenas *eſſe* Latini.

Obſtineo, *Obſtrudo*, pro Obtineo, Obtrudo, in Carmine Saliari, *Sed iam ſcaelo candens aurora* obſtinet *ſiuum patrem*. Plautus in Curculione: *Atque illud prius* obſtrudamus. *Praeſtergeo* Praetergeo, idem in Pſeudolo: *Vorſa*, praeſterga, *ſtrata*, *lautaque*. V, vt *Duo*, Do, *Adduo*, *Creduo*, *Reduo*, *Venunduo*; Plautus, Terentius et Vetuſtiores omnes. *Anguina* pro Angina, Gloſſae; *Bouarium* pro Boarium antiqua Inſcriptio, IN FORO BOVARIO. *Nuculeus* Nucleus. Plautus in Caſina: *Qui e nuce* nuculeum *eſſe volt*. Idem in Captiuis: Nuculeum *amiſit*, *reliquit pigneri putamina*. *Nomenculator*, *Figulinae*, *Secutio* pro Nomenclator, Figlinae, Sectio, habent Pandectae Florentinae. *Lautumiae*, quas Cicero in Verrem 7. et Feſtus dicunt Latumias, eſt in Pandectis et Seneca Lib. 9. Declamat. et Controuerſiarum 5. *Cum Reus rogaret*, *vt in* Lautumias *transferretur*, *Ne nunc*, *inquit*, *quemquam veſtrum decipiat nomen* Lautumiae, *illa animo meo non lauta res eſt*. *Ninguo*, *Tinguo*, *Vngueo*, *Vrgueo*, Varro Lib. 7. de Lingua Lat. *Et alia* vrguent. Idem Lib. 8. *Cum alia vis* vrguet. Virgilius Lib. 3. Georgic.

Inter-

Digitized by Google

Interea toto non ſecius aequore ninguit. Et Lib. 1. Aeneides. *Quid tamen Oceano properent ſe* tinguere *ſoles.* Idem ibidem: *In breuia et ſyrtes* vrguet. Lucretius Lib. 4. Vnguit *amaracino, et foribus miſer oſcula figit:* Quam Scripturam Verborum *Vnguo* et *Tinguo* approbant Valerius Probus, et Caper Grammatici. *Duonum* pro Donum in Carmine *Cn. Martii* Vatis: *Quamuis nouentium duonum* neginate, id eſt negate et repudiate donum, etiam eorum, quos noueritis. Aliquando vero in Fine Dictionum Litterae adiectae, vt C in Pronominibus *Hic*, *Haec*, *Iſtaec*, pro Hi, Hae, Iſtae, de quibus infra. D in omnibus fere Vocibus vocali Littera finitis, tum maxime, cum ſubſequentis Dictionis prima Littera eſt vocalis. Hinc *Eſtod*, *Habetod* in XII. Tabulis, et in Columna Duilii *Altod*, *Marid:* de quo ita Quintilianus Lib. 1. *D Latinis veteribus plurimis in verbis in vltimo adiecta eſt, quod manifeſtum eſt etiam ex* Columna roſtrata, *quae eſt* Duillio *in Foro poſita.* *Med*, *Sed*, *Ted*, *Meritod*, et id genus alia Ennius et Plautus. E, vt *Lacte*, *Sale*. Ennius Lib. 7. Annal. *Coeruleum ſpumat ſale conferta rate pulſum.* *Cume*, *Tame*, pro Cum, Tam fuit in carmine Saliari, quod recitat Terentius Scaurus. *Virgiliae*, *Laertiae*, et ſimiles Vocatiui Nominum ſecundi Ordinis; de quibus Priſcianus Lib. 7. *Exemplare*, *Pugillare* et talia Neutra, quae hodie in AR deſinunt. I vt *Sicuti*, *Vti*, *Veluti* Ennius, Cato, et Salluſtius fere ſemper vſurpant. N. vt *Atquin*, *Caeteroquin*, pro Atqui, Ceteroqui in optimis Libris Pandectarum aliquoties occurrit. Huc pertinet geminatio Vocalium, quam etiam

Quin-

Digitized by Google

Quintilianus notauit; cum ſcilicet Vocalem producendam vetuſtisſimi geminarent tam in fine, quam medio Dictionum, vt *Feelix*, *Viirtus* in Numiſmatis, *Eiius*, *Eii*, *Reii*, *Habuuit*, *Fluuit* in Libris antiquis exſtat. De quo ita Priſcianus Lib. 1. *Vt Maius*, *Peius*, *Eius*, *in quo loco Antiqui ſolebant geminare eandem I Litteram*, *et Maiius*, *Peiius*, *Eiius ſcribere*, *quod non aliter pronunciari poſſet*, *quam ſi cum ſuperiori Syllaba prior I*, *cum ſequenti altera proferretur*, *vt Peiius*, *Eiius*, *Maiius*: *et duo II pro duabus Conſonantibus accipiebant*. *Nam quamuis I ſic Conſonans in eadem Syllaba geminata iungi non poſſet*, *ergo non aliter*, *quam Tellus*, *Mannus proferri debuit*. *Vnde* Pompeii *quoque Genitiuum per tria I Antiqui ſcribebant*, *quorum duo ſuperiora loco Conſonantium accipiebant*, *vt ſi dicas* Pompeiii. *Nam tribus III iunctis*, *qualis poſſit Syllaba pronunciari?* Quod *Caeſari*, doctisſimo artis Grammaticae, placitum a *Victore* quoque in Arte Grammatica comprobatur. Sic *Eii*, *Reii*, Plaut. in Caſina:

Senex hic maritus habitat, *Eii eſt Filius*. Et mox:

Eſt eii quidam ſeruus. Item in Prologo Militis.

Magnai reii publicai gratia,

Lucretius Lib. 1. - - *neque vlla*

Praeterea reii, *quae Corpora mittere poſſit*.

Idem Lib. 5. *Nam primum quicquid fulgoris diſperit eii*. Idem ibidem: - - *via*, *qua munita fideii*. *Fuuit*, *Fluuit*, *Fluuidus*, *Habuuit*. Plaut. in Poenulo:

Quo genere gnata, *qui Parentes fuuerint*.

Digitized by Google

Idem in Aſinaria: *Tot reddat ſpurcas, quod puras habuuerit.* Lucretius Lib. 2.

Sed quod amara vides eadem, quae fluuida conſtant: et alibi ſaepius.

Capvt V.

DE LITTERARVM IN DICTIONIBVS DETRACTIONE.

Rvrsvs Litterae omiſſae et abiectae in initio, vel medio Dictionum, et maxime Conſonantes, quas Veteres non geminaſſe, Grammatici monuerunt, vt *Anus*, *Feſus*, *Oli*, *Tera*, pro Annus, Feſſus, *Illi*, Terra. A, vt *Cludo*, *Cluſus*, non modo Antiquiores, ſed etiam Seneca in Epiſtolis frequenter vſurpat. *Defrudo* praeter Plautum in Aſinaria, et Terentium in Adelphis ac Phormione, etiam Paulus IC. lib. 4. Quaeſtionum. *Ne commodo dotis* defrudetur. *Quod* pro Quoad Terent. in Eunucho:

Munus noſtrum ornato verbis, quod *poteris*.

Id. ibidem: *iſtum aemulum*, quod *poteris, ab ea pellito*. Cic. lib. 12. ad Atticum: *Aut ego ad te totus, aut tu ad me*, quod *licebit* Gellius lib. 12. *Hominem poſtea*, quod *Capillus adoleſceret, domo continuit*. E, vt *Am*, pro eam Lucret. lib. 3.

Corpore qui noſtro rarus magis am *cobibeſſit*.

Vlpianus lib. 17 ad Legem Iuliam et Papiam: *Si totam* am *partem, ex qua quis Heres inſtitutus eſt*. Quo tamen

Digitized by Google

tamen loco ſuſpicor, illud *Am* negligentia Librarii repetitum ex poſtrema Syllaba praecedentis Dictionis. *Audibam*, *Cuſtodibam*, *Lenibam* et ſimilia, de quibus infra. H in principio Dictionum: vt *Allex* pro Hallex, Feſtus. *Ei* pro Hei in Libris antiquis Plauti in Caſina, Ei ei; *foetet tuus mihi ſermo*. *Em* pro Hem, Terentii in Eunucho: *Amo* em. Et, Em *Eunuchum tibi*. In Adelphis: Em *tibi reſciuit rem omnem*; Varronis lib. de Re Ruſtica: Em, *quin adſum*; Ciceronis lib. 13. Epiſtolar. Em *hic ille eſt de illis maxime*. Aut poſt Conſonantes, vt Cicero et Quintilianus, itemque veteres Grammatici teſtantur. Vnde etiam nunc *Broccus*, *Graecus*, *Pilippus*, *Triumpus*, *Tropaeum* retinent Nummi et Marmora, atque etiam plerique antiqui Libri. I, vt *Caldus* vſurpant Veteres omnes, *Frigdus*, *Ardus*. Attius in Annalibus - - *vt quam frigdiſſimus aluus*. Lucilius lib. 8. Satyrar.

Sallere muraenas, *mercem in* frigdaria *ferre*.

Idem lib. 27.

Ardum, *miſerrimum atque infelix lignum* Sambucum *vocant*.

Cante pro Canite fuit in Carmine Saliari:

Divom exta cante, *divom Deo ſupplice* cante.

Lamna, Lamina, Horatius lib. 2. Carmin.

Abdito terris inimice lamnae. Vlpianus ad Sabinum 44. *Quod neque in maſſa neque in* lamna. *Mna* Mina, Plautus in Aſinaria: *Viginti argenti commodas* mnas. Idem in Curculione: *Triginta* mnis *veſtem, aurum*. Poenulo, *Si ego* mnam *non vltus fuero*. *Subus* pro Suibus Varro lib. 1. de Re Ruſtica. - - *Ita Bu-*

bus

Digitized by Google

bus ac Subus, *vt fiant pingues.* Idem lib. 2. *De* Subus, *nemini ignotum.* Lucretius lib. 6. - - *ſetigeris* ſubus *acre venenum eſt*, et mox - - ſubus *haec iucunda videtur. Depoſtus, Repoſtus*, Poetae crebro vſurpant, in quibus Grammatici volunt eſſe Syncopen. M, vt *Tympanum, Typanum*, Gloſſae. N, vt *Pago, Tago, Attigo, Contigo*, Pacuu. in Teucro; *vt ego ſi quisquam me* tagit. Plautus in Bacchidib. *Ne* attigas *Puerum iſta cauſſa.* Apuleius lib. 9. Metamorphoſ. *Inchoatum guſtum extremis labiis* contigebat *Adoleſcens.* Sic *Piſo* Varro lib. 1. de Re Ruſtica.

- Vt *in piſtrino* piſetur *ac torreatur.*

Idem lib. 4. de Lingua Lat.

- *Pilum, quod eo far* piſunt.

Fros Idem lib. 15. Antiquitat. humanar. *Fros, Foenum, Meſſis.* Et lib. 1. de Re Ruſtica: *Vnde* fros *ouibus et bubus ſiet*: Virgilius lib. 2. Georgic.

- Fros *tenera imprudensque laborum. Columa* pro Columna, teſte Quintiliano. Vnde *Columen* et *Columella* forte dicta ſunt. *Tondes, Praſus, Praegnas Meſis* et ſimilia retinent veteres Libri Varronis et aliorum Scriptorum, abiecta N inter Vocalem et S Litteram, eaque Veteres promiſcue ſic pronunciaſſe teſtantur Grammatici, et manet veſtigium in eo, quod ſcribitur *Cos*, id eſt conſul. R, vt *Suſum, Deoſum, Ruſum, Proſum.* Cato de Re Ruſtica. *Ita ſubducito* ſuſum *animam.* Varro lib. 4. de Re Ruſtica: - - *Qui colunt* deoſum, *magis Aeſtate laborant, qui* ſuſum, *magis Hieme.* Idem lib. de Lingua Lat. - - *Cliuus proximus a* FLORE ſuſus *verſus.* Catullus:

Ani-

Animo aeſtuante ruſum *reditum ad vada tetulit.*
Afranius in Emancipato:

Vetuit me ſine mercede proſum *pauciens remeare in ludum.*

Paulus Lib. 2. de Adulteriis: *A Patre, Auo, Proauo et ceteris* ſuſum *verſus.* T, vt *Pacio* Pactio, *Dubio* Dubito, Feſtus. V, vt *Sis*, *Sos* et *Sas*, pro Suis, Suos et Suas. *Em*, vel *Im*, pro *Eum*, vt infra de *Pronominibus* dicemus. *Alis*, *Alid*, pro Alius, Aliud, a quo *Aliter* Adverbium formari cenſet Priſcianus, et *Alimodi* pro Aliusmodi, Feſtus. Salluſt. in Catilina: Alis *alibi ſtantes.* Catullus de Coma *Berenices*;

Coniugium, quo non fortior auſis alis.

Lucretius lib. 1. *Quando* alid *ex alio reficit Natura.* Et lib. 2. *Sic* alid *ex alio nunquam deſiſtet oriri.* Idem lib. 5. *Sic* alid *ex alio peperit diſcordia triſtis. Sauior et Sauium*, pro Suauior et Suauium conſtanter retinent Libri veteres Plauti, Terentii, aliorumque, et *Sauillum*, genus operis piſtorii a Suauitate apud Catonem. *Diſſauior* M. T. Cicero ad Tironem: *Etiamſi te veniens in medio foro videro*, diſſauiabor. *Circlus*, *Oraclum*, *Periclum*, *Seclum*, *Hercle*, *Singlariter*, et id genus alia exſtant apud *Poëtas*: quae metri cauſa ita contracta volunt *Grammatici*; cum tamen in ſoluta quoque Oratione inueniantur pleraque, vt *Tablinum*, *Figlinae*, *Triblae* apud Catonem. *Surcli* Varro lib. 1. de Re Ruſtica: *Quod ex arbore per* ſurclos *defertur in terram*, *Seclum* Cicero ad Atticum. *Promiſcus*, a quo Aduerbium *Promiſce* et *Promiſcam*, de quo infra. Gellius lib. 11. *Varia* Promiſcaque *et non neceſſaria.* Idem lib. 6.

Digitized by Google

Vt promiſce dici ſolet. Et alibi ſaepius. **In fine** Dictionum Litterae abiectae, vt C, *Iſti'* pro *Iſtic*. Afranius in Conſobrinis:

> *Hem* iſti' *parentum eſt vita vilis, liberis*
> *Vbi malunt metui, quam vereri ſe a ſuis.*

Illi' pro illic ſaepe apud Plautum. Turpilius in Canephoro, *Haud facile eſt venire* illi', *vbi ipſa eſt Sapientia.* Terentius in Hecyra: Illi' *vbi ſum adſidua.* Idem in Phormione: *Interea dum ſedemus* illi'. Varro lib. 1. Hebdomadon: *Quod* illi' *Iotae mortuo faciunt ſacra.* Lucretius lib. 1. Illi' *cum videant Solem.* Coelius ad Ciceronem: *Domitium quendam nobilem* illi'. E in Aduerbiis hac Littera deſinentibus, vt *Volup*, *Facul*, *Difficul*, pro Volupe, Facile, Difficile. H, vt *Pro*, loco Proh. Salluſt. in Catilina: *Pro Deum atque Hominum fidem.* Cicero in Oeconomico, *Pro Deum immortalium.* I in Datiuis quartae Declinationis, *Luxu*, *Victu*, *Sumtu*; et in Genitiuis quintae Declinationis, vt *Die*, *Facie*. Item in Genitiuis Nominum ſecundi Ordinis, quae geminatam Litteram I habent, vt *Oti*, *Peculi*, *Pecuari*, *Tuguri*: de quibus omnibus infra ſuo loco dicemus. M in Verbis, quae ipſo M finiuntur ſequente Vocali, vt *Secundo* pro Secundum. Varro lib. 2. de Re Ruſtica: Secundo *ea cum iam paſci poſſint.* *Viſu iri* Cicero lib. 1. Officior. *Se beneficos in ſuos amicos* viſu iri. *Datu iri*, *Creditu iri*, *Debitu iri*, *Traditu iri* in Libris *Iuriſconſultorum*. N abiiciunt Latini in *Graecis* Dictionibus, vt *Antipho*, *Darco*, *Meto*, *Xeno*; ad eundemque modum plurima, quae Priſcianus obſeruauit. *Laco* Horatius in Epod.

aut

Digitized by Google

aut fuluus Laco. S, vt *Qui, Aliqui, Siqui, Nequi*, Terentius in Phormione: Qui *nominat me*? Cicero: *Niſi* qui, *vt ſcis*, Parthicus *caſus acceſſerit*. Idem lib. 3. Officior. - - *Niſi* aliqui *caſus conſilium eius praeueniſſet*. Varro lib. 2. de Re Ruſtica: *Ne* qui *procellus a matre opprimatur*. Idem in Lege Maenia: *Si qui patriam maiorem parentem exſtinguit*. Idem Nominatiui Graeci in As; *Aenea, Pauſania*, et Genitiui in Is, vt *Ogygi, Perſi*: de quibus infra. *Mehercule* maluit *Cicero* dicere, quam Mehercules, vt ipſe teſtatur in Oratore his verbis: *Pomeridianas quadrigas, quam poſtmeridianas, libentius dixerim, et* Mehercule, *quam Mehercules*. Et ita ad Caelium: *Mihi* Mehercule *magnae curae eſt*. Quamuis in Verr. *Mehercules* bis dixit, et in Catil. et pro Plancio: Pro Amerino a. et in Bruto *Hercules*. *Ambo, Duo* Accuſatiuo Caſu Terent. in Andr. Ambo *opportune vos volo*. Idem in Adelphis: *Tu illos* duo *olim pro re tollebas tua*. Plaut. in Amphitr. - *Puer* ambo *anguis enecat*. Et in Epidico: *Quae Senes* duo *docte ludificetur*. Idem in Pſeudulo: *Lanios inde accerſam* duo. Lucilius:

Hunc pontes TIBERINOS duo *intercaptus catillo*.

Cato de Re Ruſtica: *Eo calcem cribro ſecretum indito alte digitos* duo. Varro lib. 1. de Re Ruſtica: Duo *Villicos et duas Villicas*. Idem lib. 2. *Satis eſſe* duo, *et id Marem et Foeminam*. Cicero Gallo: *Praeter nos* duo *loquitur iſto modo nemo*. Id. ad Q. Fratrem: Duo *Myſos inſuiſſes in culeum*. Virg. in Bucolicis:

Crateasque duo *ſtatuunt*. Id. ibidem:
Nam ſaepe ſenex ſpe carminis ambo *Luſerat*.

Digitized by Google

Et lib. 4. Georgicor.

Verum vbi ductores acie reuocauerit ambo.

CAPVT VI.

DE SYLLABARVM IN DICTIONIBVS ADIECTIONE.

EADEM varietas et mutatio in Syllabis, quibus adiectis, vel detractis pleraſque Dictiones producebant, alias contrahebant; idque interdum in principio, vt cum *Du* ponebant loco *B*, vt *Duis* Bis, a quo *Duicenſus* Bicenſus, *Duidens* Bidens Hoſtia, *Duonus Cerus*, id eſt Creator bonus, *Duellum* Bellum, *Duellicus* Bellicus, *Duellator* Bellator. Plautus in Captiuis et Epidico, et Lucretius lib. 2. *Equorum duellica proles*. *Duillii* Billii in Hiſtoria *Romana* nobiles, de quibus Cicero in Oratore his verbis: *Quid vero licentius, quam quod* Hominum *etiam* Nomina *contrahebant, quae eſſent aptiora? Nam vt* Duellum *Bellum*, Duis *Bis*: *ſic* Duilium *eum, qui* Poenos *claſſe deuicit*, Bilium *nominauerunt, cum ſuperiores appellati eſſent ſemper Duilii.* Aliquando Syllabas interponebant in medio Dictionum, vt *Aeuiternus* Aeternus. Varro in Pſeudolo: *Per aeuiternam Hominum domum Tellurem.* *Aucipes*, *Praecipes*, *Principes*, de quibus Priſcianus. *Antidea* Antea Liu. lib. 32. *Si antidea Senatus Populusque iuſſerit fieri.* *Interidea*, Interea, Gloſſae, *Indoteridea* ἐν τῷ μεταξύ. *Poſtidea* Poſtea, Plautus in Aulularia: *Nunc, quod profectus ſum, ibo* poſtidea *domum.* Idem in Caſina: Poſtidea *rurſum denuo*, et alibi non raro. Terent. in Hecyra;

Quid faciundum ſortaſſe ſit poſtidea. *Bouerum*,

Digitized by Google

Suerum, pro Boum, Suum. Cato de Re Ruſt. *Quod iuga Bouerum. Calim* Clam, Feſtus: *Coquino, Natino, Negino*, pro Coquo, Nato, Nego. Plaut. in Aulularia: *Veni in Bacchinal* coquinatum. Cn. Marcius: *Quamuis nouentium duonum* neginate. *Diuitior, Diuitiſſimus*, pro Ditior, Ditiſſimus. Plautus in Aulularia: *Qui me eſt diuitior*? Idem in Pſeudolo:

- - *Namque hinc nunquam eris nummo* diuitior.

Terentius in Phormione: *Semper aliquid addant* diuitioribus. Cicero lib. 2. de Officiis: *Nam Mamerco homini* diuitiſſimo. Idem in Paradoxis: *Ita* diuitiſſimus *habendus ſit*. Lucretius lib. 5.

Diuitioris *enim ſectam plerumque ſequuntur*.

Cornelius Nepos in Vita Phocionis; *Fuit enim perpetuo pauper, cum* diuitiſſimus *eſſe poſſet. Dubiennus, Sociennus*, pro Dubius, Socius, Feſtus, et Plautus in Amphitruone et Aulularia:

- - *illi* ſocienno *tua. Fruinor* Fruor, a quo *Fruniſcor* et *Frunitum* Catonem dixiſſe notat Feſtus. *Gnaruris* Gnarus Plaut. in Moſtellaria: *Simul* gnarures *vos volo eſſe*. Arnobius lib. 2. *Cur eſſe dicatis in altis praeceptionibus* gnarures. Auſonius: *Non cultor inſtans, non arator gnarius. Itiner* Iter frequens apud veteres Poëtas; quorum teſtimonia recitant Priſcianus et Nonius. *Mauolo* Malo Plautus ſaepe, et Terentius in Hecyra: *Potiſſum ex potis et ſum*, et inde *poteſſe*, quod nos contracte Poſſum et Poſſe. Ennius;

Spero ſi ſperes, quidquam prodeſſe potiſſunt.

Lucilius lib. 1. Satyrarum *) p. 152.

Quo pacto Populum atque Vrbem [illegible] ſeruare potiſſit

Amplius Romanam.

Plaut. in Aulularia: - - *Cenſen' talentum magnum*

Digitized by Google

exorari poteſſe. Ter. in Eunucho: *Sed nihil* poteſſe. Lucret. lib. 1. *Quod ſi forte vlla credunt ratione* poteſſe. Idem lib. 2. *Neue putes aeterna penes reſidere* poteſſe. *Praebibeo* Praebeo Plaut. in Menaechmis: *Molitum praebibeo.* Id. ibid. *Ancillas, penum recte praebibet.* Et in Mercatore: *Si praehibuerit palam. Speres* Spes, Ennius, Varro et alii. *Tamenetſi* Tametſi Ennius lib. 4. Annalium:

At Romanus homo tamenetſi *res bene geſta eſt.*

Plautus in Milite: Tamenetſi *iſtuc mihi acerbum eſt.* Terent. in Andria: Tamenetſi *hoc verum eſt.* Catullus, *Quae* tamenetſi *vno non eſt contenta* Catullo. Cic. lib. 5. ad Attic. *Nos*, tamenetſi *hoc te ex aliis audire malo*, et lib. 12. Tamenetſi *continuo congreſſuri ſumus.* Et ad Planc. *Sed* tamenetſi *antea ſcripſi, quae exiſtimaui ſcribi oportere.* Idem in Verrem: Tamenetſi *animo aequo prouincia tuliſſet.* Caeſar lib. 7. de Bello Gallico: *Quae* tamenetſi *Caeſar intelligebat.* Id. ib. *Ac* tamenetſi *dextris exertis animaduertebatur.* Vlpian. ad Edictum 29. *Interdum* tamenetſi *Senatusconſulto locus ſit; tamen in alium datur actio.* Idem lib. 12. *Interdum* tamenetſi *ſcientia noceat; tamen reſtitutio facienda eſt. Totondi, Sciſcidi, Concucurri, Praecucurri*; Idem *Poſiui, Repoſiui* et ſimilia Praeterita, de quibus Priſcianus. Varro in Satyra Κενοδοξία:

Huc aucupatum concucurriſtis domo.

Cato de Re Ruſtica: *Ita in Legibus* poſiuerunt. Plautus in Aſinaria: *Quin pol ſi* repoſiui *remum ſola ego in caſteria.* Q[illegible] etiam in fine Dictionum Syllabas adiiciebant, ſicuti cum Monoſyllabas Voces geminabant, vel cum Particulas quaſdam Mono-

ſylla-

ſyllabas apponebant. Geminatae Voces reperiuntur minus tritae, *Quiqui*, *Quaeque*, *Quodquod*, pro Qui, Quae, Quod. Afranius: Quodquod *quibo boni*. Plautus in Perſa: *Si eueniunt, quaeque exopto.* Idem in Caſina: *Quiqui vti veniant.* Cicero lib. 2. de Finibus; *Omnes, quiqui ſine dolore ſunt.* Varro lib. 2. de Re Ruſtica: *Is ita appellatur, quiqui admittit.* *Quidquid* pro Quidque, vt *Quisquis* pro Quisque; Cicero in Torquato: *Quocunque in loco* quisquis *eſt.* Idem lib. 5. Tuſculanar. Qu. *Vt* quidquid *obiectum eſt*, et Orat. 4. in Verrem: *Ita adorabantur omnia, vt, vbi* quidquid *eſſet, aliqua ratione inuenirent.* Plautus in Trinummo: *Sin vnum* quidquid *ſigillatim et placide percontabere.* Lucretius Lib. 2.

Inque ſuos quidquid *rurſus reuocare meatus:*

et alibi frequenter. *Quotquot* pro Quot. Varro lib. 4. de Lingua Lat. *Fundat* quotquot *annis*. Idem ibidem: *Sacra quotquot menſibus feruntur in arcem.* Et lib. 8. *Quotquot annis eodem modo exoritur.* Et Lib. 3. de Re Ruſtica. *Paſtorem columbaria quotquot menſibus crebro oportet euerrere.* Gellius lib. 6. *Vt* Carthaginenſes *quotquot annis darent Populo* Romano *certum pondus Argenti puri puti.* Particulae Monoſyllabae Dictionibus appoſitae reperiuntur An, vt *Fortaſſean*. Attius in Antenoridis:

Fortaſſean *ſint, quos hic non mertat metus.*

Siſenna lib. 3. *Quod* fortaſſean *ex voluntate ſua, ſumma cum claritudine celeriter confeciſſent.* Varro lib. 4. de Lingua Lat. Fortaſſean *ab eo quatuor.* Idem lib. 3. de Re Ruſtica: Fortaſſean *tecum duceret*

ceret ſerram. Idem ibidem: *Hoc dico, quod* fortaſſean *tibi ſatis ſit.* Gellius lib. 11. Fortaſſean *auxilii petendi cauſſa.* Et lib. 17 Proceſſit autem *argutatori iſti* fortaſſean *reprehenſio.* Id. lib. 19 *Ac* fortaſſean *de quadrigis veterum autoritates conceſſero.* Apuleius lib. I. Apolog. *Et* fortaſſean *praeacute reperiiſſe vobis videbamini.* Idem de Deo Socratis: Fortaſſean *inter* Graecos *praelio cognitos.* Tertull. de Anima: Fortaſſean *et de corpore, et valetudine aliquid accedat.* Idem de Pallio, *Quingenariam pronulſidem ſupra ſcriptis* fortaſſean *menſis neceſſariam.* CVM, vt *Donicum,* pro Donec, Cato, Plautus et alii. *Mecum, Tecum,* pro Me, Te. Plautus in Aſinaria:

Hoc iube petere atque orare mecum. Idem in Caſina: *Si* mecum *oraret.* Idem ibid.

Atque ego cenſui abs te poſſe hoc mecum *impetrare.* Et in Curculione: Tecum *oro et quaeſo.* Terent. in Hecyra: *Quamobrem* tecum *orabam.* Id. ibid. *Egi atque oraui* tecum; *vxorem vt duceres.* Gellius lib. 20. *Sed quaeſo* tecum *tamen digrediare paulisper e curriculis iſtis.* DE, vt Quamde Quam, Ennius apud Feſtum, et Lucretius lib. 1.

Quamde GRAIVS *inter* GRAIOS, *qui vera requirunt.*

Ende, vel *Endo,* aut *Indu* pro In, quorum vſus frequens vetuſtiſſimus fuit, et ſeorſim ut Ennius lib. 7. Annal.

Conſilio indu foro lato ſanctoque Senatu. Et lib. 17. *Endo mari magno.* Et in Compoſitione, vt *Endogredi, Indupediri, Induperator,* et ſimilia, quae apud Lucret. et alios ita frequenter leguntur, vt nemini igno-

Digitized by Google

ignota eſſe poſſint DVM, vt *Sedum*, pro Sed, autore Cariſio. *Agedum*, *Etiamdum*, *Nequedum*, *Primumdum*, *Hicdum*, *Quidum* apud Plautum et Comicos. NAM vt *Quianam* Ennius, et Naeuius apud Feſtum, e quibus et ſumſit Virgilius lib. 5. et 10. Aeneid. *Numnam* apud Plautum in Amphitruone et alibi. Varro in Agathone:

Numnam caelatus in manu dextra ſcyphus?

NE et NI, vt *Quippini* pro Quippe, Plautus frequenter, *Quiane* Virgilius lib. 4. Aeneidos:

- *Quiane auxilio iuvat ante leuatos.*

CAPVT VII.

DE SYLLABARVM IN DICTIONIBVS DETRACTIONE.

VICE verſa Syllabas Antiqui abiiciebant, vel in *Principio* Dictionum, vt *Rabo*, pro Arrabo. Plautus in Moſtellaria: *Fructus*, pro Vſufructus. Idem in Caſina: *Sed meus* fructus *eſt prior.* *Iurandum*, pro Iusiurandum, idem in Ciſtellaria:

Abi quaere, vbi tuo Iurando *ſatis ſit ſubſidii.*

Terentius in Andria:

Quia ſi forte opus ſit ad horum Iurandum *mihi.*

Vel in *Medio* Dictionum, *vt Apiſcor* pro Adipiſcor. Plautus in Epidico, - - *ſine me hominem* apiſci. Siſenna lib. 3. Hiſtoriar. - - *Itaque poſtero die Legatos* Iguuium *redeuntes apiſcitur.* Lucretius Lib. I.

Nec

Digitized by Google

Nec ratione animi quam quiſquam poſſit apiſci.
Tacitus Lib. 3. Annal. *Praebuit Iuueni materiam* apiſcendi *honoris*, et lib. 6. *Dum dominationis* apiſceretur. Idem lib. 4. Hiſtoriar. - *Intus ſummo* apiſcendi *libido*. *Cuimodi*, *Cuiusquemodi*, *Cuiusque*, pro Cuiusmodi, Cuiusmodicunque, Cuiuscunque. Gellius Lib. 12. *Ea res cuimodi ſit*. Idem Lib. 9 *Demus*, inquit, *huic aliquid aeris*, *cuiusquemodi eſt*. Et Lib. 11. *Non neceſſaria rerum cuiusquemodi plurimarum et cogitatione*, *et petitione*. Cicero pro Flacco: *Tabulae illae ipſae*, *cuiusquemodi ſint*, *proferuntur*. Lucretius Lib. 4.

Et cuiusquemodi formarum vertere in ora.

Vlpianus de liberali Cauſſa, *Cuiusque ſit aetatis*, *qui emptus eſt*. *Damnas*, pro Damnatus, Vox propria in Formulis Legatorum: vt Haeres dare *damnas* eſto, et in Legibus atque Senatusconſultis, vt in Lege Manilia: COLONIS MVNICIPIBVSQVE, IN QVORVM AGRO ID FACTVM ERIT, DARE DAMNAS ESTO. Et in ſenatusconſulto de Aquaeductibus apud *Frontinum*: SI QVIS ADVERSVS EA COMMISISSET IN SINGVLAS RES IN DENA MILLIA DAMNAS ESSET. *Dis* Diues, *et Ditiae* Diuitiae. Terentius in Adelphis: Dis *quidem eſſes*. Idem in Andria:

Quae ſe inhoneſta optauit parare hic ditias.

Idem in Heautontimor. *Amicos*, *Genus*, *Cognatos*, Ditias. *Dortium* Diuortium, Turpilius in Leucadia: *Triſtities ante* dortium. *Epoll*, Edepoll, Terent. in Eunucho: *Bene epoll narras*. *Nancitor*, pro Nanciſcitor in XII. Tabulis, Feſtus. *Porgo*, Porrigo

Enni-

Ennius, teſte *Seruio*, et Plautus in Epidico: - - *Lumbos* porgite *atque extollite*. A quo *Exporgere*, porro agere, *Exporrigere* interpretatur Feſtus. *Poſtulio*, Poſtulatio. Varro lib. 4. de Lingua Lat. - - *Deum Manium* poſtulionem *poſtulare*. *Praequam* praeterquam Cato lib. 1. Originum: *Fama in eo loco compluria fuerunt: ea exaugurauit*, praequam *quod Termino Fanum fuit, id nequitum exaugurari*. *Prendo* Prehendo, *Proebeo* Prohibeo. Vnde *Probi* dicti, qui ſe a delinquendo prohibent; et *Proebia* remedia, quae faſcinum putabantur arcere, quorum meminit Varro lib. 6. et Feſtus. Lucret. lib. 1.

Nam ſiue eſt aliquid quod proebeat *officiatque*.

Quandoque pro Quandocunque. Cicero lib. 6. de Republica: *Quandoque ab eadem parte Sol eodemque tempore iterum defecerit*. Horatius lib. 4. Carmin. - - *Quandoque trahet feroces*. Idem in Arte Poëtica: *Indignor* quandoque *bonus dormitat* Homerus. Vlpianus D. Soluto Matrimonio: *Dotis actio filiae non erit adempta*, quandoque *ſui iuris filia fuerit facta*, Idem ibidem: *Hi reſtituendi ſunt*, quandoque *diuortio facto*. Et alibi in Libris Iurisconſultorum: Quandoque *venerit*, Quandoque *Liberos habuerit*, Quandoque *nupſerit*, Quandoque *conditio extiterit*, et ſimilia. *Quemque*, *Quaeque* pro Quemcunque et Quaecunque. Terent. iu Hecyra:

Spolies, laceres, quemque *nacta ſies*.

Id. ibidem: Quaeque *fors fortuna eſt*. Plautus in Amphitr.

Quemque *hominem adſpexero, obtruncabo in aedibus*.

Id. ibidem: *Quaeque eaixti modo, omnia ementitus*.

Sati-

Digitized by Google

Satias, Satietas, Terentius, Varro, Lucretius et alii Poëtae: Itemque Salluſtius, et Tacitus lib. 3. Annal. *An* ſatias accepit; et, Satias *in melius mutant*. *Surpio* Surripio, Plaut. in Captiuis: *Alterum quadrimum Puerum ſeruus ſurpuit*. In Poenulo: - *Ibi, qui eum ſurpuit*. Lucretius lib. 1. - *motus quoque* ſurpere *debent*. Horatius, *Quae me* ſurpuerat *mihi*; et, *Vnum me* ſurpite *morti*. Cicero lib. 2. ad Atticum: - *Velim me* ſurpi *ea conditione, ſed facile patior. Ita enim nos locum illum reſtituimus ex veſtigiis veteris ſcripturae ſirpiae*, vel ſurpiae, *quam varii varie interpolarunt*. *Vbique* pro Vbicunque. Iauolenus D de contrah. Emt. *In lege Fundi vendundi Lapidicinae in eo Fundo* vbique *eſſent, exceptae erant*. *Deum*, *Nummum*, *Meum* et ſimiles Genitiui Plurales; Idem Praeterita *Senſti*, *Dixti*, *Acceſti*, et Infinitiui *Ceſſe*, *Conſumſe*, et alia, quae poſt ſuo loco referemus. Similiter Antiqui adiiciebant Syllabas in fine Dictionum, atque adeo extremas partes praecidebant more *Oſcorum*, qui dicebant *Facul*, *Famul*; vel etiam *Graecorum*, apud quos inueniuntur δῶ pro δῶμα, ῥὰ pro ῥάδιον et ſimilia, quae *Strabo* lib. 8. *Geographiae* refert, prolatis veterum *Poetarum* teſtimoniis. Sic in Carmine Saliari fuit *Pa*, pro Parte, *Po*, pro Populo. Ennius dixit, *Endo ſuam Do*, et *Laetificum Gau*, et, *Altiſonum Coel*, pro Domum, Gaudium, Coelum. Idem Lib. 8. Annal. Debil' *homo*. Et

Reddit vt ex ſummo Regno famul' *infimus eſſet*.

Guberna Gubernacula, Lucilius et ab illo Lucretius. *Simil* et *Conſimil* pro Similis et Conſimilis. Plautus in Amphitr. - - *nimis* ſimil' *eſt mei*; *Itidem*

habet

habet petaſum, ac veſtitum, tam conſimil' *eſt atque ego.*

Quibus adnumerari poſſunt Particulae in extrema parte decurtatae, vt *Forſit* pro Forſitan. Horat. Lib. 1. Sermon.

Diſſimile hoc illi eſt, quia non vt forſit *honorem*
Iure mihi inuideat quiuis.

Simul pro Simulac Cicero Leptae: Simul *accepi a* Seleuco *tuo Litteras.* Idem ad Atticum: Simul *aliquid audiero, ſcribam ad te.* Et lib. 2. Qu. Academicar. Simul *tibicen inflauit, Carmen agnoſcitur.* Id. lib. 3. de Finibus: Simul *autem cepit intelligentiam.* Lucretius lib. 1.

Cui ſimul *Infula virgineos circumdata comptus,*
Ex vtraque pari Malarum parte profuſa eſt.

Virgil. lib. 4. Georgicor.

Taygete ſimul *os terris oſtendit honeſtum.*

Horat. lib. 1. Sermon.

Quae ſimul *inuerſum contriſtat Aquarius annum.*

Idem lib. 1. Epiſtolar.

Viuo et regno ſimul *iſta reliqui.*

Paulus ad Legem *Iuliam* et *Papiam* Lib. 3. *Cum in eadem Prouincia degis Reipublicae adminiſtrandae cauſſa,* ſimul *agere Rempublicam cepit, ad ſimilitudinem abſentis habetur. Dein, Exin, Proin* non Poëtae ſolum vſurpant metri cauſſa, vt Feſtus putat, ſed etiam Salluſtius et Tacitus fere ſemper. Varro lib. 1. de Re Ruſtic. Exin *mutatis Litteris.* Suetonius in Tiberio: *Prandium* dein *Populo mille miſſis. Augmen, Momen, Regimen,* pro Augmentum, Momentum, Regimentum, de quibus mox infra. *Praeter,* pro Prae-

Digitized by Google

terquam, vt *Graeci* πλὴν vſurpant, eum Nominativo iungentes. Salluſt. in Catilina: Praeter *rerum capitalium condemnatis*. Cicero lib. 5. ad Atticum: *Nullas enim adhuc acceperam*, praeter *quae mihi binae ſemel in* Trebellano *ſunt redditae*. Idem lib. 1. ad Q. Fratrem; *Cauendae ſunt quaedam Familiaritates*, praeter *Honeſtorum et Paucorum*. Varro lib. 1. de Re Ruſtic. - Praeter *ſi aliter nequeas*. Tertullianus lib. 4 aduerſus Marcionem: Praeter *oneribus conſparſionum*. Id. ibid. *Caeterum* praeter *ex cauſſa Adulterii nec Creator diſiungit*. Et aduerſus Valentinianos: *Omnium*, praeter *Haereticorum Patrem*. Et alibi non raro. *Plerus* et *Plerum*, pro Pleruſque et Plerumque: Cato lib. 1. Originum: *Agrum*, *quem* Volſci *habuerunt*, *campeſtris* plerus ABORIGINVM *fuit*. Cicero in Laelio: *Tamen haec duo leuitatis et infirmitatis* pleros *conuincunt*. *Quaecum* pro Quaecumque. Lucret. lib. 6.

Morbida vis quaecum *extrinſecus inſinuatur*.

Vbi, pro Vbique, Plautus in Bacchidibus:

Quicunque vbi *ſunt*, *qui fuere*, *quique futuri ſunt poſthac*.

Vter pro Vteruis, Cicer. lib. 3 de Offic. *Sibine* vter *rapiat*, *an alter cedat alteri*. Idem Paradoxis: *Quae quando* vtro *acceſſit*. Et pro Seſtio; *Horum* vtro *uti volueris*, *altero eſt carendum*.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT VIII.

DE EXTREMITATIBVS NOMINVM.

DE Litteris et Syllabis hactenus. Nunc de Dictionibus, et primum quidem de Nominibus eorumque extremitatibus, quibus Veteres promiſcue atque indifferenter vſos animaduertimus: veluti A Littera finita Nomina *Latina* primi Ordinis proferebant etiam in *Es* tertio Ordine, vt *Amicities*, *Auarities*, *Deſidies*, *Notities*, Lucretius; *Luxuries* Cicero aliquotiens; *Proſicies* Varro Lib. 11. Rerum humanar. Proficiem *exterum vel in menſam porricere*; *Triſtities* Turpilius in Leucadia: Triſtities *ante dortium*. *Pigrities* Liuius lib. 54. *Romanis* pigritiem *ad ſequendum locis ignotis fecit*. *Delicies*, *Fallacies*, *Saeuities* Apuleius; *Furcilles* Feſtus. *Graeca* autem Nomina efferebant in E tertio Ordine, vt *Grammatice*, *Logice*, *Phyſice*, *Delphice*, *Menippe*. Varro in Modio: *Quod* Delphice *canat columna*: Idem in Thaphemenippo: *Natis quos* Menippe *haereſis nutricata eſt*. Similiter *Libye*, *Phoenice*, *Thrace*, *Samothrace Graeco* more, Λιβύη, Φοινίκη, Θρᾴκη, Σαμοθρᾴκη. Caeſar Belli Ciuilis lib. 3. *Magnam ex* Aſia *Cycladibusque Inſulis*, Corcyra, Athenis, Ponto, Bithynia, Syria, Cilicia, *Phoenice*, Aegypto, *claſſem coegerat*. Varro lib. 2. de Re Ruſtic. et lib. 4. de Lingua Lat. EVROPA *ab* Europa, Agenoris *Filia*, *quam ex* PHOENICE Manlius *ſcribit Taurum exportaſſe*. Idem ibidem: *Sunt pro illis, qui in* Samothrace θεοὶ δυνατοί. Lucretius lib. 5. Thracen *Biſtoniasque plagas*.

Digitized by Google

E Littera deſinentia Nomina *Graeca* tertii Ordinis proferebant in A primo Ordine, vt Circe *Circa*, Plautus in Epidico: *Hanc adſerua* Circam.. Horat. lib. 1. Epiſtolar. SIRENVM *voces*, *et* Circae *pocula noſti*. Idem *Volente* Circa. *Glycera*. Plautus in Milite: *Quam nominem* Glyceram. *Dirca*, *Penelopa*, Idem; et Horatius, *Sponſi* Penelopae. Papinianus Lib. 7. Reſponſor. *Quem* Penelopa, *recognoſcendi Viri ſignum accipit*. *Mycena* Virgil. lib. 5. Aeneid. *Vrbe* Mycenae. *Semela*, Horat. lib. 1. Carmin. Iubet *me* Semelae *Pater*.

In I indeclinabilia Generis Neutri deſinebant in *IS*, vt Foeminina tertii Ordinis, vt *Gummis*, *Sinapis*. Cato de Re Ruſtica: Gummim *pridie in aquam infundito*. Columella lib. 12. *Noua dolia liquida* gummi *perluere*. Plautus in Pſeudolo: *Teritur* ſinapis *ſcelera*.

O Littera finita pleraque deſinebant in Vs, vt Pauo et *Pauus*, Capo et *Capus*. Ennius lib. 1. Annal. *Memini me fieri* Pauum. Varro περὶ ἐδεσμάτων, Pauus *e Samo*. Id. de Lingua Lat. *Ex Gallo gallinaceo caſtrato fit* Capus. Quaedam etiam Nominatiuum habebant ſimilem Genitiuo, vt *Apollo* et *Caro*. Plaut. in Menaech. Vocandi Caſu.

Imperium tuum demutat atque Edictum Apollinis.

Liuius lib. 47. *Quod* LAVRENTIBVS carnis, *quae dari debet*, *data non fuerat*.

V deſinentia in VM quoque proferebant, vel in VS Maſculino Genere et quarta Declinatione, vt *Cornu*, *Cornum et Cornus*, *Gelu*, *Gelum et Gelus*, *Tonitru*,

Digitized by Google

tru, *Tonitrum et Tonitrus*: quorum Exempla exſtant apud Nonium et Priſcianum. Al apponebant E, vt *Animale*, *Tribunale*, *Bidentale*, teſte Cariſio. *Sale* Ennius et Poetae: *Torale* Varro Lib. 5. de Lingua Lat. An finita Nomina *Graeca* augebant Syllaba VS, vt *Titan*, *Titanus*. Plautus in Menaechm.

Barbatum, *tremulum*, Titanum, *qui cluet Cygno patre*.

AR etiam in ARE, vt *Pugillare*, *Torculare*, *Exemplare*. Lucretius lib. 2. Exemplare *dare*, *et veſtigia notitiai*: vel in ARIVM, vt *Torcularium*, Cato de Re Ruſtica: *Exemplarium*, *Lupanarium*, *Miliarium* Iurisconſulti in Libris Pandectarum. AS finita Nomina *Graeca* ſine S, vt *Geta*, *Byrrhia*, *Chaerea*, *Clinia*, *Soſia*, Terentius, *Pterila* Plaut. in Amphitruon. *Aenea* Varro in Satyris, *Pauſania* Cicero ad Appium: *Illud idem* Pauſania *dicebat*. *Marſia* Iuuenalis, *Occurris fronte obducta*, *ceu* Marſia *victus*. Quaedam vero in A primo Ordine, vt *Hebdomas* Hebdomada. *Lampas* Lampada. Plautus in Caſina: T*ene hanc* lampadam. Lucret. lib. 6.

Aut etiam nona reddebant lampada *vitam*.

Cicero Tironi, *Ne in quartam* hebdomadam *incideres*. Gellius lib. 3. *Duodecimam annorum* hebdomadam *ingreſſum eſſe*, *et ad eum diem ſeptuaginta* hebdomadas *librorum conſcripſiſſe*.

AX, OX, ABS et OPS peregrina etiam in VS more *Latinorum*, vt Thrax et T*hracus*, Cappadox *Cappadocus*, Arabs *Arabus*, Aethiops *Aethiopus*. Gellius lib. 19. *Cuipiam* Thraco *inſipienti et rudi*.

 Apu-

Digitized by Google

Apuleius Lib.8 de Aſino: *At ille* Cappadocum *me et ſatis forticulum denunciat.* Lucilius lib. 4. *Rhinoceros velut* Aethiopus. Idem lib. 25. Arabus *artemo.* Plautus in Bacchidibus, et in Poenulo, *Mirrhinus odot* Arabus. Virgilius:

Hyrcaniſue Arabiſue *parant ſeu tendere ad* INDOS.

Er et Is terminationes in multis Nominibus promiſcue erant, vt *Acer, acris, Alacer, alacris, Celebre, celebris, Equeſter et equeſtris, Vomis et vomer*, aliaque ſimilia, quae Priſcianus obſeruauit. Similiter Er et Vs, vt Puer et *Puerus*, Proſper et *Proſperus*, Pulcer et *Pulcrus*, Exter et *Exterus*, Socer et *Socerus*, Veter et *Vetus*, Itemque Graeca Teucer et *Teucrus*, Euander et *Euandrus*, de quibus idem Priſcianus: Menander *Menandrus.* Cicero Tironi: Menandrus *poſtridie ad me venit.* Ouidius:

Vixerit et meretrix blanda Menandrus *erit.*

Super et *Superus*, Cato de Re Ruſtica: *Vbi* ſuper *inferque vicinus permittit.* Lucret. lib. 1. de Rer. Nat.

Naturam, quam totus habet, ſuper *ignis haberet.*

Es finita Nomina *Latina* et *Graeca* tertii Ordinis etiam definebant in A primo Ordine, vt *Effigia* Plautus in Rudente: *Veneris* Effigia *haec quidem eſt.* Lucretius lib. 4. *Dico igitur rerum* Effigias *tenuitque Figuras.* Idem ibidem: - - Effigias *quoque debent mittere tenues.* *Mollitia* Cicero aliquotiens, et Varro lib. 1. de Re Ruſtica: *Propter Foemineam* Mollitiam. Liuius lib. 49. Mollitia *hoſtium regiiſque opibus ditiores.* *Planitia* Caeſar lib. 1. de Bello ciuili: *Erat inter Oppidum* Ilerdam *et proximum collem* planitia. Idem lib. 4. de Bello Alexandrino:

Digitized by Google

drino: Planitia *ex omnibus partibus ſubiecta*. *Proſapia*. Plautus in Mercatore:

Rogitares, quis eſſet, aut vnde eſſet, qua proſapia?

Cato lib. 1. Originum: - - - *Veteres* Proſapias. Quod imitatus Salluſt. in Iugurtha: *Hominem veteris* Proſapiae; et Apuleius lib. 1. Apologiae: *Omnes illae veteres* Proſapiae. *Anchiſa*, *Aceſta*, *Chryſa*, *Atrida*. Naeuius lib. 3. Belli Punici: *At poſtquam anim de Templo* Anchiſa *ſpexit*. Virgilius: *Patris* Anchiſae. Idem: - - *et clari nomen* Aceſtae. Propertius: *Non ita* Dardanio *gauiſus* Atrida Triumfo.

IS tertii Ordinis etiam exibant in EN neutro Genere, vt *Sanguis*, *Sanguen*, vel in VS, aut Ius ſecundo Ordine, vt *Gracilus*; cuius Foeminum protulit Lucilius lib. 8. Satyrar.

Quod gracila *eſt*, *pernix*, *quod pectore puro*.

Quod Puero *ſimilis*, Ter. in Eunuch. *Vincto pectore vt* gracilae *ſient*. *Hilarus*, idem in Adelphis: Hilarum *ac lubentem te fac in Gnati nuptiis*. Plaut. in Milite: Hilarus *exit*. Et alibi ſaepe. *Imberbus* Varro lib. 5. de Actionibus ſcaenicis: Imberbi *Iuuenes*. *Inermus*, Caecilius in Hymnide: *Nihil agit in amore* inermus. Salluſt. in Iugurtha: *Ab* inermis *pedibus auxilium petere*. Idem lib. 1. Hiſtoriar. *Vos* inermos *retinet*. *Procliuus*, Plaut. in Milite, *Feciſti modo mihi ex* procliuo *palam rem*. Lucretius lib. 6. *Et* procliuus *item fiat minus impetus vndis*. *Sterilus* Id. lib. 2. *Et ſonitu* ſterila *et ſucco ieiuna feruntur*. *Sublimus* Salluſtius lib. 3. Hiſtoriar. Sublima *nebula caelum obſcurabat*. *Articularius*, *Peculiarius*, Cato de

Digitized by Google

Re Ruſtica: *Vetum morbum* articularium *multa res tantum purgat*. Vlpianus ad Edictum 77. *Parenti licere deteriorem conditionem Liberorum in rebus* peculiariis *facere*. Pomponius ad Sabinum lib.7. *Res tamen in cauſſa* peculiaria *manent*. *Vulgarius*, Afranius in Priuigno: *Temeritatem repudio* vulgariam. Gellius lib.1. *Non in compitis tantum, neque in plebe* vulgaria.

OR et OS Terminationes indifferentes erant in multis, vt Color, *Colos*, Labor, *Labos*, Timor, *Timos*, Vapor et *Vapos*, de quib. ſupra diximus. Item OR et VS, vt Algor *et Algus*. Plaut. in Rudente: *Tu vel ſuda, vel peri* algu: Lucret. lib.3. *Morbis* algu *que fameque*. *Tripector* et *Tripectores* Idem lib.5.

Quidue tripectora *tergemini vis Geryonai*. Verſicolor et *Verſicolorius*. Vlpian. lib.22. ad Sabinum: *Lanae appellatione* verſicoloria *non contineri*.

VS finita Nomina Graeca etiam in ON exibant *Graecorum* more, vt Architectus et *Architecton*. Varro in Manio, et Plaut. in Amphitr. *Deum regnator* architecton *omnibus*.

VS et VM finita ſecundi Ordinis plerumque etiam in ENS tertio Ordine deſinebant, vt Beneuolus, *Beneuolens*. Cicero lib.2. Rhetoricor. *Pietas per quam ſanguine Coniunctis Patriaeque* beneuolens *officium, et diligens tribuitur cultus*. Opulentum, Validum, *Opulens*, *Valens*. Salluſt. in Iugurtha: *Erat inter ingentes ſolitudines Oppidum magnum atque* valens. Id. ibidem: *Ciuitas magna et* opulens. Cornelius Nepos de Viris illuſtribus: *Neque animo aequo Pauperes alienam* Opulentium *intuentur fortunam*. Suauilo-

uiloquus, *Suauiloquens.* Lucretius lib. 4. *Volui tibi* Suauiloquenti *Carmine.* Nonnulla in En finiebantur, abiecta vltima Syllaba, vt Fundamentum *Fundamen*, *Regimen* Ennius, *Augmen*, *Mothen* Lucretius, *Munimen* Virgilius lib. 2. Georgicor. *Effuſos* munimen *ad imbres.*

Praeterea erant Veteribus in frequenti vſu extremitates Nominum hodie quidem minus vſitatae, veluti in BILIS multa deſinebant, vt *Aerumnabilis*, *Auerſabilis*, *Naturabilis*, *Spirabilis*, Lucretius et alii. *Genitabilis* Lucret. *) (mallem heic legere *Lucilius*) Lib. 1. Satyrar.

Aetheris et Terr*ae* genitabile *quaerere tempus.*

Diſciplinabilis, *Opinabilis*, *Penetrabilis*, Cicero: *Sociabilis*, *Impetrabilis*, *Inexſuperabilis*, Liuius.

Plurima exibant in Ntia, vt *Decentia*, *Audientia*, *Diſpicientia*, *Diſcrepantia*, *Cohaerentia*, *Curantia*, *Negantia*, *Profluentia*, *Repugnantia*, Cicero; Salluſtius *Properantia*, Attius *Fauentia*; Plautus *Incogitantia*, *Seruientia*; Lucretius *Repetentia*, *Pertinentia*, *Variantia*; Gellius *Exſuperantia*, *Ignoſcentia*, *Imparientia*, *Culpa* Imparientiae *et Poena indeprecabilis ſubeunda eſſet.*

Or, vt *Aegror*, *Amaror*, *Canor*, *Sonor*, Lucretius et Virgilius Lib. 1. Georgic. - *Senſu torquibit* amaror. Nec pauciora efferebantur in Tas, vt *Famulitas*, *Solitas*, *Viciſſitas*, *Squalitas*, *Dulcitas*, *Ponderitas*, Attius; *Luculentitas*, *Pulchritas*, *Opulentitas*, *Indulcitas*, Caecilius; *Differitas*, *Maximitas* Lucretius; *Fauitas* Horatius; *Infortunitas* Gellius lib. 6. *Felicitas*, *Infortunitas*, *Sceleritas* Martianus I. C. *Non*

Digitized by Google

enim Facti ſceleritatem *eſſe obnoxiam.* *Malitas* Vlpianus Lib. 2. ad Edictum: *Metum accipiendum* Labeo *dicit non quemlibet* Timorem, *ſed Maiores* Malitatis. Item pleraque in VDO, quae nunc in *AS* deſinunt, vt *Neceſſitudo, Claritudo, Sanctitudo, Celeritudo.*

CAPVT IX.

DE MVTATIS DECLINATIONIBVS, CASIBVS ET GENERIBVS.

ORDINES quoque DECLINATIONVM Veteres mutabant, et maxime ſecundum et quartum. Hinc *Adſpectus, Exercitus, Fluctus, Fructus, Gemitus, Luctus, Ornatus, Partus, Senatus, Strepitus, Sumptus, Tumultus, Victus*, et pleraque alia, quae nunc quarta tantum Declinatione efferimus, Veteres etiam ſecunda extuliſſe, *Nonius* multis teſtimoniis oſtendit: Contra quarto Ordine, *Cibus, Lectus.* Plaut. in Captiuis:

Tantus ventri commeatus meo adeſt in portu Cibus.

Idem in Amphitr. *Prius abis, quam* Lectus, *vbi cubuiſti, conualuit locus.* *Domus, Humus,* Plaut. in Milite: *Fugere cupere ex hac* domu. Liuius Lib. 1. Domu *profugum.* Vlpianus: *Inſula iniuncta* domui. Varro in Taphemenippo: *In* humu *calceos facis elixos.* Virg. *Preſſit* humu *nitens*: quod Seruius perperam cenſet eſſe Aduerbium. *Somnus, Sonus,* Varro Lib. 1. de Re Ruſtic. *Si non diffiderem meo inſtitio* Somnu; Siſenna Lib. 3. Hiſtoriar. *Poſtquam in* ſonu *Signorum*

Digitized by Google

rum proelium magno cum clamore virorum commiſſum eſt. Sic *Succus* quoque et *Suſurrus*, Apuleius lib. 9. *In amaram coenoſi* ſucous *cariem exoleſcunt.* Idem Lib. 2. Apolog. *Tibia queſtu delectabilior, et fiſtula* ſuſurru *iucundior.*

Similiter CASVS Nominum variabant, vt Genitiuum ſingularem primae Declinationis efferebant per AS, Nominatiuo S. Litteram adiicientes, vt *Familiae*, *Familias*. Vnde adhuc manet *Paterſamilias* et *Materſamilias*. Sic *Eſcas*, *Monetas*, *Latonas* Liuius in Odyſſea; *Terras*, *Fortunas* Naeuius in Bello Punico, *Curas* Attius, *Triſtitias*, *Vias* Ennius, *et* Lucret. lib. 4. *At reliquas tamen eſſe* vias *in morte patenti.* *Auras* Virgil. lib. 11. Aeneid. *Nihil ipſa nec* auras, *nec ſonitus memor.*

Genitiuus ſingularis ſecundi Ordinis eorum Nominum, quae ante VS, vel VM, Syllabam habent I, per eandem Vocalem ſimplicem, non autem geminam, efferebatur, nec id in Verſu tantum metri cauſſa, vt Priſcianus cenſet, ſed etiam in ſoluta Oratione vt *Anni*, *Arcadi*, *Statili*, *Pecuari* apud Varronem de Re Ruſtica: *Septimi*, *Aureli*, *Aeli*, *Caſſi* in antiquis Inſcriptionibus: *Tuguri*, *Peculi*, *Pataui*, *Oti* Virgilius; *Appi*, *Claudi*, *Numici*, *Terenti* Horatius.

Genitiuum pluralem ſecundi Ordinis per Contractionem mediae Syllabae proferebant non modo Poetae, ſed etiam Oratores et Hiſtorici, vt *Nummum*, *Denarium*, *Seſtertium*, *Iugerum*, *Modium*, *Medimnum*, *Senum*, *Septenum*, *Denum*, *Tricenum*, *Deum*, *Fabrum*, *Librum* Cic. *Studium*, *Theſaurum* Salluſt.

Ca-

Cadum. Varr. de Vita Pop. Romani lib.4. *Hortenſius ſupra decem millia* cadum *haeredi reliquit.* *Amphorum*, *Duum*, Lentulus in Epiſtola ad Senatum: *Quarum minor nulla erat* duum *millium* amphorum: de quo admonet Cariſius: Amphorum *dici, cum additur Numerus*, Amphorarum *per ſe.*

Datiuum et Ablatiuum pluralem *Diis*, *Equis*, *Filiis*, *Natis*, pro Deabus, Equabus, Filiabus, Natabus. Varro lib 2. de Re Ruſtica: *Vt his* Diis Helicona *atque* Olympum *attribuerunt homines.* Idem lib.3. *Sed ex his* equis. Plautus in Sticho:

Ego ibo intro, atque gratulabor veſtrum aduentum filiis. Idem in Poenulo:

O mi here *ſalue*, Hanno *auſpicatiſſime*,
Mihi tuisque Filiis. Id. *Qui talis eſt de Natis ſuis.*

Genitiuus ſingularis tertii Ordinis, in Nominibus *Graecis*, praeſertim propriis, IS mutabat in EI, vt *Achillei*, *Herculei*. Horat lib.1. Carmin.

Matronisque Phrygum claſſis Achillei.

Catull. *ſed te iam ferre* Herculei *labos eſt.* *Themiſtoclei*, *Theophanei*, Cicero ad Attic. *Simonidei* Auſonius, *Concedat Cei Muſa* Simonidei: vel etiam deſinebat in I abiecta S vltima Littera, vt *Ogygi* Varro lib.3. de Re Ruſtica: *quae ante cataclyſmon* Ogygi *condita dicuntur.* *Herculi* Idem lib.7. de Lingua Lat. Herculi, *an Herculis clauam dici oporteret.* *Perſi* Salluſt. Lib.1. Hiſtoriar. *Ad Bellum* Perſi *Macedonicum.* Tacitus lib.4. Annal. *Ad Bellum* Perſi. *Chremi* Terent. in Andria: *Puerum inde abiens conueni* Chremi. *Agathocli*, *Achilli*, *Herculi*, *Euripidi*, *Periphani*, *Sphingi*, Plautus. *Timarchidi* Cice-

Digitized by Google

Cicero in Verrem: *In* Timarchidi *poteſtate. Ariſtoteli, Themiſtocli, Iſocrati.* Idem Virgilius - - *Fortis Achoti,* - - *acris Oronti,* - *immitis Achilli*, et - - *pellacis Vlyſſi*; quod item vſurpat Gellius lib.4. *Auditores illos* Vlyſſi *labores ſuos illuſtriſſime narrantis.*

Item Genitiuus Nominum Graecorum in O exibat in VS, vt *Didus*, *Eratus*, *Mantus*, *Sapphus*. Varro in Coſmotoryne:

Didus *atque Aeneae miſceri ſanguine ſanguen.*
Virgilius, *Fatidicae* Mantus.

Datiuus ſingularis tertii Ordinis mutabat I in E, vt *Minore*, *Sene*. Varro lib.1. de Re Ruſtic. *Facilius enim eis, quam* minore *natu ſunt dicto audientes.* Idem in Admirandis: *Infria* ſene *papauerem. Pede*, Virgilius, *Haeret* pede *pes, denſusque viro vir. Funere, Morte*, Propertius, *illi meo caros donaſſet* funere *crinis*. Idem: *Si placet, inſultes*, LYGDAME, morte *meae*. In Epitaphio Plauti: *Poſtquam eſt* morte *datus Plautus. Diſcrimine, Profeſſione*, Velleius Paterculus: Diſcrimine *veſtro me ſubtrahам*. Idem: *Quam* profeſſione *eius, qua ſemper vſus erat, congruebat. Defenſione, Exceptione*, Iulianus Digeſtor. 9. *Non enim offert ſe* defenſione *alieni ſerui*. Id. ibidem: *Cum ſatisdatione doli mali* exceptione *locus erit.*

Accuſatiuus in Im exibat, vt *Auim* Naeuius lib.3. Belli Punici: *At poſtquam* auim *de templo Anchiſa ſpexit. Clauim* Tibullus: - - *hinc* clauim *ianua ſenſit. Febrim* Cicero ad Gallum: *Quod* febrim *non haberem. Lentim* Varro lib.2. de Poëmatis. *Strigilim* Lucilius: *Praefractam* ſtrigilim. *Turrim, Puppim, Reſtim, Securim*, Virgilius et alii, quorum teſtimonia adfert Priſcianus lib. 7.

Ab-

Ablatiuus in I, vt *Aui*, *Oui*. Varro Lib. 7. de Lingu. Lat. *Vulgo alii dicunt in ſingulari hac* Oui *et* Aui, *alii ab hac One et Aue*. *Abſenti* Plautus in Menaechmis: *Feciſti funus* abſenti *me prandia*. *Adfinitati* Venuleius: *Niſi ita coniunctus eſt* Adfinitati. *Amni* Virgil. lib. 9. Aeneid. *Nam dextra cingitur* amni. *Aſſi* Lucil. Aſſi *duas ficos*. *Ciui* Cicer. Orat. 4. in Verrem: *Quod Siculis Ciuibus a* Ciui *Romano Ciuis Rom. datur*. Id. ibid. *Quod Ciuis cum* Ciui *ageret*. *Colli* Lucretius lib. 2.

Nam ſaepe in Colli *tundentes pabula laeta*. Id. ibid. *Et veluti in viridi candor conſiſtere* colli. *Fuſti* Plaut. in Captiuis: Fuſti *pectito*. Salluſt. *Sorte ductos* fuſti *necant*. Valer. Maxim. Lib. 6. *Metellus Vxorem, quod Vinum bibiſſet*, fuſti *percuſſam interemit*. *Labi* Lucret. lib. 5.

Nec nouitate cibi, nec labi *corporis vlla*.

Orbi, Id. ibid. *Pectora terrarum, qui* orbi *ſaluta tuetur*. Cic. lib. 7. de Republica: Orbi *terrarum comprehenſos*. Varro lib. 3. de Re Ruſtica. *Ex* orbi *ligneo*. *Parti*, *Poſti*, Plaut. in Menaechmis:

Satur nunc loquitur de me, et de parti *mea*.

Ouidius lib. 4. Metamorphoſ.

Raptaque de dextris robuſta repagula poſti.

Sordi Lucretius lib. 6.

Viſceribus coecis prope iam ſordi*que ſepultis*.

Sorti Lucil. *Graecia Sulpicio* ſorti *datur*. Plaut. in Caſina: *Specula in* ſorti *reſtat*. Id. ibid. Sorti *ſum victus*. Contra Ablatiuus in E, vt *Mare* Plaut. in Ciſtellaria: - - *tranquillo* mare. Id. in Milite: *Nam ſi a* mare *abſtinuiſſem*. *Familiare*, *Conſtante*, *Forte*, et ſimilia, quae Cariſius adnotauit.

Nominatiuus et Accuſatiuus pluralis in IS, vt *Omnis*

mnis, Terent. in Andria: Omnis *me gaudere*. Salluſt. in Catil. Omnis *homines, qui ſtudent ſeſe praeſtare. Fontis, Litis, Montis, Puppis, Reſtis, Nauis, Vrbis* Virg. lib. 1. Georgic. - - Vrbis*ne inuiſere Caeſar*. Et lib. 5. Aeneid. *Quoque magis feſſas optem dimittere* nauis. Varro lib. 7. de Ling. Lat. *In* Multitudinis *hae Puppis, Reſtis, et hae Puppes, Reſtes*. Id. ibid. *In* Accuſandi *hos Montis, Fontis, hos Montes, Fontes*.

Genitiuus Pluralis vel in Vm, vel Ivm, de quo ita Varro lib. 7. de Ling. Lat. *Quod in patrico Caſu hoc genus diſpariliter dicitur Ciuitatum, Parentum, Ciuitatium, Parentium. Cohortum* Caeſar. lib. 5. de Bell. Gallico: *Duplicatoque partim* cohortum *numero. Menſum* Ouidius lib. 7. Metamorphoſ.

Et quod ſuſtinui bis menſum *quinque labores*.

Paulus lib. 30. ad Edictum: *Sex* menſum *erit poſt mortem filii*. Vlpianus lib. 31. ad Sabinum: *Pro modo temporis omnium* menſum. *Partum* Ennius: *Iamque fere quatuor* partum. Contra *Fraudium, Laudium*. Cic. lib. 3. de Officiis: *Qui fons eſt* fraudium, *maleficiorum*. Id. in Orat. 2. Philippica: *Mearum* laudium. *Locupletium* Salluſt. in Catilina: *Polliceri Tabulas nouas, Proſcriptionem* locupletium. Cicero lib. 7. ad Atticum: *Non moderationem, quam Sulla in pecuniis* locupletium. Id. in Paradoxis: *Proſcriptiones* locupletium. *Voluntatium* Id. in Laelio: *In quo eſt omnis vis Amicitiae*, Voluntatium, *Studiorum*. *Aeſtatium, Apium, Ciuitatium, Facultatium, Haereditatium, Parentium, Paludium, Principium, Quantitatium, Seruitutium*, Iuriſconſulti plurimis in locis.

Genitiuum ſingularem quarti Ordinis producebant,

bant Littera I interiecta, vt *Anuis*, Terent. in Heautontimor. *Eius* anuis *cauſſa opinor*. *Domuis*, Varro in Taphemenippo: *Perrexit in interiores partes* domuis. Etſi DOMVI quoque ſcriptum exſtat generandi Caſu, pro *Domi* in veteribus Libris Ciceronis lib.3. de Officiis: *Eſſe* domui *ſuae cum Vxore*. Idem in Philippicis: Domui *ſuae*. Et in Tuſculanis: Domui *alienae*. *Fructuis* Varro lib.1. de Re Ruſt. *Eius enim ſaliuam eſſe* fructuis *venenum*. *Senatuis*, *Sumtuis*, *Victuis*, *Rituis*, *Graduis*, *Partuis*, idem in Fragmentis dicit.

Rurſus Datiuum contrahebant, abiecta vltima Littera I, atque ita *Caeſarem* in Analogicis Libris ſcribendum tradidiſſe, autor eſt Gellius lib.4. vt valde errauerit Priſcianus, qui ait, *Poëtas hoc metri cauſa facere*. *Caſu*, *Conſenſu*, Caeſar lib.6. de Bello Gallico: *Ne minimo quidem* caſu. Et L.7. *Cuius* conſenſu *ne orbis quidem terrarum poſſit obſiſtere*. *Receptu*, *Magiſtratu*, Idem lib. 3. de Bello Ciuili: Receptu *ſuo timens*. Id.ibid. *Eadem*, *quae venerant*, receptu *ſibi conſulebant*. Et lib.1. de Bello Gallico: *Qui ſummo* Magiſtratu *praeerat*. *Exercitu*, Id. ibid. *Cum* Exercitu *frumentum metiri oporteret*. *Impetu* Plancus ad Ciceronem: *Quibus ſubito* impetu *ac latrocinio Parricidarum reſiſtat*. *Luxu* Salluſt. in Iugurtha: *Non ſe* luxu *atque inertiae corrumpendum dedit*. Id ibid. *Copiaque et affluentia* luxu *proprior*. Tacitus lib.3. Hiſtor. *Exponi ſuo* luxu *cupiditatibus alienis*. *Cruciatu* idem: Cruciatu *aut praemio cuncta peruia eſſe*. *Metu* Virgilius lib.1. Aeneid. *Parce* metu *Cytherea*. *Concubitu*, *Victu*, Idem lib.4. Georgic. Concubitu *indulgent*. Et: *Namque aliae* victu *inuigilant*. *Niſu* Salluſt.

in

in Iugurtha: *Quae dubia* niſu *videbantur*. *Veſtitu* Ter. in Adelph. Veſtitu *nimium indulges*. *Viſu* Lucret. lib. 5.

Nec tamen hanc poſſis oculorum ſubdere viſu.

Genitiuum ſingularem quinti Ordinis ſimilem Nominatiuo, aut per II geminum efferebant, vt huius *Dies*, vel Dii, huius *Luxuries*, vel Luxurii, huius *Facies*, vel Facii, huius *Pernicii*, *Progenii*: Quae multis veterum autorum teſtimoniis *Gellius* probat. Quib. addi poteſt illud Pacuuii in Armorum iudicio: Fides *ſacratae ius perpetuo falleret*. Et Lucret. lib. 4. Rabies *vnde illae haec germina ſurgunt*. Interdum extrema Littera abiecta ſimilem Ablatiuo faciebant, vt *Acie*, *Die* pro Aciei, Diei, Salluſt. lib. 1. Hiſtoriar. *Dubitauit* acie *pars*. Idem in Iugurtha: *Vix decima parte* die *reliqua*. Id. ibid. *Et iam* die *veſper aderat*. *Fide* Plaut. in Aulularia:

Fide *cenſebam fidem multo maximam*.

Lucretius lib. 1.

Multaque praeterea tibi poſſum commemoranda
Argumenta Fide *dictis contendere noſtris*.

Plancus ad Ciceronem: *Quo obſide* Fide *illius et Societatis in Republica adminiſtranda vterer*. Horat. lib. 2. Carmin. *Conſtantis iuuenem* Fide. Id. lib. 2. Serm. *Commiſſa* Fide. Ouid. lib. 3. Metamorphoſ.

Prima Fide *vociſque datae certamina ſumſit*.

Datiuum ſingularem ſimiliter abſque I Littera extrema efferebant, vt huic *facie*, Lucil. lib. 6.

Qui te diligit, aetati facie*que tuae ſe*
Fautorem oſtendat.

Genera quoque Nominum pleraque erant ambigua et duplicia, quae vnus omnium diligentiſſime

Digitized by Google

perſecutus eſt *Nonius*, a quo, qui volet, petat. Nos eadem repetere non putamus operae pretium, ſed alia quaedam Veteribus vſurpata referemus. *Deus* vtroque Genere enunciabatur, vt apud *Graecos* ὁ Θεὸς καὶ ἡ Θεός, Ennius lib. 1. Annal. *Reſpondit* IVNO *Saturnia ſancta* Deorum. Virgil. lib. 2. Aeneid. *Diſcedo ac ducente* Deo, cum VENEREM intelligeret. Caluus, *Pollentemque* Deum VENEREM. Similiter *Agnus*, *Lupus*, *Porcus* et ſimilia, quib. Sexui diſcernendo addebatur Mas, aut Foemina. Ennius lib. 1 Annal. *Endo tuetur ibi Lupus* Foemina. Cato de Re Ruſtic. *Priusquam* Porcum Foeminam *immolabis*. In Lege Numae: AC NON FOEMINAM CAEDITO. *Quis*, *Quisquis*, *Quisquam* foeminino Genere vſurpant Terentius, Plautus, et alii: vt Quis *tu es Mulier*? Varro περὶ ἐξαγωγῆς; Quemnam *te eſſe dicam Feram*? Item *Amnis*, Plautus in Mercatore: *Neque mihi vlla obſiſtit* amnis. Varro lib. 3. de Re Ruſtica: *Vbi confluit altera* amnis. Idem lib. 1. Peripl. *Propter hos fluit* amnis, *quam olim* Albulam *dicunt vocitatam*. *Ales*, Id. lib. 3. de Re Ruſtica: *Omnium* Alitum, quae *intra parietes villae ſolent paſci*. Catullus:

- - *bona cum* bona *nubit* alite *Virgo*.

Canalis, Varro lib. 6. Rerum diuinar. Canales eas *diſpeſcit*. Virgil. in Aen. *quod ſi* diuerſas *emittat terra* canales. Id ibid. *Nec tamen in* rigidas *exit contenta* canales. Maſculina *Aluus* Plaut. in Pſeudulo: *Dum haſce herbas huiusmodi in* ſuum aluum *congerit*. Columella de cultu Hortorum:

Florida cum ſuboles materno *pullulat* aluo.

Rete Plaut. in Rudente: *Non vides proferre me* vuidum

dum retem. Varro L.3. de Re Ruſt. *Quibus cibus miniſtratur per* retem: et, *Tecta porticus ſit* rete canabino.

Praeterea multa duum Generum et duplicis formae fuerunt, vt *Maſculina* et *Foeminina*, quae in VS et IO ſimiliter Veteres dixerunt, *Accubitus Accubitio*, *Apparatus Apparatio*, *Abuſus Abuſio*, *Conceſſus Conceſſio*, *Conſenſus Conſenſio*, *Conuictus Conuictio*, *Diſceſſus Diſceſſio*, *Interitus Interitio*, *Inuitatus Inuitatio*, *Permiſſus Permiſſio*, apud Cicer. *Partus Partio*, *Tactus Tactio*, Plaut. *Raptus Raptio*, Terent. *Adhaeſus Adhaeſio*, *Commutatus Commutatio*, *Coniectus Coniectio*, Lucret. *Occaſio Occaſus*, Ennius apud Feſtum. *Coniunctio Coniunctus*, Papinianus Lib. 7. Reſponſor. *Inſtructa* coniunctu *fuiſſent*.

Maſculina et Neutra, vt *Denarius Denarium*, *Euentus*, *Succeſſus*; *Euentum*, *Succeſſum*. Cic. de Amicitia: *Moerere* hoc *eius* Euentum. Id. ad Herennium: *Facile ex aliorum* euentis *poſſunt ſuis rationibus conſulere*. Plaut. in Milite: - Succeſſus *bonis*. *Galerus Galerum*, *Gladius Gladium*, *Lituus Lituum*, Varr. L. 1. de Re Ruſt. *Latet conditum* gladium. Id. L. 9. de Ling. Lat. *Quod dicitur a multis duobus modis* hic Dupondius *et* hoc Dupondium, *vt* hoc Gladium *et* hic Gladius. Apuleius lib. 1. Apolog. *Quod Pontificibus* galerum, *quod* lituum *Auguribus*. *Lectus Lectum*, Vlpian. lib. 20. ad Sabin. Lectum *plane* argenteum, *vel ſi quae alia ſuppellex argentea fuit*, *Argenti appellatione non continetur*. *Naſus Naſum*, *Stimulus Stimulum*, Plaut. Rurſus *Aeuum Aeuus*, Lucret. lib. 3. - - omnem *poſſit durare per* Aeuum, *Fretum Fretus*, *Peccatum Peccatus*, Varro in Fundanio: *Qui eſt* Fretus

Digitized by Google

inter Rhegium et Meſſanam. Cic. Orat. 5. in Verrem: *Perangusto* fretu *diuiſa.* Id. *Nemo ita in* manifeſto peccatu *tenebatur.* *Caſtellum Caſtellus, Mandatum Mandatus,* Iuriſconſulti. Scaeuola Digeſtor. 7. *Non* mandatu *mulieris dotem marito eius dedit.*

Foeminina et Neutra, *Alimonia Alimonium*: Varr. lib. 1. de Re Ruſtica: *In partu et* alimonio. Id. lib. 3. *Mellis* alimonia. Paul. lib. 2. Sententiarum: *Parenti praeſtet* alimonia: Et lib. 3. *Qui* alimonia *denegat.* *Obſidio, Obliuio, Obſidium, Obliuium,* Tacit. lib. 3. Hiſtoriar. *Subierant* obſidium *etiam foeminae.* Id. lib 4. Obſidium *Legionum vrgebat.* Id. ibid. *Eam ſententiam modeſtiſſimus quisque ſilentio, deinde* obliuio, *transmiſit.* Horatius lib. 1. Sermon.

Ducere ſollicitae iucunda obliuia *vitae.* *Papyrus* et *Papyrum.* Plinius lib. 13. Papyrum *ergo naſcitur in paludibus* Aegypti. Vlpian. lib. 24. ad Sabinum: *Chartis legatis neque* papyrum *ad chartas paratum, neque chartae nondum perfectae continebuntur.* *Sutrina Sutrinum,* Seneca ad Lucilium: *Non multum abfuit, quin* Sutrinum *quoque inuentum a Sapientibus diceret.* *Teſta, Teſtum* et *Teſtu.* Cato de Re Ruſtic. *Focum, vbi coquas calfacito bene et* teſtum. Id. ibid. *In foco caldo ſub* teſtu *coquito leniter.* Ouid. lib. 2. Faſtor. *Ara fit, huc ignem curto fert ruſtica* teſtu. Id. lib. 5. *Et ſpumat* teſtu *preſſus vterque ſuo.* *Conſortium Conſortio,* Cic. L. 3. de Offic. *Diſſoluatur neceſſe eſt omnis humana* conſortio. Vellei. lib. 2. *Vt et* Tribunitiae *poteſtatis* conſortionem NERONI *conſtitueret.* Papin. lib. 11. Reſponſ. *Cum Debitor pretium Pignoris* conſortioni *ſubiecerit.* *Crocum Crocus,* Apulei. lib. 10. Metamorphoſ.

Digitized by Google

phoſ. *Vino* crocus *diluta*. *Sertum Serta*, Propert. L.2.

Cum tua propendent demiſſae ad pocula ſertae.

Symbolum Symbola, Plaut. in Epidico: *Paratae iam ſunt ſcapulis* Symbolae. Apulei. de Philoſophia: *Eorum, quae pacta ſunt* Symbola. Tertullian. aduerſus Valentinianos: *Vt nautae ad* Symbolam *ſaepe exultant*.

CAPVT X.

DE PRONOMINIBVS.

PRONOMINA longe aliter protulerunt Vetuſtiſſimi, quam nos hodieque efferimus, vt *Ipſus* pro Ipſe in Comoediis paſſim legitur. *Ips*, *Quips*, pro Is, Quis in Lege XII. Tabular. NEI IOVDICIVM FAXIT AVT QVIPS ENDO EO IM IOVRE VINDICIT. Et *Ipſiptus* et *Ipſipte*, vel *Ipſipti* pro Is ipſus, et Illi ipſi, Plaut. in Ciſtellaria: Ipſipſus *eſt*. *Eho*, *tu quam vos igitur fidem!* Feſtus, *Ipſipti* Ipſi, neque alii. Gloſſarium, *Ipſipti*, *αὐτοί*. *Ollus* pro Ille apud Comicos atque etiam Virgilium. *Em* et *Im*, pro Eum notant Feſtus et Macrobius, Legumque Fragmenta retinent. Ennius: *Omnes corde Patrem praebent animoque Parentum Circumfuſi* im. Terent. in Phormione: Im *ſaxo tali immiſtum*, *vt hic nunc eſt infortunio*. Cato in M. Coelium: *Si* em *percuſſi*. Vlpianus lib. 29. ad Edictum: *Nulla ratione id* em *conſequi poſſe*. *Hiſce* Nominatiuus pluralis pro Hi, Terent. in Eunuch: - - hiſce *hoc munere arbitrantur*. Plaut. in Milite: *Non poſſunt mihi nunciis talis* hiſce *oculi fodiri*. Id. ibid. *Non hercle* hiſce *homines*. Licinius Macer pro Tuſcis: *Quos oportuit amiſſa conſtituere*, hiſce *etiam relliquias auerterunt*. *Hic*,

Digitized by Google

Haec, *Iſtaec* pro Hi, Hae, Iſtae. Plaut. in Menaechmis: *Me* hic *homines inſanire praedicant*. Id. in Rudente: *Sed* haec *pauperes ſunt inopesque Puellae*. Id. in Perſa: *Quid* iſtaec *narrant*. Terent. in Andria: Haec *Nuptiae non apparabantur mihi*. Id. in Eunucho: *Continuo* haec *adorant*. Et in Hecyra: - *nihil iam mi* iſtaec *res uolupatis fuerunt*. *Idem* et *Isdem* pro Iidem et Iisdem, Virgil. lib. 2. Aen. - *et ſedibus haeret in* isdem. Quam Scripturam vulgo in vſu fuiſſe teſtatur Cariſius lib. 1. *Is homo*, inquit, Idem *compoſitum facit*, *niſi quia* Caeſar lib. 1. ſingulariter, IDEM, pluraliter, IIDEM *dicendum exiſtimat*; *ſed conſuetudo hoc non ſeruat*. *Hibus* pro His Plaut. in Curculione teſte Cariſio. *Ibus* pro Iis id. in Milite, *Latrones* ibus *denumerem ſtipendium*. *Mis*, *Tis*, pro Mei, Tui, Ennius lib. 2. Annal.

Ingens cura mis *cum concordibus aequiperare*.

Plaut. in Poenulo; *Rebus* mis *agundis*. Et in Pſeudolo:

Mei te rogandi et tis *reſpondendi mihi*.

Mi' pro Mihi frequenter vſurpant Poëtae, ſed et Varro lib. 2. de Re Ruſtic. *Quum mi' eſſet dicta*. Id. ib. *Veni* mi' *aduocatus*. *Mehe* pro Me apud antiquos, Tragoediarum praecipue Scriptores, in veteribus Libris inueniri teſtatur Quintilianus. *Mepte* Plaut. in Menaechmis: Mepte *potius fieri ſeruum*, *quam te vnquam emittam manu*. *Eae*, *Illae*, *Iſtae*, Genitiui et Datiui foeminei, vt Nominum *Aliae*, *Alterae*, *Neutrae*, *Vnae*, *Vllae*. Terent. in Eunuch. *Hoc ipſa in itinere* alterae *dum narrat*. Cato de Re Ruſtic. *Simillimum genus terrae* eae. Id. ibid. illae *rei habeto*, et alibi: *Qui tantiſper*, nullae *rei ſies*, *dum nil agis*. Plaut. in Milite: - *Rei* nullae aliae *eſt improbus*. *Sis*, *Sos* et *Sas*, pro Suis,

Suis, Suos et Suas, Ennius apud Feſtum, et ab illo mutuatus Lucretius lib. 3.

Lumina ſis *oculis etiam bonus Ancus reliquit.*

CAPVT XI.

DE VERBIS.

VERBORVM Extremitates variae atque ancipites in veterum Autorum Libris occurrunt. Et alia quidem Patiendi habent TERMINATIONEM loco *Agendi*, vt inter alia a Grammaticis notata *Comperior*. Salluſt. in Iugurtha: *Sed ego* comperior BOCCHVM *magis Punica fide.* Tacitus lib. 4. Hiſtoriar. *Grauem et ſapientem Virum fuiſſe* comperior. Apuleius lib. I. Apolog. *Ibi ego* comperior, *omnes Iudices tanto Poëtae adſurrexiſſe.* *Fruticor*, Cicero Lib. 15. ad Atticum: *Exciſa enim eſt arbor, non euulſa. Itaque quam* fruticetur, *vides.* *Praeſagior* Plaut. in Bacchidibus: *Animus iam iſto dicto plus* praeſagitur *mali.* Rurſus alia in *Agendi* pro *Patiendi* extremitatem deſinunt, vt *Auſpico*, *Aucupo*, *Auguro*, *Aſſentio*, *Amplexo*, *Commento*, *Commoro*, *Conſulo*, *Contemplo*, *Crimino*, *Cuncto*, *Digno*, *Epulo*, *Exſecro*, *Fabulo*, *Imito*, *Indipiſco*, *Laeto*, *Lucto*, *Luxurio*, *Medito*, *Miro*, *Molio*, *Opino*, *Opitulo*, *Oſculo*, *Perſcruto*, *Polliceo*, *Proficiſco*, *Rixo*, *Scruto*, *Sortio*, *Suſpico*, *Teſto*, *Tumultuo*, *Tuto*, *Vocifero*, *Vlciſco*, *Venero*: quorum omnium exempla atque teſtimonia recitant Grammatici, et Plautus ſuppeditat. *Comminiſco* vtitur Apuleius lib. 4. Metamorphoſ. *Eo volente* comminiſcimus. *Demolio*, Varro de Poëtis: *Et tamen non* demolio *aſtra.* Alphenus lib. 2.

Digeſtor. *Priusquam veterem* demoliret, *damni infe-ƈti Vicino repromiſit.* Vlpianus lib. 6. Opinionum: *Qui domum alienam inuito Domino* demolit. *Naſco, Vto* Cato de Re Ruſtica: *Vbi germen* naſcere *coeperit.* Id. ibid. *Poſtea id* vtito. *Reuerto* Tacitus lib. 3, Hiſtoriar. *Romam* reuertit.

Significationes Verborum itidem mutant, et quae *Patientia* vulgo ſunt, *Agendi* vim pleraque habent, vt *Bellor*, *Nutrior*, et ſimilia, quae Priſcianus annotauit. *Multor*, *Punior* Suetonius in Auguſt. *Neque aut crebrius, aut perfidioſius rebellantes grauiore vnquam* multatus *eſt poena.* Cic. lib. 1. Tuſculanar. Qu. *Multi inimicos etiam mortuos* puniuntur. Id. lib. 1. de Offic. *Neque ad eius, qui* punitur *aliquem, aut verbis caſtigat, ſed ad Reipubl. vtilitatem referri.* Et Orat. Philippica 8. *Clariſſimorum hominum crudeliſſimam* puniretur *necem.* *Sacrificor* Varro lib. 2 de Re Ruſtic. *Ibi enim ſolent* ſacrificari *lacte pro vino.* Id. ibid. *Et ipſi pro ſe* ſacrificarentur. Rurſus alia, quae *Agendi* duntaxat ſignificationem vulgo habent, *Patiendi* notione accepta inueniuntur, vt praeter, quae Priſcianus obſeruauit, *Comitor* Lucretius lib. 1. *poſſet claro* comitari *Hymenaeo.* *Conſpicor*, Plaut in Epidico: *Patrem prius ſe conuenire non vult, neque* conſpicari. *Fateor*, *Loquor*, *Moror*, Cicero in Orat. 2. Agraria: *Excipere nominatim agrum, qui publicus eſſe* fateatur. Coelius ad Ciceronem: *De damnatione frequenter* loqui *eſt coeptum.* Id. *Nec multum ac diu ludetur, atque ita diu, vt plus biennium in his tricis* moretur. *Interpretor* Suetonius in Neron. *Verba ſupplicis* interpretata, *praetorio Viro multandum pronunciante.* Paulus

Lib.

Lib. 3. ad Sabinum: *In Teſtamentis plenius voluntates teſtantium* interpretantur. *Stipulor* Liuius lib. 33. *Circumagi, ſtipulari*que *irato Conſuli, Tribuno inde Plebi.* Suetonius lib. 4. Praetoriorum: *Laetoria, quae vetat minorem annis viginti quinque* ſtipulari. *Tueor* Varro lib. 3. de Re Ruſtica: *Et in pace a Ruſticis* Romanis *alebantur, et in Bello ab his* tuebantur. Iulianus lib. 21. Digeſtor. *Conſilio et opera Curatoris* tueri *debet non ſolum Patrimonium, ſed et corpus et Salus Furioſi.* Vetus Inſcriptio: PAREANT ERGO ET NOSCANT OMNES SENATVS ET POPVLI ROMANI IMPERIVM DEORVM NVMINE, ET MILITVM FORTITVDINE ET *TVERI* ET REGI. Similiter *Admetior, Arbitror, Complector, Demolior, Exſequor, Funeror, Mentior, Moderor, Moror, Populor* Iuriſconſulti in Libris Digeſtorum *Agendi* ſignificatione vtuntur.

CONIVGATIONVM quoque magna varietas et inconſtantia fuit, multaque duplici Coniugatione inflexa leguntur; vt Prima et Secunda, vt *Denſare Denſere*, Lucretius lib. 1.

Nec tali ratione poteſt denſerier *aer.*

Id. ibidem: *Nihil prodeſſet enim calidum* denſerier *ignem.* Virgil. lib. 11. Georgic. - - *Iuppiter humidus auſtris* denſet. Id. lib. 12. Aeneid. *Vos vnanimi* denſate *cateruas.* Horat. lib. 1. Carm. *Mixta Senum ac Iuuenum* denſentur *funera.* Prima et Tertia, vt *Lauare Lauere*, Virgil. lib. 3. Georgic. - lauit *improba teter ora cruor.* Lucretius lib. 5. *Proluuie larga* lauare *humida ſaxa. Sonare Sonere*, Id. lib. 6.

Caligare oculos, ſonere *aures, concidere artus.*

Id. ibid. *Scire licet, non ſincerum* ſonere. *Tonare Tonere*: Varr. in Eumenid.

Digitized by Google

Tibi tympana non inani ſonitu Matris deum tonimus. Contra. *Comere Comare*, Terent. Heauront.

Dum moliuntur, dum comantur, *annus eſt.*

Dicere Dicare, a quo retinemus *Dedicare*. Ennius, *Dico, qui hunc* dicare *cupit*. Plaut. in Curculione:

Haud in male meditantem male dicaſſis. *Domere Domare*, a quo Domitor et Domator. Attius:

Olim quod Viros domaui *et ſegetis armatae manus.*

Tibullus, *Te duce, non alias conuerſus terga* domator. *Fodere Fodare*, Ennius lib.7. Annal.

Illurici reſtant ſicis, ſibynisque fodantes. *Gerere Gerare*, vnde manet *Aggerare*.

Prima et Quarta, vt: *Artare Artire*, Cato de Re Ruſt. *Inter librum et ſtirpem* artito. *Dementare Dementire*, Lucret. lib.3. - dementit *enim deliraque fatur*. Apuleius lib.2. Apolog. *Seſe mea magia in amorem inductam* dementire. Tertullianus de Anima: *Nam et cum* dementit *homo*, dementit *anima*. *Dolare Dolire*, Varro in Agathone: *Coeloque* dolitus *artem oſtentat Mentoris*. *Impetrare Impetrire*, Plaut. in Aſinaria: *Auguratum eſt*, impetritum *eſt*. *Obſtare Obſtire*, Id. ibid. *Ita Iracundia* obſtit *oculis*. *Verberare Verberire* in Lege *Regia*: SI PARENTES PVER VERBERIT.

Secunda et Tertia, vt *Caueo Cauo* in illo Horatii, teſte Seruio:

Vade, vale, caue *ne titubes, mandataque frangas.*

Ferueo Feruo, Virgil. lib. 4. Aeneid.

- - *iam littora* feruere *flammis*. Lucret. lib.5.

Feruere *iam videat claſſem, lateque vagari.*

Fulgeo Fulgo, Id. ibid. Fulgere *cum coeli donauit plaga vapores*; Et lib.6. Fulgit *item cum rareſcunt quoque nubila coeli*. *Indulgeo, Indulgo* Terent. in Adelph *Veſtitu*

Digitized by Google

ſtitu nimium indulgis. *Oleo Olo*, Plaut. in Moſtellaria: *Non omnes poſſunt* olere *vnguenta exotica*. *Obſideo Obſido, Poſſideo Poſſido*, Salluſt. in Catilina: *Occulte pontem* obſidunt. Lucretius Lib. 4. - Obſidit*que vias oculorum*. Id. ibidem: *Aer tuit oculos prior, et* poſſidit *apertos*. *Rideo, Irrideo, Rido, Irrido*. Id Lib. 3. - - *largo diffuſo lumine* ridit. Brutus ad Cic. irridunt *horum lacrumas*. *Scateo Scato*, Lucret. Lib. 5.

Nunc etiam ſcatit, *et trepido terrore repleta eſt*. Id. ib. *Largifluum fontem* ſcatere, *atque erumpere flumen*, Plaut. in Aulul. *Si vino* ſcatit. *Teneo, Teno, Tetini*, Attius et Pacuuius apud Nonium. *Tueor, Contueor, Tuor et Contuor*. Terent. in Heautont. *qui* intuitur *nos*. Lucret. Lib. 4. - *in ſomnis ſaepe figuras* contuimur *miras*. Statius Lib 8. Thebaid.

Namque modo inſenſos vtero mihi contuor *enſes*. Idem Lib. 3. Intuor, INACHII *ſunt hi tibi, concipe, Reges*. Id. ibid. *Veſtra* tuor. *Video Vido*, autore Priſciano. Rurſus *Dico Diceo, Viuo Viueo, Claudo Claudeo* obſeruarunt Grammatici. *Abnuo, Abnueo*, Ennius Lib. 8. Annal. *Certare* abnueo, *metuo legionibus labem*. *Attero Attereo*, Tacitus Lib. 2. Hiſtoriar. *Mox* atteritis *opibus lubrico ſtatu*. Tibullus:

Aut operi inſuetas atteruiſſe *manus*.

Compono Componeo, Cato de Re Ruſtica: *In aceruom* componeto. *Congruo Congrueo, Fundo Fundeo*. Terent. in Heautontim. *Ne nos inter nos* congruere *ſentiant*. Id. in Adelph. *Eho iam tu verba* fundes. *Excello Excelleo*, Cic. de Oratore: *In Oratoribus vero Graecis quidem admirabile eſt, quantum inter omnes vnus* excellat. Et ibid. *Non quod ſola ornent, ſed* excelleant. Et in Laelio; *Quamuis licet* excelleas. *Strido*

Stri-

Strideo, Lucanus lib.6. *Auribus incertum feralis* ſtrideat *vmbra*. *Scabo Scabeo*, Lucilius:

Scaberat *vt porcus contritis arbore coſtis.*

Tertia et Quarta, vt *Cupere Cupire*. Lucretius lib. I.

- - *perfrangere vt arcta*

Naturae primas portarum clauſtra cupiret.

Parere Parire, Ennius in Epicharmo:

Oua parire *ſolet genus pennis condecoratum.*

Manillus Poëta apud Varronem: *Latona* parit *caſto complexu* IOVIS.

CAPVT XII.

DE TEMPORIBVS ET MODIS.

TEMPORVM in Verbis Mutationes per ſingulos Coniugationum Ordines *Grammatici* accurate tradiderunt, in quibus referendis non eſt operae pretium nos immorari. Illud vnum leuiter attigerunt, quod eſt obſeruatione maxime dignum: Veteres aliquando Tempus Praeteritum a Praeſenti formare atque deducere, vt *Accedo, Decedo, Diſcedo: Accedi, Decedi, Diſcedi*. Varr. L I. de Re Ruſtic. Diſcedimus *omnes*. Pompon L. I. Senatusconſultor. *Quae ad haereditatem Patris* accederat. Paulus lib.2. Decretor. *Si ſine liberis* decederit. *Cano Canui*, Salluſt. L. I. Hiſtor. *Iuſſu Metelli cornicines* occanuere. *Calleſco Calleſci*, Cato in Oratione de Bello Carthaginenſi: *Aures nobis* calliſcerunt *ad iniurias*. *Clepo Clepi*, Cic. lib. 2. de Legibus: *Sacrum ſacroue commendatum qui* cleperit, *rapſitue*. *Conſiſto Conſiſti* Ennius: Conſiſtere *amnes perennes, arbores vento vocant*. *Neglligo*

Digitized by Google

gligo Neglegi. Aemilius Macer. lib. 16. Annal. *Omnium noſtrum* neglegerit *autoritatem*. Cic. Philippica 13. ex Epiſtola ANTONII: *Confugere* ALEXANDRIAM neglegiſtis. *Nexo Nexi*, Propertius lib. 1. *At tibi quae noſtro* nexiſti *retia lecto*. *Premo Premi*, Cato de Re Ruſt. *Vbi factores veſtibus* premerint. *Sino Sini*, Terent. in Andria: *Dum tempus ad eam rem tulit*, ſini *animum, vt expleret ſuum. Confundo Confundi, Relinquo Relinqui, Reſcindo Reſcindi, Rumpo et Corrumpo, Rumpi et Corrumpi*, in Libris *Pandectarum* Iuris aliquotiens ſcriptum exſtat. *Tollo Tolli, Abſtulo Abſtuli*, Plaut. in Rudente: *Aulas* abſtulas. Vlpianus lib. 1. ad Sabinum: *Acceptilationem aliquid egiſſe*, tolliſſe*que totam Obligationem*.

Similiter Tempus Futurum praeſenti in Verbis Tertii et Quarti Ordinis, vt *Dormio Dormibo*, *Largio Largibo*, Cato. *Expedio Expedibo*, *Reddo Reddibo*, Plaut. in Truculento: *Ego* expedibo, *rem perdidi apud vos*. Id. in Menaechmis: *Saluum tibi ita, vt mihi dediſti*, reddibo. *Eſurio Eſuribo*, Pomponius in Augure: *Non* eſuribis *diutius*. *Scio Scibo*, Terent. in Eunuch.

Modos autem, quos appellant *Grammatici*, in multis Verbis aliter *Veteres* protulerunt, veluti Imperatiuum monoſyllabum, appoſita E littera, vt *Dice*, *Duce*, *Face*, quae apud *Poetas* paſſim leguntur.

Subiunctiuum Verborum Tertiae Coniugationis per Em, vel per Im, vt *Attingem*, *Dicem* Cato et alii, teſte Feſto et Quintiliano lib. 1. *Remittes* pro Remittas, Terent. in Andria: *Nam ſi rogites*, remittes *iam me onerare*. *Arceſſit*, *Quaerit*, pro Arceſſat, Quaerat, Plaut. in Menaechmis: *Quid velit, quidue* arceſſit. Id. in

Au-

Digitized by Google

Strideo, Lucanus lib.6. *Auribus incertum feralis ſtrideat vmbra.* *Scabo Scabeo*, Lucilius:

Scaberat *vt porcus contritis arbore coſtis.*

Tertia et Quarta, vt *Cupere Cupire*. Lucretius lib. 1.

- - *perfrangere vt arcta*

Naturae primas portarum clauſtra cupiret.

Parere Parire, Ennius in Epicharmo:

Oua parire *ſolet genus pennis condecoratum.*

Manillus Poëta apud Varronem: *Latona* parit *caſto complexu* IOVIS.

CAPVT XII.

DE TEMPORIBVS ET MODIS.

TEMPORVM in Verbis Mutationes per ſingulos Coniugationum Ordines *Grammatici* accurate tradiderunt, in quibus referendis non eſt operae pretium nos immorari. Illud vnum leuiter attigerunt, quod eſt obſeruatione maxime dignum: Veteres aliquando Tempus Praeteritum a Praeſenti formare atque deducere, vt *Accedo, Decedo, Diſcedo: Accedi, Decedi, Diſcedi.* Varr. L 1. de Re Ruſtic. Diſcedimus *omnes*. Pompon L. 1. Senatusconſultor. *Quae ad haereditatem Patris* accederat. Paulus lib.2. Decretor. *Si ſine liberis* decederit. *Cano Canui*, Salluſt. L. 1. Hiſtor. *Iuſſu Metelli cornicines* occanuere. *Calleſco Calleſci*, Cato in Oratione de Bello Carthaginenſi: *Aures nobis* calliſcerunt *ad iniurias*. *Clepo Clepi*, Cic. lib. 2. de Legibus: *Sacrum ſacroue commendatum qui* cleperit, *rapſitue*. *Conſiſto Conſiſti* Ennius: Conſiſtere *amnes perennes, arbores vento vocant*. *Negligo*

gligo Neglegi. Aemilius Macer. lib. 16. Annal. *Omnium noſtrum* neglegerit *autoritatem*. Cic. Philippica 13. ex Epiſtola ANTONII: *Confugere* ALEXANDRIAM neglegiſtis. *Nexo Nexi*, Propertius lib. I. *At tibi quae noſtro* nexiſti *retia lecto*. *Premo Premi*, Cato de Re Ruſt. *Vbi factores veſtibus* premerint. *Sino Sini*, Terent. in Andria: *Dum tempus ad eam rem tulit*, ſini *animum, vt expleret ſuum. Confundo Confundi, Relinquo Relinqui, Reſcindo Reſcindi, Rumpo et Corrumpo, Rumpi et Corrumpi*, in Libris *Pandectarum* Iuris aliquotiens ſcriptum exſtat. *Tollo Tolli, Abſtulo Abſtuli*, Plaut. in Rudente: *Aulas* abſtulas. Vlpianus lib. I. ad Sabinum: *Acceptilationem aliquid egiſſe*, tolliſſe*que totam Obligationem*.

Similiter Tempus Futurum praeſenti in Verbis Tertii et Quarti Ordinis, vt *Dormio Dormibo*, *Largio Largibo*, Cato. *Expedio Expedibo*, *Reddo Reddibo*, Plaut. in Truculento: *Ego* expedibo, *rem perdidi apud vos*. Id. in Menaechmis: *Saluum tibi ita, vt mihi dediſti*, reddibo. *Eſurio Eſuribo*, Pomponius in Augure: *Non* eſuribis *diutius*. *Scio Scibo*, Terent. in Eunuch.

Modos autem, quos appellant *Grammatici*, in multis Verbis aliter *Veteres* protulerunt, veluti Imperatiuum monoſyllabum, appoſita E littera, vt *Dice*, *Duce*, *Face*, quae apud *Poetas* paſſim leguntur.

Subiunctiuum Verborum Tertiae Coniugationis per Em, vel per Im, vt *Attingem*, *Dicem* Cato et alii, teſte Feſto et Quintiliano lib. I. *Remittes* pro Remittas, Terent. in Andria: *Nam ſi rogites*, remittes *iam me onerare*. *Arceſſit*, *Quaerit*, pro Arceſſat, Quaerat, Plaut. in Menaechmis: *Quid velit, quidue* arceſſit. Id. in

Au-

Digitized by Google

Aulularia: *Quid ſi quiſpiam tamen* quaerit? *Edim* pro Edam. Id. Plaut. in Poenulo; *eſt domi, quod* edimus, *ne nos tam contemtim conteras.* Id. in Trinummo: - *At pol ego, etſi vetat*, edim. Et alibi frequenter. Cato de Re Ruſt. *Quod volet cibi, poſtea* edit. Id. ibid. *Sed ſi poterit ſolam braſſicam eſſe*, edit. Cic. ad Paetum; *Ne ego, te iacente, bona tua* comedim. Horat. lib. 3. Carminum. Edit *cicatis allium nocentius*. Id. lib. 2. Sermon. *Quam ſi cum lumbis quis* edit.

Praeterea Indicatiui Modi Imperfecta per contractionem et diminutionem mediae Syllabae in Verbis, quae in IO deſinunt, vt *Cuſtodibam*, *Geſtibam* pro Cuſtodiebam, Geſtiebam. Catullus: Cuſtodibant *calathiſci.* Plaut. in Aulularia: *Scapulae* geſtibant *mihi.* *Lenibam*, *Nutribam* Virgilius, *Saeuibam*, *Scibam* Lucretius et Terentius in Prologo Hecyrae: *Quin* ſcibam *dubiam fortunam eſſe ſcenicam.* Id. in Andria: *Propterea quod* ſeruibas *liberaliter.* Et perfecta alia, vt *Dixti*, *Senſti*, pro Dixiſti, Senſiſti, *Reuixti*, *Praeſcripſti.* Ennius lib. 1. Annal. *In Poma Troia* reuixti. Terent. in Andria: *Tute ipſe rebus finem* praeſcripſti.

Item Infinitiui Modi Praeterita, vt *Abſtraxe* pro Abſtraxiſſe. Lucret. *Ceſſe*, *Creſſe*, Id. Lib. 1.

- *Nam quaecunque prius de parti corpora* ceſſe
Conſtitues. Et Lib. 3.
Cum membris videatur in ipſo ſanguine creſſe.

Cic. Lib. 15 ad Attic. *Non videmur* ceſſe *victori.* *Diuiſſe*, Diuiſiſſe Horatius:

Antiquo cenſu natis diuiſſe *duobus.*

Indixe, *Produxe*, *Subduxe*. Terent. in Adelphis:

Nam tu eum hoc modo rus produxe *aiebat.*

Var-

Varro in Satyra de Myſteriis: *Tum portitores aera indixe.* Id. lib.2. de Re Ruſtica: *Quem ſibi Thyeſtem ſubduxe quaeritur. Promiſſe, Sumſe, Conſumſe*: pro Promiſiſſe, Sumſiſſe, Conſumſiſſe. Catul. in Epigram.

Aut facere ingenuae, aut non promiſſe *pudicae.*

Naeuius in Triphalo: *Argentum amoris cauſſa* ſumſe *mutuum.* Lucretius lib. 1. *Infinita aetas* conſumſe *ante acta diesque.*

CAPVT XIII.

DE ADVERBIIS.

ADVERBIA pleraque bifariam et promiſcue efferuntur a Veteribus, vt *Here* Heri, *Veſpere* Veſperi, *Peregre* Peregri, *Praefiſcine* Praefiſcini, quo vtitur Apuleius Libro 3. Floridorum, et Horat. lib. 2. Serm. *Nam mihi conuiuam quaerenti* here *ductus illic.* Terent. in Hecyra: Here *nemo voluit.* Plaut. in Pſeudolo: *Atque* here *ante dixeram omnibus*, et aliis multis locis. Idem in Amphitruone: Peregre *aduenjens.* Et in Perſa: *Quia herus* peregri *eſt. Commode* et Commodo, *Cottidie* Cottidio, *Falſe* Falſo, quorum Exempla exſtant apud Cariſium. *Arcane* et Arcano, *Exigue* Exiguo, *Proxime* Proximo, *Tutiſſime* et Tutiſſimo. Caeſar lib. 2. de Bello Ciuili: *Domitius* arcano *cum paucis Familiaribus ſuis colloquitur.* Cic. Lib. 4. ad Atticum: Proximo a. *d. 6. Cal. Octobris.* Id. ibid. lib. 8. *Vbi* tutiſſimo *eſſent*, et lib. 16. *Legi* arcana *Conuiuis tuis. Ample* et Ampliter, *Dure* Duriter, *Longe* Longiter, *Probe* Probiter, et alia id genus multa, quae *Grammatici* annotarunt, *Auare* Auariter, *Auide* Auiditer: Plaut. in Curcul.

In-

Digitized by Google

Ingurgitat impura in ſe merum auariter.

Arnobius lib.5. *Inuaſiſſe* auiditer. *Inprimis* et Inprimo, Varro lib.6. de Lingua Lat. *Hominis* inprimo *in Litteris Latinis exercitati*. Gellius lib.16. *Tum* inprimo περὶ ἀξιωμάτων *diſcendum. Promiſcue, Protinus*, et Promiſcam et Protinam, Ter. in Phormione: *Hinc me conicerem* protinam *in pedes*. Varro in Caprino Proelio: *Caetera* promiſcam *voluit communia haberi*. *Clare* et Claritus, *Communiter* Communitus, *Publice*. Publicitus, apud Terent. et alios. *Caute* et Cautim, *Diſerte*-Diſertim, *Exquiſite* Exquiſitim, *Minute* Minutim, aliaque talia Aduerbia in *Tim* admodum familiaria erant Veteribus. *Arctim* Cic. lib.12. ad Atticum: *Nec* arctim *Pompeium teneri*. *Coniuratim, Perplexim* Plautus, *Blanditim, Iuxtim, Exultim* Lucretius, *Propritim* vel *propriatim* Id. lib.2. *Quid? genus humanum* propritim *de quibus actum eſt*. Arnobius lib.3. *Vsque adeo res exigit* propriatim DEOS *ſcire*. *Ceſſim, Receſſim* Plaut. in Caſina:

Imitabor nepam: receſſim *dabo me ad parietem*.

Varro in Sesquiulyſſe: - - *cum domum ab Ilio* ceſſim *reuertero*. Iuſtinus lib.2. *Vos, commiſſo praelio, ite* ceſſim. Alfenus IC. *Interim ſuperius ploſtrum* ceſſim *ire coepit*. *Illim, Iſtim*, pro Illinc, Iſtinc retinent antiqui Libri Lucretii et Ciceronis, cum aliis pluribus locis, tum epiſtola ad Valerium: *Qui* iſtim *nunc veniunt*, et ad Atticum lib 9. illim *equidem Cn. profectum puto*. *Magis* Mage. Quo praeter *Lucretium* et *Virgilium* etiam Cic. in Verrem vtitur: Mage *condemnatum hominem in iudicium adducere non poſſe*. *Nenu* pro Non Lucilius et Varro apud Nonium, et Lucret. lib.3. et 4.

Nenu

Nenu queunt rapidi contra conſtare leones.

Poſtea et Poſtilla Terentius et Plautus crebro vſurpant. Cato in Originibus, *Saepeque* poſt ILLA *operam Reipublicae fortem atque ſtrenuam perbibuit. Primo* et Primum, *Poſtremo* Poſtremum, *Tertio* Tertium, *Quarto* Quartum Veteres promiſcue et indifferenter dixiſſe, oſtendimus lib. 4. de Differentiis Verborum.

Praeter haec fuerunt in vſu ADVERBIA, quae fiunt ab *Auferendi* Caſu in vtroque Numero, vt *Anniuerſario*, *Cottidiano*. Cic. lib. 5. ad Atticum: *Cum anatociis* anniuerſario, id eſt, annuatim, anno vertente. Id. lib. 6. de Republica: Cottidiano *in forum mille hominum cum palliis conchylio tinctis deſcenderent.* Plautus in Captiuis:

Niſi cottidiano *ſeſquiopus conſeceris.*

Anno pro Pridem, et *Horno*, id eſt, Hoc anno. Lucilius lib. 27. Satyrar. *Vtrum* anno, *an* horno *te abſtuleris a viro*, Plaut. in Amphitr.

Etiam Hiſtriones anno *tum, cum in proſcenio hic* IOVEM *inuocarunt, venit. Heſterno*, *Poſtero*, *Hiberno*, *Matutino*: Tacitus lib. 4. Annal. *Idemque cum* poſtero *ad Quaeſtionem traheretur.* Et lib. 15. Poſtero *cum ad eosdem cruciatus retraheretur.* Venuleius IC. *Eum, qui* hiberno *habuerit fundum.* Apuleius lib. 9. Metamorphoſ. Matutino *me multis oleribus onuſtam proximam ciuitatem decere conſueuerat Dominus. Numero*, id eſt, Cito, Celeriter, apud *Comicos* paſſim legitur. *Compacto* Afranius in Emancipato: *Te facere* compacto *omnia*: quod Plautus in Captiuis: *Rem* de compacto *geri. Fortuitu* Idem in Aulularia; *Si eam ſenex anum praegnantem* fortuitu *fecerit.*

Q q *Noctu*,

Noctu, Diu; Lucu vel *Luci*, propter affinitatem Litter. I et V. Id ibid. *Nec* noctu, *nec* diu *quietus vnquam eam.* Salluſt. lib. I. Hiſt. Noctu diu*que vigilias tentare.* Terentius in Adelphis: *Cum primo* luci. Plaut. in Amphitr. *Nonne idem hoc* lucu *me mittere potuit.* Idem in Mercatore: *Ad portam hinc abi mane cum* lucu *ſimul. Alternis, Multimodis, Omnimodis*, Lucretius. *Gratis, Ingratis*, vel *Gratiis* et *Ingratiis*, vt *Inuitis* Aduerbium, obſeruat Cariſius. Plautus in Aſinaria: *Caue modo, ne* gratiis, etc. Et in Caſina: *Vobis* inuitis *atque amborum* ingratiis. Terent. in Eunuch. Ingratiis *vt dormiam.* Id. in Phormione: *Meam ductes* gratiis. Cicero Orat. 6. in Verrem: *Reticebunt, quae poterunt, libenter, dicent, quae neceſſe erit* ingratiis. Idem pro Quinto: *Extorquendum eſt inuito atque* ingratiis; id eſt illibenter, grauate et contra voluntatem.

CAPVT XIV.

DE PRAEPOSITIONIBVS.

FVERVNT Veteribus in vſu *Praepoſitiones*, quae iam exſoleuerunt *Am* et *Vls*, cuius vicem *Pomponius* de Origine Iuris vſurpat *Vltis*: *Quinque Viri* (inquiens) *conſtituti ſunt cis Tiberim et* vltis *Tiberim. Am* vero ſeruit Loquelis, ſiue Verbis, non Caſibus, vt *Amplector, Amputo, Anquiro.* Vnde inter eas Praepoſitiones, quas *Probus, Diomedes*, aliique veteres Grammatici *Loquelares* appellant, refertur a *Cariſio* et *Feſto* his verbis: AM *Praepoſitio loquelaris ſignificat* Circum.

Praeterea ſolent Veteres interdum *Praepoſitiones* geminare, ita vt in vnam Dictionem coëant et coaleſcant

leſcant

Digitized by Google

leſcant; veluti *Inſuper*, *Deſuper*, et quae minus vſitatae, *Exante*, *Inante*, *Poſtante*, id eſt, poſt alia facta, quomodo *Graeci* dicunt ἐμπροσθέν. Varro lib. 5. de Lingua Lat. Poſtante *conuentionem habeat*. Propertius Lib. 2.

Si quis vult forma tabulas anteire vetuſtas,
Hic dominam exemplo ponat inante *meam.*

Apuleius Lib. 1. Metamorphoſ. *Proxime* exante *Poecilen porticum*. *Exaduorſum* Cato de Re Ruſt. et Terent. in Phorm. - - Exaduorſum *inlico Tonſtrina erat quaedam*. *Circumcirca*, *Circumſecus*, id eſt, in ambitum et in orbem. Plautus in Aulularia: *Occoepit ibi ſcalpturire vngulis* circumcirca. Apuleius Lib. 5. *Coloni quique* circumſecus *venantur*, et Lib. 11 circumſecus *variegatum*. *Praeter propter*, pro Praeterquam propter, ſiue propter aliam cauſam, quam propter eam, de qua loquimur. Ennius in Iphigenia: - *Praeter propter vitam viuitur*, id eſt, propter aliam cauſſam viuitur, quam vt viuatur, vtputa propter Voluptatem, vel Gloriam.

Aliquando PRAEPOSITIONES *ſeparatae* in Oratione coniunguntur, et nihilominus *Dictionis vim* ſeruant. In quo ſane errat *Priſcianus*, qui tradit, PRAEPOSITIONES, quotiens Caſu carentibus apponuntur, *Dictionis vim* ſemper amittere. Sic *In ante*, *Ex ante*, Varro Lib. 3. de Re Ruſt. Ex ante *diem 7. Id. Febr.* et Ex ante *diem 3. Id. Sextil.* Cicero. Lib. 1. ad Atticum: In ante *diem 15. Cal. Nouembr. diſtulit*. Et Lib. 3. Ex ante *diem Non. Iunii vsque ad pridie Cal. Septembr.* Liuius Lib. 45. *Supplicatio pro concione Populi indicta eſt* ex ante *diem 5. Id. Octobr.* *E circa* Id. Lib. 21. *Extemplo* e circa *Praetorem ad Ci-*

Digitized by Google

uitates miſſi legati, id eſt, ex iis, qui circum Praetorem erant. *In coram* Apuleius Lib. 10. *Quae mecum* in coram *publicam Populi caueam frequentaret*. Sed *Verſus* et *Vsque* aliis Praepoſitionibus coniuncta transeunt in Aduerbia: vt *Verſus* cum *Ab*, *Ad* et *In*, Varro Lib. 1 de Re Ruſtica: *Ridica vitis* ab *ſeptentrione* verſus *tegatur*. Caeſar Lib. 6 de Bello Gallico: *Cum Legionibus tribus* ad *Oceanum* verſus. Salluſt. in Catilina: *Modo in* Vrbem, *modo* in GALLIAM verſus. Cicero de Amicitia: *Atque is primum inſtituit* in *forum* verſus *agere cum Populo*. Vsque cum *Ab*, *Ad*, *Ex*, et *Sub*. Virgilius: *Siculo proſpexit* abusque *Pachyno*. Id *Hinc* vsque ad *ſidera notus*, et: Vsque ſub *obſcurum noctis*. Terent. in Eunuch. *Ex Aethiopia eſt* vsque haec. Cic. Pro Flacco: *Non accepit a ſuis Ciuibus*, *ſed* ab TMOLO vsque *petiuit*.

CAPVT XV.

DE COMPOSITIONE VOCVM.

IN *Compoſitione Vocabulorum* nimio plus ſibi indulſerunt Veteres, maxime Poëtae, e quibus nos pauca quaedam Vulgo minus nota, referemus. Ex tribus Dictionibus Nomina componere, quamuis Latinae Linguae non concedat *Quintilianus*, tamen fecit Lucilius *Hippocampelephantocamelus*, ex iſtis tribus Vocibus *Hippocampus*, *Elephantus*, *Camelus*. *Viticapiferae* Varro in Satyra Magnum talentum: *Detotonderat forcipibus* viticapiferis, quaſi Vitia capere ferre. *Quaſſagipennae*, quae quaſſis aguntur Pennis, idem *Sexageſi*; *Nec* quaſſagipennas *Anates*, *tremi-*

tremipedas. Scytoſagittipelliger cognomen HERCV-LIS, quod Scutum, Sagittas, et Pellem geſtaret, Tertullianus de Pallio. *Triſeclíſenex* et *Dulcíoriloquus* de NESTORE Naeuius in Alceſti, quae vt nimium Poëtica notat *Gellius*.

Ex Latino et Graeco, vt *Antelogium* Plautus in Menaechmis: *Nunc argumento* antelogium *quoddam hoc fuit. Dentarpagae* Varro in Cyniciatris: *Hic bipenſiles forcipes* dentarpagae. *Signoſiae* idem in Eumenidibus: *Imponeret aedilis* ſignoſiae. *Flexibulae*, *Vimarcus*, Idem in *Satyrarum* Inſcriptionibus. Contra *Epitogium*, *Anticato* Titulus Librorum Iulii Caeſaris, quos ſcripſit contra *Ciceronis* laudationem Catonis. *Archigubernus* apud Iauolenum IC, et *Meſonauta*, qui in Naui medium locum tenet inter Gubernatores et Remiges, vt inter Seruos *Mediaſtinus*. Vlpianus lib. 13. ad Edictum: *Non debet Exercitor Nauis per Remigem, aut* Meſonautam *obligari*.

Ex Praepoſitione et duobus Vocabulis eſt *Perterreſacio*, et quae Pacuuius dure ſtruxit *Incuruiceruicum*, *Repandiroſtrum*.

Rurſus ex duabus Praepoſitionibus et vno Vocabulo multa iunguntur, vt *Incompoſitus*, *Reconditus*, et, quo Cicero vtitur, *Subabſurdum*. Sic *Adindo* Cato de Re Ruſtica; *Coaddo*, *Coaccedo*, *Exobſecro*, Plautus; *Perinungo*, *Prodeambulo* Terent. in Adelphis: Prodeambulare *huc libitum eſt*. Varro lib. 2. de Re Ruſtica: *Eadem re* perinungunt, et *tegunt rurſus. Inconcupiſco*, *Incognoſco* Apuleius lib. 3. Floridor. *Vt non minus vobis amicitia mea capeſſenda ſit, quam mihi veſtra* inconcupiſcenda. Idem

Digitized by Google

Lib. 4. *Vt* incognoſceret *mare ingenii humani quisnam eſſet*. *Redadopto* Modeſtin. Lib.2. Regular. *Filio dato in adoptionem*, *quem denuo* redadoptauit. *Superanteactus* Lucretius Lib.3.

Cum ſuperanteactam *aetatem meminiſſe nequimus*. *Transadigo* Virgilius: Transadigit *coſtas*.

Aduerbium pro Verbo compoſito iungere frequens eſt apud Comicos, vt *Introadmitto*, *Introabeo*, *Introadſpicio*. Terent. in Andria: *Acceſſi*, introadſpexi. Idem in Hecyra: *Here nemo voluit* SOSTRATAM INTROADMITTERE.

Ex Praepoſitione et Aduerbio ſunt *Derepente*, *Deſubito*, *Demagis*, quibus vtuntur *Terentius*, *Lucretius*, et *Lucilius* aliique. *Praeterquam*, *Extraquam* Vox frequens in Legibus et Edictis. *Adprimo*, *Abhinc*, *Dehinc*, quae ſola *Praepoſitionem* recipere *Cariſius* perperam cenſet.

Praeterea non nulla Compoſita Verba, quae nunc contracta, vel leuiter immutata efferimus, Veteres integra protulerunt, vt *Traduco Transduco*, in Libris *Digeſtorum* Iuris. Trado *Transdo*, Terent. in Prologo Phormionis. Exquiro *Exquaero*. Plautus in Aularia: *Intro*, exquaere, *ſitne ita*, *vt ego praedico*. Idem in Captiuis: *Eadem ego ex hoc*, *quae volo*, exquaeſiuero. Iniquius *Inaequius*, Idem in Poenulo: *Trado amico nihil eſt quicquam* inaequius. Anciſum *Ancaeſum*, Conciſum *Concaeſum*, et contra *Diſtiſum*, *Pertiſum*, pro Diſtaeſum et Pertaeſum; vt teſtatur Feſtus, et Cicero in Oratore his verbis: *Conciſum*, *non concaeſum*; *ex quo quidam* Pertiſum *eſſe volunt*, *quod eadem conſuetudo non probauit*. Et ex contrario,

quae

Digitized by Google

quae nos *plene* efferimus, illi contrahebant, vt Tranſluceo, Tranſmitto, *Traluceo Tramitto*, Lucretius; Tranſuolo *Trauolo*, Tranſmeo *Trameo*, Plautus in Epidico: Trauolauerunt *ad hoſtes*, et; *Mihi illanc vt* tramittas. Varro Lib. 4. de Lingua Lat. *Tua quod* trauolat *ea aqua*. Id. ibid. *Trama quod* trameat *filum*. Tranſfero *Trafero*. Cicero ad Lentulum: *Cauſſam regiam alio* traferebant. Idem ad Coelium: Traferri *Nomen a* Valerio *non potuiſſe*. *Eſcendo Eſcenſio*, pro Exſcendo et Exſcenſio, quo vtitur Liuius Lib. 47. Salluſt. in Iugurtha: *Non temere vti* eſcenderat Id. ibid. *Quibus alleuati Milites facilius* eſcenderunt. Et mox: *Pars equos* eſcendere. Varro Lib. 1. de Re Ruſt. *E vinea in arbores* eſcendit *vitis*, et, *In carnarium* eſcendit. Idem Lib. 4. de Ling. Lat. *Vnde* eſcendebant *ad infimam nouam viam*. Liuius Lib. 45. *Conſuli ad quadrigas mittendas* eſcendenti.

CAPVT XVI.

DE DISTRACTIONE ET TRAIECTIONE VOCVM.

DIVIDVNTVR Voces Compoſitae et quaſi in Partes ſecantur non apud *Poëtas* modo, ſed etiam *Oratores* et *Hiſtoricos*: Simplices autem Voces non diſtrahuntur, etſi Ennius τὸ *Cerebrum* diſtraxit Lib. 5. Annal.

Transfigit corpus cere *comminuit* brum: quem nulli idonei Autores imitari voluerunt. Et interdum quidem, Compoſita Voce diuiſa, nihil eius partibus interponitur, vt *Animum aduorto* Cato de Re Ruſtica,

 Te-

Digitized by Google

Terent. in Prologo Andriae, et Dolabella in Epiſtola ad Ciceronem. *Areſacio* Lucret. lib.6.

Principio terram Sol excoquit, et facitare.

Magno opere, Summo opere, Tanto opere. Licinius Macer Lib.1. Annal. *Non* minimo opere *Milites quietos volebant.* Cicero Lib.12. ad Atticum: *Res indicat,* quanto opere *id cupiam.* Suetonius in Caeſare: *Quem incolumem* tanto opere *cuperent. Satis agere* Cato de Conſulatu ſuo: *Iam noſtri apud vallum* ſatis agebant. Apuleius lib. 8. *Coloni multitudinem noſtram latrones rati* ſatis agentes *rerum ſuarum, eximieque trepidi.* Vlpianus lib.23. ad Sabin. *Non* ſatis egerit. Plaut. in Mercatore per Μεταθεσιν:

Inſomnis egi ſatis, *et fui homo exercitus. Peſſum do* pro Peſſundo: Terent. in Phormione: *Me, aut Herum* peſſum dabunt. Salluſt. in Iugurtha: *Quae res plerumque magnas Ciuitates* peſſum dedit. Tacitus L.3. Annal.

Quod multos etiam bonos peſſum dedit. Frequentius autem partibus Vocis Compoſitae Dictio aliqua, vel Particula interponitur, quod genus Τμήσεως familiare fuiſſe Lucilio, denotat Auſonius his Verſibus:

Reſciſſo Verbo, diſces componere Verſum;
LVCILI *Vatis ſic imitator eris.*

Sic diſtrahuntur *Areſacio, Excandeſacio, Ferueſacio.* Varro de Re Ruſtic. Are*bos* facies. Id. ibidem: Excande*me* fecerunt. Cato de Re Ruſtic. Ferue*bene* facito. *Circumſundo, Circumuentus.* Virgil. Aeneid. Lib. 1.

Et multum nebulae circum DEA fudit *amictu.*

Vlpianus ad Sabinum 34. *Siquidem* circum *in hac*

ven-

venta *eſt*. *Depetigo*, *Conſtendere*. Lucil. Lib. 30.

Illuuies, *ſcabies*, *oculos huic* de*que* petigo.

Dedicatus Id. ibid.

Iuratam ſe vni, *cui ſit data* de*que* dicata.

Detondo Ennius Lib. 3. Annal.

De*que* torondit *Agros laetos atque Oppida cepit*.

Lucrifacio, Caius Lib. 19. ad Edictum: *Liceat* lucri *dotem* faciat. *Magnopere*, Terentius in Eunucho: THAIS maximo *me orabat* opere.

Pergratum, *Permoleſtum*, *Permagni*. Cicero Lib. 2. ad Atticum. Per *mihi* per, *inquam*, gratum *feceris*. Idem Lib. 5. Per *mihi erit* gratum, *ſi id curaris ad me perferendum*. Et Lib. 10. Per *enim* magni *aeſtimo*. *Plebiſcitum*, *Senatusconſultum*. Varro Lib. 3. de Vita Pop. Rom. Plebis*que* ſcito *canum*. Idem Epiſtolicar. Quaeſt 4. Senatus*que* conſultum *fieri duobus modis*. Quintilianus: *Nam rogationibus*, Plebis*ue* ſcitis *cauta ſunt iſta*. *Quapropter* Plautus in Amphitr. Qua *iſta* propter *dicta dicantur mihi*. *Quilibet*, *Quicunque*, Salluſt. in Catilina: Cuius *rei* libet *ſimulator*. Idem de Rep. ordinanda: Cuius *rei* libet *periculum facere*. Terentius: Quae *meo* cun*que animo lubitum eſt facere*. *Respublica* Plautus: *Sed vt ego ſtultus*, *qui* Rem *curo* publicam. Cicero ad Atticum: Rem *vero* publicam *penitus amiſimus*. *Septentrio*, Virgilius:

- *ſeptem* ſubiecta *trioni*.

Superſum, Plautus in Curculione: *Si quid* ſuper *illi* fuerit.

Tametsi Idem in Caſina: *Qui amat*; tamen *hercle* etſi *eſurit*. *Venundo* Salluſt. Lib. 1. Hiſtoriar. *Quaſi Cimbricam praedam* venum, *aut dono* datam.

Digitized by Google

Liuius: *Ignarus omnium ſe* venum *a Principibus* datos.

Quin etiam traiiciuntur Dictiones Clauſulaeque, et praepoſtero ordine locantur: quod vbi accidit, ἀναστροφὴν eſſe volunt *Grammatici.* Accidit autem in *Nominibus*, vt cum *Cognomen* anteponitur NOMINI, veluti *Balbus Cornelius*, *Gallus Fabius* apud Ciceronem ad Atticum, *Gallus Caninius* in Epiſtola ad Coelium, *Macer Licinius* Lib. 2. ad Q. Fratrem, *Papus Aemilius* in Laelio, *Antias Valerius*, *Curſor Papirius* apud Liuium.

Vel cum *Praenomen* cum COGNOMINE coniungitur, vt *M. Cicero*, *C. Caeſar*, *Cn. Magnus*, Varro Lib.4. de Vita Populi Rom. *Audiui dicentem Cn. Magnum.* Velleius Lib.2. *Filiam C. Caeſaris Cn. Magnus duxit vxorem.* Item traiiciuntur *Pronomina*, vt *Qui Quae*. Varro ὄνος λύρας. *Aut ille ceruum, qui volabile currens*, pro ille, qui ceruum. Tibullus Lib.1.

Vidi ego, qui Iuuenem ſeros deſiſſet amores,

pro *Iuuenem*, qui. Ouidius Lib.1.Elegiar.

Quam face ſuſtineo tecta ſuperba petam:

id eſt face, quam ſuſtineo.

Verba, vt *Sis vide*, pro Vide ſis. Plautus in Aulularia: *Sis vide, vt incedit.*

Aduerbia, vt *Nihilominus* Coecilius in Hypobolimaeo: *Ego illud* minus nihilo *exigor portorium. Quoad* Afranius in Promo: *Vt ſcire poſſis*, ad quo *te expediat loqui. Cum* Caeſar: *Diutius* cum *noſtrorum impetum ferre non poſſent.* Id. *Diu* cum *eſſet pugnatum.*

Praepoſitiones, vt Lucretius: *Ea propter* Virgil. *Italiam contra*; et, *His accenſa ſuper*; et, *Maria*

omnia

Digitized by Google

omnia circum. Item *tranſtra per et remos*, Horatius: *Quem penes*, Salluſtius: *Quos inter*, Varro: *Eum apud* Cicero: *Memoriam praeter, Ponit ante*, Liuius: *Omnibus ex*, Tacitus: *Eo coram, Templum iuxta, Tiberim contra, Vrbem extra, Viam propter.*

Coniunctiones, vt *Autem* poſt alterum, aut tertium Orationis verbum apud *Plautum* frequentiſſime. *Enim* initio Orationis pro Etenim, idem in Aulularia: *Enim mihi quidem aequum eſt.* Et in Caſina: *Enim iam magis iam approbero.* Id. in Milite: *Enim cognoui nunc.* Terentius in Hecyra: *Enim laſſam oppido tum aiebant.* Cicero Lib. 4. ad Atticum: *Macroni vix videor praeſto eſſe. Enim auctionem.* Lucretius Lib. 2. *Enim diſtantia cum ſit.* et Lib 6. *Enim praeſens dolor exſuperabat.* Labeo Lib. 2. Pithanon; *Et hoc id eſt, quod Graeci dicere ſolent ἐν πλάτει. Enim poteſt hoc memoria non teneri.* Aliquando ponitur *Enim* tertio loco. Varro in Andabatis: *Minus aurum enim non praeſtringit oculos.* Cicero Lib. 12. ad Atticum: *Pruſia cupit enim vendere.* Liuius Lib. 46. *Eo quoque enim mittendos fore legatos. Ne* Plautus in Pſeudolo: - - *Ne illi audeant*, pro illine. Terent. in Andria; *Ah ne tu omnia*, pro tune. Cicero ad Atticum: *Ego illud ne quidem contemnam*, pro ne illud quidem. *Quamquam* Salluſt. in Iugurtha: *Quae grauia quamquam.* Tacitus, *Haec mala quamquam. Que* Copula alieno loco ſolet poni, ſed apud Poëtas tantum. Plaut. in Captiuis: *Eſt profecto Deus, qui, quae nos gerimus, auditque et videt.* Horat. *Ore penes tetigitque crura.* Tibull.

Meſſallam terra dum ſequiturque mari. Sed, Sed enim. Virgilius:

Ipſa

Ipſa ſed *in ſomnis inhumati venit imago*. Et; *Progeniem* ſed enim *Troiano ab ſanguine duci*. Item: - - *Impius ex quo Tydides* ſed enim *ſcelerumque inuentor Vlyſſes*. *Tamen*, Plaut in Amphitr. *Sed in fugam in ſe tamen nemo conuertitur* Id. ib. *metuam abſentem* tamen.

Atque haec quidem haſtenus de ſingulis Dictionibus, in quibus antiquae Locutionis vſus cognoſcitur. Nam et exoletas Voces explicare non eſt noſtri inſtituti; et ſi quis eas noſſe deſiderat, a *Gloſſographis* petat licebit.

AVSONII POPMAE
DE
VSV ANTIQVAE LOCVTIONIS
Liber Secvndvs.

Capvt I.
DE PARTIVM ORATIONIS INTER SE COMMVTATIONE.

SEQVITVR, vt de antiqua *Orationis* Structura, quae a communi loquendi conſuetudine multum diſſidet, nunc quoque agamus. Sed quoniam *Grammatici* antiquarum Locutionum genera prolixe tradiderunt, vt ad illorum copiam vix aliquid addi poſſe videatur, ideo nolumus in hoc loco diu immorari. Partes Orationis ſaepe confundunt Autores, atque alias pro aliis vſurpant, quam Commutationem *Graeci* vocant Ἀντιμεϱίαν. Sic *Nomen* loco ADVERBII, vt *Aliquid* pro Aliquantulum. Te-

rent.

rent. *Subtriſtis viſus eſſe* aliquid. Cic. pro Deiotaro: *Non enim iam metuo, vt illi tu ſuccenſeas; illud vero, ne illud tibi ſuccenſere* aliquid *ſuſpicere*. *Nullus* pro Non, Plautus aliquotiens, et Terent. in Eunucho: Nullus *mones*; Id. in Hecyra: *Etſi* nullus *dixeris*. Cic. ad Atticum Lib. 11. *Philotimus non modò* nullus *venit*. Et Lib. 15. *Sextus ab armis* nullus *diſcedit*. *Multa* pro Multum, vt. Multa *peccare*. Cic. in Topicis; *Cum mihi meisque* multa *ſaepe cauiſſes*. Et ad Appium: Multa *nos quidem queſti ſumus*. Caecinna Ciceroni: Multa *Deos venerati*. Virgil. Lib. 4. Georgic. - *Et ſpiritus oris* Multa *reluctanti obſtruitur*.

Item *Adiectiuum* in vtroque Numero, vt Immane *ſonat*, Sublime *volans*, Aeternum *latrans*. Virgil. Id. *Sole* recens *orto*, pro recenter et *Stat* acerba *ſtridens*; Id. - *pede terram* Crebra *ferit*: et - transuerſa *tuentibus hirquis*. Lucret. - *mortales* mutua *viuunt*. *Inſanum*, *Sempiternum*, pro Inſane, Sempiterno Plaut. in Curculione, Inſanum *amare*. Id. in Aulularia: *Quod tibi* ſempiternam *ſalutare*.

Similiter *Nomen* pro PARTICIPIO, vt *Hunc Populum late* regem, id eſt, regnaturum.

Et pro INTERIECTIONE, vt *Iuppiter* cum adminiſtrantis eſt; vt apud Graecos, ἡράκλεις, Catullus: *Doctis* Iuppiter *et laborioſis*, et alibi: Iuppiter *vt terſti lumina ſaepe manu*. *Malum*, *Infandum*, Terent. *Qui* malum *alii*. Virgil. *Nauibus* infandum *amiſſis*.

Pronomen pro CONIVNCTIONE, vt *Id* pro *Ideo* in illis modis loquendi: *Id venio*, *Id reuertor*, *Id quod erat*: in quibus tamen nos potius cenſemus eſſe *Eclipſin* Praepoſitionis *Ob*, vel *Propter*, vt infra dicemus.

Digitized by Google

mus. *Idem* pro Item, vel Etiam. Cic. Lib. 1. Offic. *Vt ipſe ad meam vtilitatem ſemper cum Graecis Latina coniunxi, neque id in Philoſophia ſolum, ſed etiam in dicendi exercitatione feci, idem tibi cenſeo faciundum.* Ibid. *Eſt huic coniuncta beneficentia, quam* eandem *vel benignitatem, vel liberalitatem appellare licet.*

Verbum pro NOMINE, Perſius: Scire *tuum* nihil *eſt*. Id. *Et noſtrum illud* viuere *triſte*. Et, velle *ſuum cuique eſt*. Et pro PARTICIPIO. Virgil. - *Magnum dat* ferre *talentum*, pro ferendum. Id. *dederatque comas* diffundere *ventis*. Et - *ille ſuo moriens dat* habere *nepoti*. Vlp. D. de inofficioſo Teſt. *Cum* obtinere *ſpem non haberent*. Idem D. de Mon. et Honor. *Ius non habet* intercedere; Et D. Mandat. *Conſilium receperit* fraudare.

Participium loco NOMINIS, vt apud *Graecos* crebro, *Medentes*, *Venantes*, pro Mendicis et Venatoribus, Lucret. Id. Lib 5. *Aëriasque ſimul volucres* variantibus *armis*, id eſt variis. Virgil. Lib. 4. Aeneid.

Candentis *vaccae media inter cornua fundit.*

pro Candidae. Et Lib. 6.

Quam ſuper haud vllae poterunt impune volantes
Tendere iter pennis, id eſt, *Volucres*? Id. L. 8. *Pictis* conſpectus *in armis*, pro *Conſpicuus*. Et pro ADVERBIO, *Horrendum*, pro Horrende. Id. - - *At bellua Lernae* Horrendum *ſtridens*. *Lubens*, pro Lubenter. Plautus: *Duorum labori hominum parſiſſem* lubens.

Aduerbium pro NOMINE, vt *Abunde*, *Large*, *Partim*; quae *Nominum* vim quandoque habere infra dicemus.

Et pro CONIVNCTIONE, vt *Quando* pro Quoniam, *Nunc*, pro Sed, vt apud Graecos *νῦν* pro *ἀλλά*, Terent. in Adelph.

Poſtre-

Digitized by Google

Poſtremo quando *conſcia ſum a me culpam hanc eſſe Procul*. Cic. Lib. I. de Diuinatione. *Quae quidem multo plura euenirent, ſi ad quietem integri iremus: nunc onuſti cibo et vino confuſa et peturbata cernimus.* et alibi ſaepe.

Item loco PRONOMINIS, vt *Illic*, pro Ille apud *Comicos* non raro. Plautus in Aſinaria: *Metuo, ne illic obſeruarit meae falſae fallaciae*. Terentius:

Quam illic *qui petit, vnde is ſit theſaurus ſibi.*

Et pro PRAEPOSITIONE fere apud *Poëtas*, vt *Clanculum, Intus, Seorſum*, pro Clam, In, Sine. Terent. in Adelph. - - *Poſtremum alii* clanculum *Patres, quae faciunt*. Lucret Lib. 3. - Seorſum *corpore toto*. Id. ibid. *At neque* ſeorſum *oculi, neque nares, nec manus ipſa, Eſſe poteſt anima.*

Sed et loco PROVOCABVLI *Aduerbium* vſurpatur; qua quidem permutatione optimi Autores crebro vtuntur. Cic. ad. Atticum: *Omnia conſilia differs in id tempus*, cum *ſcierimus, quid actum ſit*. Id. ibid. *Vtinam illum diem videam*, cum *tibi gratias agam*, pro Quo tempore, Quo die. Varr. Lib. I. de Re Ruſt. *Quibus teneat id*, qua *ſerpit*. Terentius: *E Praedonibus*, vnde *eam emerat*. Virgilius Lib. 5. Aeneid.

- *Volucrem traiecto in fune columbam,*
Quo *tendant ferrum*. id eſt, in quam.

Praepoſitio pro ADVERBIO, vt *Ante, Circa, Circum, Coram, Clam, Extra, Iuxta, Pone, Prope, Poſt, Super, Secus, Vltra, Vſque:* quae vim *Aduerbii* plerumque habere notiſſimum eſt.

Coniunctio vice ADVERBII, vt *Atque*, pro Statim, Mox. Plautus in Bacchidibus:

Dum

Dum-circumſpecto atque *ego tum lembum conſpicor*.
Id. in Mercatore:

Poſtquam illic, quod volui, tranſegi, atque *ego conſpicor Nauim ex Rhodo.*

Virgilius Lib. 1. Georgic.

Atque *illum in praeceps prono rapit alueus amni.*

Gellius Lib. 17. *Haec verba, vbi lecta ſunt*, atque *ibi Taurus mihi. Ergo, Igitur*, pro Tum, Inde, Poſtea. Virgil. Lib. 6. Aeneid.

Ergo *iter inceptum peragunt, fluuioque propinquant.*

Plaut. in Caſina: *Tecum loquar mox magis, cum otium* igitur *erit*. Idem in Moſtellaria:

Miſerum eſt opus igitur, *demum, fodere puteum, vbi ſitis fauces tenet*. Et in Amphitruone:

Sin aliter ſient animati, neque dent, quae petant.
Seſe igitur *ſumma vi viriſque eorum oppidum expugnaſcere.*

Terent. in Eunucho: *Quid* igitur *faciam? Quoniam* pro Poſtquam, Quum. Plaut. in Aulularia:

Is, quoniam *moritur, ita auido ingenio fuit.*

Idem in Aſinaria: *Quid nunc*, quoniam *ambo, vt eſt lubitum, nos deluſiſtis, datisne argentum? Tamen* pro Tandem Salluſt. et Pacuuius apud Nonium; *Proinde* pro Perinde. Terent. in Phormione:

Pronde *expiſcare quaſi non noſſes*. Lucret. Lib. 3. *Oſſa dedit terrae* proinde *ac famul infimus eſſet*. Salluſt. in Iugurtha: Proinde *quaſi iniuriam facere, demum id eſſet imperio vti* Varro Lib. 1. de Vita Popul. Rom. *Duabus vndulatis togis eſt opertum*, proinde *vt olim Reges noſtri vndulatas et praetextas togas ſoliti ſint habere*. Planc. Cic. *Quod ſi* proinde, *vt ipſe mereor, mihi ſucceſſerit*. Id. *Vt* proinde *ad omnia paratus eſſem.*

Spe-

Species quoque Partium Orationis commutantur, et aliam vim atque poteſtatem adſumunt. Sic *Nomen primigenium* pro ſuo DERIVATO, vt *Terra* Graecia, *Terra* Italia, *Terra* Sicilia apud Gellium, Ennius - - *late* Saturnia *Terra*. Id. *O Terra* Tracia, *vbi Liberi fanum*. Lucret. Lib. I. Italiae *Terrae oris a finibus eius*. Calliſtratus IC. *Vt extra Terram* Italiam *decem annis relegetur*. Virgil. Troia *gaza per vndas*, pro Troiana, et, Dardana *ſuſcitat arma*. Id. *Latitemque* Lyaeum. Et, *Tempus et* Arcadii *memoranda referte Magiſtri*, pro Arcadici. Varro Lib. 2. de Re Ruſt. Arcadii *Aſini*. Id. ibid. *Terna atque quaterna millia* Gallia *ſuccidia habere*; pro Gallicana. Salluſt. Lib. 4. Hiſtoriar. *Cum interim lumine etiam, tum incerto duae* Galliae *mulieres conuentum vitantes, ad menſtrua ſoluenda montem aſcendunt*. Cato. Lib. 4. Originum: *Talione* vindicta *proximus cognatus vlciſcitur*. Id. in L. Veturium: *Aquam* Anienem *in ſacrarium inferre oportebat*. Gellius Lib. 19. *Molli quodam tempeſtatis* autumnae *die*, pro Autumnalis. Quibus gemina ſunt illa, quae ab aliis vſurpantur, *Mare Oceanum*, *Pondo Libram*, *Pondo Vnciam*, et *Rete Iaculum*.

Abſolutum pro COMPARATIVO, Terent. *Paullo qui eſt homo* tolerabilis, pro tolerabilior, et pro SVPERLATIVO, vt in illo *Virgilii* notat Seruius, *Optime Graiugenum*. Lucret. Lib. I. - - - *Omnium quae clara clueret*.

Rurſus *Comparatiuum* pro ABSOLVTO Virgil. Lib. I. Aeneid.

Triſtior *et lacrumis oculos ſuffuſa nitentes*.

Idem: - comitem ſenioris *Aceſtae*, pro Senis.

Digitized by Google

Quae permutationes etiam in *Aduerbiis* frequentantur, vt *Cito*, pro Citius. Plaut. in Amphitr.

conſit cito, *quam ſi tu obiicias formicis papauerem*. Id. in Captiuis: *Nec quicquam eſt mihi nunc aeque melius,cui velim*. Terent. in Heautontimor.

Cui aeque audiſti commodius, quidquam eueniſſe.

Diſtributiuum Numeri pro PRINCIPALI, vt *Singulus*, *Binus*, *Ternus*, *Denus*, pro Vnus, Duo, Tres, Decem,et ſic deinceps in vtroque Numero apud *Poëtas*, ſed apud *Oratores* et *Hiſtoricos* fere ſemper in Plurali: cuius rei paſſim reperiuntur Exempla.

Item *Partitiuum* pro Principali, vt *Vnus* et *Alter*, pro Duobus. Cicer. ad Atticum: *Quid enim eſt tantum in vno, aut altero die*, id eſt,vno, aut duobus. Id. pro Cluentio: *Qui cum ad vnum iam et alterum diem deſideraretur.*

Pronomen *Suus* pro Eius, vel Ipſius, quod tamen durum eſt et inſolens. Terent. in Hecyra: *Mater quod ſuaſit* ſua, Virgil. Lib.4. Aeneid.

Tum breuiter Barcen nutricem affata Sichaei;
Namque ſuam *patria antiqua cinis ater habebat.*

Cic. lib 4. ad Atticum: *Vix tamen* ſibi *de mea voluntate conceſſum eſt*, pro ipſi, vel illi.

Verba *abſoluta* pro AGENTIBVS, et contra *agentia* pro ABSOLVTIS interdum a Veteribus vſurpari ſolent. vt *Contendo*, Lucret. Lib 4.

Contendere ſe atque parare. Id. ibidem:
Eiicere id quo ſe contendat dira libido.

Emergo, Cic. de Aruſpicum Reſponſis: *Tum ſe emergit et fertur illuc*. Nepos in Vita Attici: *Quibus ex malis vt ſe emerſerat*. *Erumpo*, *Irrumpo*, *Prorumpo*, Attius in Epigono: *Ita imperitus ſtupiditate erumpit ſe.*

Digitized by Google

ſe. Varro in Marcipore: *Ventique frigido ſe ab axe eruperant*. Id. Sexageſi: *Irrumpit ſe in Curiam*. Caeſar Lib. 2. de Bello Ciuili: *Portis ſe foras erumpunt*. Virgil. lib. 1. Georgic.

Aut vbi ſub lucem denſa inter nubila ſeſe
Diuerſi erumpunt radii. Et lib. 3. Aeneid.
Interdumque atram prorumpit ad aethera nubem.

Lucretius lib. 4. *Tandem vbi ſe erupit*. *Proruo*, *Strepo*, Terent. in Eunucho: *Vna omnes foras ſe proruunt*. Varro in Octogeſi: *Seque opifice non probiter ſtrepere*. *Reſono*, *Requieſco* Virgil. lib. 7. Aeneid.

Diues inacceſſos vbi Solis filia lucos
Aſſiduo reſonat cantu. Et in Bucolicis:
Et mutata ſuos requierunt flumina curſus.

Rurſus *Agentia* pro ABSOLVTIS per Ellipſin *Pronominis*, vel pro *Verbis* PATIENDI, vt *Accingo*, *Auerto*, Virgil. lib. 2. Aeneid. Accingunt *omnes operi*, pro Accingunt ſe, vel Accinguntur. Id. *Tum prora* auertit. *Aequo*, Cic. lib. 1. Offic. *Qui iam illis fere* aequarunt. *Ingemino* Virgil. Ingeminant *auſtri et denſiſſimus imber*. *Inſinuo* Idem:

Tum vero tremefacta nouus per pectora cunctis

Inſinuat *pauor*. Cic. lib. 1. de Orat. *Quod ita nati eſſemus, vt et blandiri et ſuppliciter* inſinuare *iis poſſemus, a quibus eſſet petendum*. Id. ad Nigidium: *Et in ipſius conſuetudinem, quam adhuc meus pudor mihi clauſit*, inſinuabo. *Lenio*, Salluſtius lib. 4. Hiſtoriar. *Tum repente viſus* lenire *Tagus*. *Moueo*, Suetonius: *Quatinus terra in vrbe* mouiſſet. Gellius lib. 2. *Vbi terram* mouiſſe *ſenſerant*. *Muto* Cic. lib. 13. ad Attic. *De Mamurraa non* mutauit. Catullus: *Tantum abhorret ac* mutat. Liuius lib. 49. *Mores quidem populi Ro-*

Romani quantum mutauerint, *vel hic dies argumento erit. Praecipito, Reciproco*, Id. *Non ſepties die, ſicuti fama fert, temporibus ſtatutis* reciprocat. Et Lib. 2. *Secuti dedita opera paſſim ad illecebras propulſa pecora* praecipitauere *in inſidias*. Cic. *Loca, vbi Nilus* praecipitat *ex altiſſimis montibus*. Caeſar: *Hiems iam* praecipitauerat. Virgil. *Tum nox humida coelo* Praecipitat. *Siſto*, Id. Siſtunt *amnes, terraeque dehiſcunt. Turbo*, Idem: Turbant *trepida oſtia Nili*. Varro Lib. 3. de Re Ruſtic. *Cum mare* turbaret. Lucret. Lib. 5. *Sinit incertis* turbare *procellis*.

Verto, Conuerto, Salluſt. in Catilina: *In ſuperbiam dominationemque* conuertit. Idem ibidem: *Nae iſta vobis manſuetudo et miſericordia, ſi illi arma ceperint, in miſeriam* vertat. Et alibi ſaepius. Caeſar. Lib. 3. Belli Ciuilis: *Detrimentum in bonum* verterat. Virgil. Lib. 2. Georgic.

Et totae ſloidam in glaciem vertere *lacunae*.

Liuius Lib. 39. *Haec in perniciem adoleſcenti* verterunt. Idem: Verterat*que Scipionum inuidia in Praetorem*.

Item Verba *Frequentatiua* pro ſuis PRIMIGENIIS non raro Veteres, vt Cato: *Dolito, Emtito, Redemtito, Calleſco;* Salluſt. *Agito, Ducto*: Lucretius, *Coepto, Diſcrepito, Fugito, Imperito, Negito, Nominito, Renuto;* Gellius *Solito, Mutuito, Antiquo ritu* mutuitarent, id eſt, Mutua inter ſeſe Conuiuia agitarent, et alii alia, vſurpant, quae vnicuique, qui vel mediocriter antiquos Scriptores triuerit, obuiam occurrunt.

Participia *Agentia* pro PATIENDI, vt *Vehens* pro Vectus, Gellius: *Qui ouaret introire ſolitos equo* vehentes. Contra *Patiendi* pro AGENTIBVS, vt

vt quae vulgo ſunt notiſſima : *Conſideratus*, *Inconſideratus*, *Contentus*, *Diſertus*, *Diſcretus*, *Iuratus*, *Inueteratus*, *Profuſus*, *Tacitus*, aliaque permulta. Similiter *Captatus*, *Fluctuatus*, pro Captauit, Fluctuauit. Liuius Lib. 44. *Celtiberi parumper incertis animis fluctuati ſunt.* Valerius Maximus: *Spreto mortalis habitu diuinum* captatus *eſt.* Idem Lib. 9. *Exiguo momento maximae rei* fluctuatus *eſt.* Idem ibidem: *Eadem haeſitatione P. Dolabellae animus* fluctuatus *eſt.* *Communicatus*, *Cenſus*, Ouidius Lib. 1. Elegiar.

Hanc probat et primis dilectam ſemper ab annis
Eſt inter comites Marcia cenſa *ſuos.*

Liuius lib. 4. *Nec aduerſarum rerum quaerere ſocios, cum quibus ſpem integram* communicati *non ſint.* *Deſitus*, *Meditatus* Cicer. ad Paetum: *Primus Papiſius eſt vocari* deſitus. Et lib. 3. Tuſc. *Sunt ſemper omnia homini humana* meditata. Terent. in Phorm. Meditata *mihi ſunt omnia.* *Notus*, *Ignotus*, pro eo, qui nouit, aut ignorat, non qui ignoratur. Plaut. in Pſeudolo: *Noui* notis *praedicas.* Cicero pro Coelio: Notis *ac maioribus natu.* Idem ad Luceium: Ignotis *nota faciebant.* *Obiurgatus*, *Penetratus*, Coelius ad Ciceronem: *Curionem prorſus non mediocriter* obiurgatus. Lucret. lib. 4. *Quae* penetrata *queunt ſenſum progignere acerbum.* *Vulgatus*, *Vſurpatus*, Idem lib. 5. *Magnum* vulgata *per orbem.* Vetus Poëta: Vſurpata *duplex cubile.*

Aduerbia quoque inter ſeſe mutua vertunt, vt *Ne* pro Non, de quo ita Terentius Scaurus: *Ne* pro NON *poſitum eſt apud antiquos, vt* Ne frende ...

Digitized by Google

cos, qui ſabam frendere non poſſunt, Neſapus, *qui non ſapit*. Plautus in Trinummo:

Filiam meam tibi deſponſatam eſſe audio, niſi tu ne vis. Terent. in Eunucho: *Quid* ne *es alacris*? Varro de Re Ruſtic *Genibus rotundis*, ne *magnis*. *Quaſi* pro Veluti, Quemadmodum. Terent. in Adelphis:

Ita vita eſt hominum, quaſi *cum ludas teſſeris*.

Plaut. in Sticho:

Fuit olim quaſi *ego ſum ſenex, et ei filiae duae erant*,
Quaſi *nunc meae ſunt*. *Tam* pro Valde, Plautus: *Ferocem facit, quia te herus* tam *amat*. Plinius lib. 7. *Oratores quidem ambo, ſed* tam *diſpari euentu*. Velleius lib.2. Annal. *Nec minora conſequi potuit; ſed non* tam *concupiuit*. Paulus Lib.1. Sententiar. *Niſi aut manifeſto circumſcriptio, ſit, aut* tam *negligenter in ea cauſſa ſint verſati, Praetor interponere ſe non debet*. *Vbi* pro Poſtquam, Quum, Terentius: Vbi *ea cauſſa, quamobrem haec faciunt, erit ademta, deſinent*. Virgil.

Ille vbi *naſcentem maculis variauerit orbem*.

Idem: Vbi *Coelum condidit vmbra Iuppiter*. *Vt* pro Vbi, ὅπȣ: et *Vtcunque* pro Vbicunque. Catullus: Vt *conuenerat eſſe delicatos*. Varro Lib.1. de Re Ruſtica: *Alio loco* vt *feras*. Virgilius lib.5. Aeneid. *Caeſis* vt *forte iuuencis*. Horat. lib.3. Carmin.

Vtcunque *mecum vos eritis*.

Praepoſitionum inter ſe commutatio frequentiſſima eſt, vt *Ad* et *Apud*, *Penes* et *Apud*, *Super* et *Supra*, et ſimilium, quarum exempla paſſim exſtant.

Coniunctiones item mutant, vt *Neque* pro Ne quidem. Cicer. lib.1. ad Atticum: Neque *hoc neglexi*. Et lib.9. Neque *ego aliter accepi*. *Niſi* pro Sed *Graeco-*

rum

Digitized by Google

rum more ſaepe vtitur Cato de Re Ruſtica, vt ibidem annotauimus: ſed et Terentius in Andria:

Neſcio, niſi *Deos fuiſſe iratos mihi ſcio.*

Et in Eunucho:

Nequeo ſatis mirari, neque coniicere,
Niſi *quidquid eſt procul hinc libet prius*
quid ſit ſciſcitari.

Salluſt. in Iugurtha: Niſi *tamen intelligo illum ſupra, quam ego ſum, petere.* Cicero Lib. 5. ad Atticum: Niſi *tamen id erit mihi gratiſſimum.* Et lib. 11. Niſi *illud quidem mutari non video poſſe.* *Quin* pro Etiam. Terent. in Heautontimor. Quin *mihi moleſtum eſt.* Virgil. lib. 10. Aeneid.

Quin *intra portas atque ipſis proelia miſcent*
Aggeribus murorum.

Vel pro Etiam. Terent. in Eunucho: Vel *rex mihi ſemper agebat gratias.* Idem in Andria: Vel *hoc quis non credat.* Cicero Varroni: Vel *aliae quaepiam rationes honeſtas nobis et curas et actiones darent.* Virgilius in Bucolicis:

Carmina vel *Coelo poſſunt deducere lunam.*

Idem lib. 10. Aeneid. Vel *Priamo miſeranda manus.*

CAPVT X.

DE PERMVTATIONE CASVVM, NVMERORVM ET GENERVM.

FREQVENTISSIMA eſt in Oratione CASVVM, NVMERORVM, et GENERVM inter ſeſe Permutatio, qua tam *Oratores* et *Hiſtorici*, quam *Poëtae* vtuntur.

NOMINATIVVS pro *Genitiuo*; Cicero: Conſules

Digitized by Google

alter amboue. Salluſt. in Catilina: *Igitur initio* Reges (*nam in terris nomen imperii id primum fuit*) *diuerſi pars ingenium, alii corpus exercebant*. Liuius lib. 41. *Quando duo ordinarii* Conſules *eius anni alter ferro, alter morbo periſſet*; pro Regum et duorum Conſulum. Et pro *Accuſatiuo*, ſed fere poſt Verbum Dico, Puto, Sentio, aut ſimile. Terent. in Andria:

Quae ſeſe optauit inhoneſte hic parare ditias,
Quam in patria honeſte pauper *viuere.*

Catullus, *Phaſelus ille, quem videtis, hoſpites,*
Ait, fuiſſe nauium celerrimus.

Virgilius Lib. 2. Aeneid.

- - *ſenſit medios* delapſus *in hoſtes*. Horatius: Patiens *vocari Caeſaris* vltor. Ouid. Lib. 1. Elegar.

Acceptum refero verſibus eſſe nocens.

Item pro *Vocatiuo* apud Poëtas. Lucret. lib. 1.

Quod ſupereſt vacuas aures mihi Memmius, *et te*
Semotum a curis adhibe veram ad rationem.

pro Memmi. Virgilius; *Proiice tela manu ſanguis* meus, pro Mi. Idem:

Armiger Heſperitum fluuius *regnator aquarum*,

pro fluuie. Perſ. *Vos o* Patricius *ſanguis*, id eſt Patricie.

Genitivvs pro *Nominatiuo*; Terentius *in Andria*: *Quos hic* hominum *litigant*, pro quot homines. Idem in Phormione; *Vbi in mentem eius aduenti venit*. Virgilius Lib. 1. Aeneid. *Tu mihi quodcunque hoc* regni; pro hoc regnum. Et pro Accuſatiuo ibidem, *Fontem ſuperare* Timaui; et, *Hic tamen ille vrbem* Pataui.

Dativvs pro *Accuſatiuo* maxime cum Infinito Eſſe.

Digitized by Google

Eſſe. Terent. *Non expedit* bonis *eſſe.* nobis. Horat. in Arte Poët. - *melioribus eſſe* poëtis

Non Dii, non homines, non conceſſere columnae.

Brutus ad Ciceronem: *Et quis ſupplicat, vt optime* meritis *liceat eſſe* ſaluis. Martialis:

Nobis *non licet eſſe tam* diſertis.

Accvsativvs pro *Nominatiuo*, more *Graecorum.* Terentius: Obſerues *filium, quid agat*; pro obſerues, quid filius agat. Idem; Illum, *vt viuat, optant.* Et, Eunuchum, *quem dediſti nobis, quas turbas dedit.* Plautus in Amphitr.

Naucratem, *quem conuenire volui, in naui non erat.*

Cicero Sulpicio: Rem *vides, quo modo ſe habeat.* Idem ad Atticum Lib. 14. *Noſti* virum *quam tectus.* Caeſar Lib. 1. Belli Gallici: Rem frumentariam *vt ſatis commode ſupportari poſſet, timebant.*

Idem Accvsativvs pro *Ablatiuo.* Plautus in Rudente:

Vos reſpondetote iſtinc iſtarum vicem. Bonam, ma*gnam, minimam partem,* pro bona, magna, minima ex parte. Lucret. lib. 3.

Non minimam partem *mortis formidine aluntur.*

Idem lib. 6.

Inde bonam partem *in lectum moerore dabantur.*

Caeſar. Lib. 1. Belli Gall. *Eos impeditos et inopinantes aggreſſus* magnam partem *concidit.* Et lib. 4. Maximam partem *lacte atque pecore viuunt.* Cicero lib. 1. Officior. Magnam *autem* partem *clementi caſtigatione licet vti.* Idem ad Paetum; *Mihi licere has res non omnino quidem, ſed* magnam partem *relinquere.*

Digitized by Google

VOCATIVVS *pro Nominatiuo* apud Poëtas. Virgilius Lib. 9. Aeneid. Macte *noua virtute puer*, pro *mactus*. Idem lib. 10. miserande *iaceres*. Perſius:

Stemmate quod Tuſco tantum milleſime *ducis*,
Cenſoremue tuum vel quod trabeate *ſalutas*;

pro milleſimus et trabeatus.

ABLATIVVS pro *Genitiuo*; Virgilius: Iniquo pondere *raſtros*, pro iniqui ponderis. Idem: Lento robore *vallos*. Et pro Datiuo, Idem: *Tyria* Carthagine *qui nunc Exſpectat*. Cicero in Philipp: *Cum tu* Narbone *menſas hoſpitum conuomeres*. Idem de Natura Deorum: *Sepultus eſſe dicitur* Lacedaemone. Et ad Sulpitium: *Commendo tibi domum eius, quae eſt* Sicyone.

Numeri etiam mutantur, vt SINGVLARIS cum *Plurali*. Terentius: Cuius *maxime mos eſt conſimilis veſtrum, hi ſe ad vos applicant*. Idem: *Adeon' homines immutarier ex amore, vt non cognoſcas* eundem *eſſe*, pro eosdem. Cicero ad Coelium: *Totum negotium non eſſe dignum viribus noſtris*, qui *maiora opera in Republica ſuſtinere et poſſum et ſoleam*. Salluſt. in Catilina: *Interea ſeruitia repudiabat*, cuius *initio ad eum magnae copiae conueniebant*, pro quorum. Varro lib. I. de Re Ruſtic. *Facilius enim eis, quam minore natu ſunt* dicto *obedientes*. Idem: *Eos praeeſſe oportet, qui periti ſunt rerum ruſticarum, non ſolum enim debere imperare, ſed etiam facere, vt* facientem *imitentur*, pro facientes.

Rurſus Numerus PLVRALIS cum *Singulari*. Terentius in Eunucho:

Eunuchum dixti velle te, quia ſolae his *vtantur Reginae*.

Cicero pro Milone: *Si tempus eſt vllum iure hominis*

necan-

necandi, quae multa *ſunt*, *certe illud non modo iuſtum, verum etiam neceſſarium*. Id. lib. 3. de Legibus: *Tamen libertatem iſtam largior populo, vt et autoritate* valeant *et* vtantur *Bonis*. Virg. lib. 10. Aeneid.

Fulmen erat, toto genitor quae plurima *Coelo*
Deiicit in terras. Et maxime in illis Particulis, quae Numerum adſignificant, vt *Pars*, *Quisque*, *Vterque*. Ouidius: Pars *volucres* factae. Idem: fugiuntque *Penates* Quisque *ſuos*. Liuius: *Suas* quisque abirent *domos*: et, *Ad ſe* quisque *omnia* trahant. Rurſus; Vterque transfixus *duabus* haerentes *haſtis moribundi ex equis* lapſi ſunt. Apuleius lib. 8. *Sarcinulis* quisque *ſumtis ſuam viam* capeſſunt.

Generis autem Mutatio variis modis fit. Nam interdum Genus aliud pro alio *ponitur* ſine vllo reſpectu, vt *Foemininum* pro Neutro. Horat.

Et mammae putres equina quales *vbera*, pro qualia.

Neutrum pro Maſculino; Plautus in Aulularia: *Coquus ille* nundinale *eſt*. Idem in Captiuis: *Fac*, fidele *ſis fideli*. Et in Mercatore:

Eamus intro, non vtibile *hic locus factus tuis*.

Terentius in Eunucho: *Ego quoque vna pereo, quod mihi* charius *eſt*, pro qui mihi charior ſum, vt inquit Donatus.

Aliquando Genus *mutatur*, cum fit relatio, non ad Nomen in Orationis ſerie collocatum, ſed ad aliquam Vocem eiusdem Significationis, at Generis diuerſi; vt ſunt Animans Animal, Arbos Arbuſtum, Foetus Foetura. Lucret. lib. 1.

Creſcunt arbuſta et foetus in tempora fundunt.
Quod cibus in totas vsque ab radicibus imis.

Aluus Aluearium, *Fluuius* et Flumen, *Fimus* et

Ster-

Stercus. Varro lib. I. de Re Ruſtic. *Sin cogare ſecundum flumen aedificare, curandum, ne aduerſum eum ponas.* Id. ibidem; *Alteram enim in partem ferri oportet e villa nouum fimum, ex altera veterem tolli quod eſt quam recens, quod confracuit melius.* Et lib. 3. *Nec ſi ex aluo in aluum in eodem loco traiicias, negligenter faciendum, ſed ſi tranſiturae ſunt apes, ea apiaſtro perfricandum. Pecora* pecudes, *ſpecus* ſpelunca. Ouidius:

Hoc pecus omne meum eſt, multae *ſtabulantur in antro.* Idem:

Eſt ſpecus exoſus ſtructura pumicis aſper:
Non homini facilis, non adeunda *ferae.*

Nonnunquam mutatur GENVS, cum duae diſſimiles Voces in Oratione collocantur, quorum poſterior *Genere* non reſpondet, ſed ad Rem ſignificatam refertur. Terentius in Andria: *Vbi illic eſt ſcelus,* qui *me perdidit.* Idem in Eunucho: *Vt illum Dii Deaeque omnes ſenium perduint,* qui *me hodie remoratus eſt.* Idem ibidem: *Eas ſe perſonas non negat tranſtuliſſe in Eunuchum* ſuam. Virgilius: *Centauro inuehitur* magna. Ennius lib. 10. Annal.

Inſignita fere tum millia militum octo
Duxit, dilectos *bellum tolerare potentes.*

Salluſtius lib. 5. Hiſtoriarum: *Legiones* Valerianas *comperto lege Gabinia* Bithyniam *et* Pontum *Conſuli datam miſſos eſſe.* Liuius: Samnitium *caeſi tria millia trecenti.* Curtius: *Duo millia crucibus affixi.*

Praeterea fit GENERIS mutatio, cum Relatiuum ad poſterius Verbum refertur, vt Salluſtius in Catilina: *Eſt locus in carcere, quod* Tullianum *appellant.*

Varro

Varro lib. 1. de Re Ruſtic. *Videndum, vt ſit de tenero ramo ex vtraque Parte aequabiliter praeciſum*, quas *alii clauolas*, *alii taleas appellant.* Cicero de Legibus: *Tum domicilia coniuncta*, quas *Vrbes dicimus.* Quintilianus: *Accentus*, quas Graeci *proſodias vocant.*

Genvs et nvmervs ſimul mutantur, Virgilius: *Pars merſi tenuere ratem.* Idem: *Hic manus ob patriam pugnando vulnera paſſi.* Salluſtius in Iugurtha: *Magna pars vulnerati, aut occiſi.* Liuius: *Maxima pars Equitibus in flumen acti.*

Capvt III.

DE PERMVTATIONE TEMPORVM ET MODORVM.

Nec minus frequens eſt optimis Autoribus Temporvm et Modorvm Commutatio, quae inter Verborum figuras quoque cenſetur. Ita Tempus *Praeſens* pro praeterito, Plautus in Moſtellaria:

- *Eas quanti* deſtinat, pro deſtinauit. Virgilius: - *Et omnis humo* fumat *Neptunia Troia.* Cicero in Verrem 8. *Timarchides* negat *eſſe ei periculum.* Lucretius lib. 6.

Corpora nonnunquam poſſes retroque videre, pro vidiſſes.

Et pro Fvtvro maxime in *Infinitiuis.* Virgil. *Progeniem ſed enim Troiano a ſanguine* duci *audierat*, pro ducendam eſſe.

Praeteritum Perfectum pro Plvsqvamperfecto, Idem:

Nec veni, *niſi Fata locum ſedemque dediſſent*, pro veniſſem. Idem, - *et ni mea rura reſiſtat*,

Iam

Digitized by Google

Iam flammae tulerint, *inimicus et* hauſerit *enſis*, pro tuliſſent, hauſiſſent.

Et pro FVTVRO. Idem: *Proh Iuppiter! ibit Hic ait, et noſtris* illuſerit *aduena regnis*, pro illudet.

Ex Modis *Indicatiuus* pro QVOVIS ALIO ſaepe ponitur. Plautus in Aulularia: *Ne praeſentiſcat aurum, vbi* eſt *abſonditum*, pro ſit. Id. ibid. *Quae mi interbibere ſola ſi vino* ſcatit, pro ſcateat. Cicero lib. 5. ad Atticum: *Bono animo* es, pro ſis. Varro lib. 2. de Re Ruſtica: *Sed bono animo* es. Idem Lib. 3. *Quatuor deinde* intromiſit *in leporarium, breui explerit*, pro intromiſerit.

Imperatiuus pro INDICATIVO. Virgil.

Nunc te marmoreum pro tempore fecimus; at tu
Si foetura gregem ſuppleuerit, aureos eſto;
pro eris.

Optatiuus pro INDICATIVO vſurpatur non apud *Latinos* modo, ſed etiam *Graecos*, vt ἔλθοι, pro ἦλθεν, λαλήσοι, pro ἐτάλησεν, et ſimilia, quae adnotauit *Euſtathius* in Homerum. Varro lib. 2. de Re Ruſtic. *Tantum enim* feſellerit, pro, feſellit.

Infinitiuo pro PRAETERITO IMPERFECTO *Indicatiui* Modi crebro vtuntur *Poëtae et Hiſtorici*, et inprimis *Salluſtius*, atque eius imitator, *Tacitus*: ſed et *Oratores*, vt Cicero in Verrem 4. Ridere *conuiuae*, machinari *ipſe*, pro ridebant, machinabatur. Idem lib. 1. Officior. Stomachari *Canius*; *ſed quid faceret*? Et lib. 4. ad Atticum: *Ille vehemens* furere; *poſt hunc vero furorem nihil, niſi caedem inimicorum*, cogitare, *vicatim* ambire, *ſeruis aperte ſpem libertatis* oſtendere.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT IV.

DE CASIBVS CVM NOMINIBVS IVNCTIS PRAETER VVLGATVM VSVM.

VETERES interdum *Caſus* a communi Sermonis vſu alienos NOMINIBVS tribuunt, ſicuti *Genitiuum* iungunt his, quae vulgo DATIVVM habent, *Communis*, *Similis*, *Diſſimilis*. Terent. in Hecyra: *Et haec communia* omnium, *quae ſunt patrum.* Cicero lib. I. Offic. *Commune* animantium omnium *eſt coniunctionis appetitus.* Idem in Academicis: Eorum *quatuor, quae ſupra dixi, diſſimile.* Plautus in Aſinaria: *Non ſimilem* furis huius. Terentius in Eunucho: Domini *ſimilis es.*

Item *Genitiuum* habent, non ſemper ABLATIVVM, *Anxius*, *Atrox*, *Firmatus*, *Promtus* apud Salluſtium. *Alienus*, Cicero Lib. I. de Finibus: *Quis alienum putet eſſe* eius dignitatis, *quam mihi quisque tribuit*. Et de Vniuerſitate: *Naturam fugientem, et* eius copulationis *alienam.* Id. lib. I. Quaeſt. Acad. *Et vno nomine omnia, quae eſſent aliena* firmae *et* conſtantis orationis. Id. pro Caecinna: *Alienum* cauſſae. Salluſtius in Catilina: *Neque aliena* conſilii. Lucret. lib. 6. *Nec tamen haec ita ſunt* aliarum rerum *aliena*; et lib. 3. *Aut quia non veniunt omnino aliena* ſalutis. Quod imitatus Tertullianus de Reſurrectione Carnis: *In re ergo aliena* ſalutis. Et aduerſus Marcionem lib. 4. Aeternitatis *aliena. Dignus* Plautus in Trinummo: *Non ego ſum dignus* ſalutis. Virgilius: *Deſcendam magnorum haud quaquam indignus* auorum. Ouidius: *Militia eſt* operis *altera digna* tui. Balbus Ciceroni: *Suſcipe curam et cogitationem digniſſimam* tuae Virtutis.

tutis. Martianus IC. *Ne aliquis poenam patiatur dignam* ſuae perſonae. *Falſus*, *Laſſus*, Terentius in Eunucho: *Vt falſus* animi *eſt*. Plautus in Ciſtellaria: *Ita me amor laſſum* animi *ludificat*. *Foecundus*, *Laetus*, Salluſtius lib.2. Hiſtoriar. Frugum pabuli*que laetus ager*. Tacitus lib.6. Annal. *Genus ſecundum* Bonorum. Idem: Annonae *foecunda*.

Ingens, *Immodicus*, Salluſt. lib.3. Hiſtoriar. *ingens ipſe* virium *atque* animi. Id. *Immodicus* animi. Vellei. Lib. 1. *Ipſi modicus* virium. Tacit. lib. 1. Annal. *Sed foemina ingens* animi. *Trepidus*, Id. L.6. Annal. *Trepidus* admirationis *et* metus. *Refertus*, *Completus*, *Vacuus*; Varro lib.4. de Vita Populi Rom. *Quae prius fuerunt* hominum *referta*. Cicero pro Plancio: *Audieram refertam eſſe Graeciam* ſceleratiſſimorum hominum *ac* nefariorum. Et pro Lege Manilia: *Referto* praedonum *mari*. Idem in Verrem: *Completus iam* mercatorum *carcer eſſet*. Salluſt. *Ager aridus et vacuus* frugum. *Plenus* Veteres *Genitiuo* iunxiſſe notauit *Quintilianus*, etſi *Cicero* interdum etiam tribuit *Ablatiuum*. Terent. in Phorm. Vini *plenum*. Varro in Eumenidibus: *ego autem*, *qui eſſem plenus* vini *et* Veneris. Cicero in Oratione poſt Reditum in Senatum: Vini, ſomni, ſtupri *plenus*. Id. lib.2. de Orator. Bonorum virorum *plenum forum*. Salluſt. in Iugurtha: *Quae grauia quamquam et* flagitii *plena erant*. Virgil. *Quae regio in terris* noſtri *non plena* laboris.

Datiuum Caſum habent *Bonus*, *Foecundus*. Salluſt. in Iugurtha: *Bonus* pecori, arbori *infoecundus*. Tacitus de Moribus Germanor. *Frugiferarum arborum impatiens*, pecori *foecunda*.

Accu-

Accuſatiuum in vicem GENITIVI, *Aemulus*, *Oblitus illud*. Salluſtius Lib. 3. Hiſtoriar. Facta Conſultaque *eius quondam aemulus erat*. Attius: Mea fata *in acie obliti*. Vel loco ABLATIVI, vt *opus illam rem*, Plautus in Truculento: *Puero opus eſt* cibum. Varro Lib. 1. de Re Ruſtica: *Centum iugeribus vinearum opus eſſe quindecim* mancipia. Cicero ad Atticum; *Video mihi opus eſſe* viaticum. Et ad Tironem: *Omnia pollicitus eſt*, quae *tibi eſſent opus*. Quod etiam cum *Nominatiuo* iungitur. Idem Lib. 5. de Republ. *Bono patriſamilias ratiocinandi* quidam vſus *opus eſt*. Et ad Curionem: Dux *nobis et* autor *opus eſt*.

Ablatiuum Veteres tribuunt plurimis Nominibus, quibus nunc *Genitiuus* ſeruit, vt *Cupidus*, *Studioſus*. Plautus in Pſeudolo: Vino *modo cupidae eſtis*. Idem in Milite: *Qui niſi* adulterio *ſtudioſus*. *Ferax* Virgilius: *Illa ferax* oleo *eſt*. *Expers* Turpilius in Pedio:

Educta, *vt par eſt*, *expers* malitiis, *metuens ſui*.

Catullus de Coma Berenices:

Virgo quondam fuit omnibus *expers*. Lucretius Lib. 2. *Ipſa ſua per ſe ſponte omnia* dis *agere expers*. Salluſt. in Catilina: *Crudelitate foeneratorum plerique patria*, *ſed omnes* fama *atque* fortunis *expertes ſumus*.

Ablatiuum ſine *Praepoſitione* habent *Purus* Horat. Lib. 2. Serm. *et purus eſt* vitio. *Alius*, vt *Alius* illo. Varro Lib. 2. de Re Ruſtica: *Eſt aliud* melle *propolis*. Brutus et Caſſius in Epiſtola ad Antonium: *Nos ab initio ſpectaſſe otium*, *nec quicquam aliud* libertate communi *quaeſiſſe exitus declarat*. Horatius:

Non putes alium ſapiente bonoque *beatum*.

Et: *alium* Lyſippo *duceret aera*. Item: *Qui ſpecies alius*

Digitized by Google

Vero. Apuleius lib. 3. Metamorphoſ. *Nullam aliam* mea Eotide *malle*. Idem: *Aliam rem* inuidia *nullam eſſe*.

CAPVT V.

DE CASIBVS CVM VERBIS IVNCTIS PRAETER VVLGATVM VSVM.

SIMILITER antiqua conſecutionis ratio a vulgata loquendi conſuetudine mutat in Verbis, quibus alios et diuerſos Caſus Veteres applicant. Sic cum *Genitiuo* iungunt Verba *Abundo*, *Careo*, *Egeo*, *Indigeo*. Lucilius Lib. 8. Satyrar. Quarum *abundemus* rerum, *et* quarum *indigeamus*. Terentius: *Quaſi tu* huius *indigeas* patris. Idem in Heautontimorum. *Praeterquam* tui *carendum quod erat*. Cicero: *Quid eſt, quod in hac cauſſa* defenſionis *egeat*. Horatius: *Eget* aeris *Cappadocum Rex*. *Abſtineo* Idem: *Abſtineo* irarum, callidaeque irae: quod ad *Graecorum* imitationem eſt. *Adipiſcor*, Tacitus Lib. 6. Annal. *Dum* dominationis *adipiſceretur*. *Adficior*, *Angor*, Plautus in Epidico: *Abſurde facis*, *qui angas te* animi. Cicero in Verrem 4. *Agebatur tamen* animi *neceſſario*. Martianus IC. *Eiusdem legis* poenae *adficitur*. *Compleo*, *Impleo* Lucretius: *Et* ararum *compleuerat Vrbes*. Plautus in Mercator.

Impleantur meae fores elogiorum *carbonibus*.

Idem in Menaech. *Paraſitus, qui me impleuit* flagitii *et* formidinis. Virgil. Lib. 1. Aeneid.

Implentur veteris Bacchi, pinguis*que* ferinae.

Deſipio, *Diſcrucior*, Plaut. in Epidico: *Deſipiebam* mentis, *cum illas ſcriptas mittebam tibi*. Idem in Aulula-

lularia: *Diſcrucior* animi. *Fallo, Fallor*, Plaut. in Epidico: *Nec ſermonis fallebar tamen.* Lucretius lib. 1. *Nec me* animi *fallit, quam ſint obſcura.* *Faſtidio* Plautus in Aulularia: *Faſtidit* mei. Lucilius Lib. 7. Satyrar. *Triſtes, difficiles ſumus, faſtidimus* Bonorum. *Leuo, Liberor*, Liuius Lib. 21. *Leuarunt animum* religionis. Vlpianus: *Puto et de eo ſenſum caſu, quo* curae *et* tutelae *liberetur.*

Datiuo iunguntur et veteribus *Anteeo, Antecedo*, Plautus in Amphitr. *Virtus* omnibus rebus *anteit profecto.* Cicero Lib. 1. Officior. *Quantum natura hominis* pecudibus reliquis*que* beſtiis *antecedat.* Paulus Lib. 7. Quaeſtion. *Proximus eſt*, cui *nemo antecedit.* *Contineo, Comprehendo*, Varro Lib. 4. de Lingua Lat. *Capitium ab eo, quod capiat pectus*, id eſt, vt Antiqui dicebant, indutui comprehendat. Hermogenianus D. de Condit. et Demonſtr. *Pecuniam* conditioni *comprehenſam.* Calliſtratus D. Ex quib. Cauſ. maior. etc. *Quod ad eos pertinet, qui* ei *continentur.*

Curo cum ſignificat Prouideo, Obſecro, Plaut. in Truculento: *Quia tuo et veſtimento et cibo* alienis rebus *curas.*

Attius in Antigona: *Iam iam neque Dii regunt,*

Neque profecto Deum ſummus rex omnibus *curat.* Apuleius Lib. 1. Apologiae: *Vſque adeo* rebus meis *curat*, et alibi ſaepius. *Diſſentio* Quintilianus: Huic opinioni *neque omnino accedo, neque plane diſſentio.* *Decet*, vt eſt apud Graecos πρέπει, Plautus in Amphitr. *Ornatum capiam, qui* potis *decet.* Idem ibidem:

Digitized by Google

Noſtro generi *non decet*. Terentius in Adelphis: *Vt* vobis *decet*. Et: *Ita* nobis *decet*. Gellius lib. 9. *Quam* aetati *eius decebat*. *Inſtruo* Salluſt. lib. 2. Hiſtoriar. *Antequam regreſſus Sertorius inſtrueret* pugnae *ſuos*.

Inuado, Varro lib. 4. de Vita Populi Rom. *Tanta porro inuaſit cupiditas bonorum* plerisque. Cicero ad Tironem: *Sed mirus inuaſerat furor non ſolum Improbis, ſed etiam* his, *qui Boni habentur*. Plautus in Epidico: *Laſſitudine inuaſerunt* miſero *in genua flemina*.

Caecilius in Syracuſis: *Tanta* huic *inuaſit in corde indulcitas*. *Moderor*, *Praeſtolor*, Salluſt. in Catilina: *Cuius libido* gentibus *moderatur*. Cicero pro Caelio: *Quod et pudor tuus moderatur* orationi meae. Idem Orat. 1. in Catilinam: *Qui* tibi *ad forum Aurelium praeſtolarentur*.

Accuſatiuum Caſum Veteres addunt his Verbis. *Aduerſor*, Salluſt. Lib. 5. Hiſtoriar. Regem *aduerſabatur*. Tacitus Lib. 1. Annal. Ambitionem *Scriptoris facile aduerſeris*. Et Lib. 20. *Vulgus aduerſari* regem. Item Lib. 1. Hiſtor. Infauſtam adoptionem *aduerſantes*. *Adulor*; quod notauit Quintilianus. Cicer. lib. 1. Officior. *Nec adulari* nos *ſinamus*. Tacitus: Tigillium, *aut* quem alium *Potentium adulatus eſt*. Valer. Maximus: *Si* Dionyſium *non adulareris*, *illa non eſſes*. *Condono* Plautus in Rudente: *Mihi triobolum ob eam rem ne duis*, *condono* te. Terentius in Phormione: *Argentum*, *quod habes*, *condonamus* te. Afranius in Fratriis: *Id aurum* me *condonat*.

Egeo, *Indigeo* Cato: *Vitio vertunt*, *quia* multa *egeo*; *at ego illis*, *quia nequeunt egere*. Salluſtius in Iugurtha:

Pau-

Pauca munimenta *egebat*. Cicero in Laelio: *Nihil vnquam omnino indigere* amicos. *Fungor*, Terent. in Heautontimor. *Hominis et frugi et temperantis functus* officium: et in Phorm. *Functus eſt adoleſcentis* officium *liberalis*. Plaut. in Moſtellar. *Sine me alliatum fungi* fortunas meas. Suetonius in Auguſto: *Qui* ſuam vicem *praeſidendo fungerentur*. Idem: *Senatoria* munera *fungeretur*. *Ignoſco*, Plaut. in Amphitr. *Velatis manibus orant*, *ignoſcamus* peccatum ſuum. *Indulgeo*, Terent. in Eunucho: *Nimis* me *indulgeo*. Et in Heautont. Te *indulgebant*. *Inſulto*, Salluſt. Lib. 1. Hiſtor. Multos *a pueritia* Bonos *inſultauerat*. *Inſeruio*, Plaut. *Vnum me inſeruire* amantem. Et: *Si* illum *inſeruibis* ſolum. *Noceo*, Idem in Milite: *Iura te non nociturum eſſe* hominem neminem. Id. ibidem: *Iura per* DIANAM et MATREM *me nociturum* neminem. *Obliuiſcor*, Cicero Lib. 1. ad Atticum: *Suauiſſimam habui recordationem clariſſimi iurisiurandi*, quod *ego non eram oblitus*. Virgil. Lib. 2. Aeneid. - *hinc iam obliuiſcere* Graios. *Potior*, Terent. in Adelphis: *patria potitur* commoda. Idem: Mille *potior* gaudia. Cic. Lib. 1. Officior. *Clandeſtino introitu* vrbem *eſt potitus*. Idem Lib. 2. Tuſculanar. Qu. *Aliquam gentem noſtram* vrbem *potituram putem*. Nepos de Viris illuſtribus: *Qui* ſummam *Imperii potirentur*. *Propinquo*, Salluſtius Lib. 4. Hiſtoriar. *Tum vero Bithyni propinquantes* amnem Tartanium. *Studeo* Plautus in Milite: *Minus* ha res *ſtudeant*. *Vtor* et *Abutor*, Cato de Re Ruſt. *Poſtea* id *vtitor*. Terentius: Mea bona *vtatur*. Idem: *In Prologis ſcribundis* operam *abutitur*. Lucret. Lib. 6. Aliquid,

quod non conſueuimus, vti. Iulianus IC. D. Pro emto: *Si aduerſus petentem dominum vti coeperit* exceptionem *rei voluntate eius venditae.* Vlpianus D. Soluto Matrimonio: *Sed abuitur* dotem.

Ablatiuum Caſum veteres iungunt Verbo *Admiſceo.* Cicero Lib. 2. de Natura Deorum: Multo calore *admixtus.* Caeſar Lib. 3. Belli Ciuilis: *Quod admixtum* lacte *multum inopiam leuat.* Lucret. Lib. 4. *Aegre admiſcetur* muliebri ſemine *ſemen.* *Anteſero* Salluſtius in Iugurtha: Fama, fide, *poſtremo* omnibus ſuis rebus *commodum regis anteferret.* *Caueo, Vito*, Plautus in Bacchidibus: *Omitte Lyde ac caue* malo. Idem in Curculione:

Proinde ſe domi contineant, vitent infortunio. Petronius in Satyrico: *Ponere iuſſit arma et* malo *cauere.* *Facio* Plautus in Milite: *Quid* illa *faciemus* concubina, *quae domi eſt?* Terent. in Eunucho: *Quid* illo *faciemus* ſtulto? Idem in Heautontimor. *Quid* illo *facias?* Niſi quis hic malit eſſe Ellipſin Praepoſitionis *Cum*, vel *De*.

Praeterea apud Veteres pleraque *Verba* compoſita habent PRAEPOSITIONEM Nomini *adiunctam*, quam vulgo fere omittunt, vt *Aſpicio*, Varro Lib. 2. de Re Ruſtica: *Simul adſpicit* ad *me.* Id. ibidem: *Fundanius adſpicit* ad *Scroſam.*

Adeo, Plautus in Trinummo: *Tu* ad *eum adeas.* Idem in Menaechmis: *Adibo* ad *hominem.* Terentius in Andria: *Adeone* ad *eum.* Cicero pro Sex. Roſcio: *Ad Sullam Legati non adierunt.* Idem in Verrem: *Cum* ad *Praetorem in ius adiſſemus*, et alibi frequenter. Caeſar de Bello Gallico: *Vniuerſi* ad *Caeſarem* adie-

adierunt. Liuius: *Scriba* ad *Tribunos Plebis adit.* *Aggredior*, Cicero pro Flacco: *Aggrediar iam* ad *ſingulas Ciuitates.* Idem de Oratore: *Cum* ad *cauſſam ſum aggreſſus.* *Illudo* Terent. in Eunucho: *Vlciſcar, vt ne impune* in *nos illuſeris.* Idem in Andria: *Adeone videmur vobis eſſe idonei*, in *quibus ſic illudatis.* *Inuado*, Cicero: *Qui* in *fortunas huius inuaſerant.* *Viſo*, Plautus in Captiuis: *Viſe* ad *portum.* Terentius in Hecyra: *Noſtra ilico it viſere* ad *eam.* Id. ibidem: *Heri nemo voluit viſentem* ad *eam te intro admittere.* Lucret. Lib. 6. *Nam quicunque ſuos fugitabant viſere* ad *agros.* Id. Lib. 5. - - ad *hanc quia ſigna reuiſunt.* Gellius Lib. 2. *Cum* ad *M. Frontonem conſularem pedibus aegrum viſeret.* Et Lib. 13. *Reuiſe* ad *me.*

Rurſus ſolent Veteres interdum PRAEPOSITIONEM, Nomini *detractam*, VERBO addere, vt *Adigere Arbitrum*, *Adigere Iusiurandum*, pro agere ad Arbitrum, ad Iusiurandum, frequentes locutiones apud Ciceronem et alios. *Impendet me*, pro in me pendet, Terentius in Phormione: *Tanta* te *impendent mala.* Lucilius: *Nunc ad te redeo, vt, quae res* me *impendet, agatur.*

Lucret. Lib. 1. *impendent ſaxa* mare. Sic Cicero ad Atticum: *Hic tibi* roſtra *Cato aduolat.* Caeſar Lib. 6. de Bello Gallico: *Ad eam regionem, quae* Aduaticos *adiacet.* Tacitus Lib. 15. Annal. *Aduoluit* genua: et alibi: *Aſſident* moenia. Lucret. lib. 3. *Connexus* corpus *adhaeret.* Virgilius lib. 4. Georgicor.

Frigidus vt quondam ſiluas *immurmurat auſter.*

Ouidius lib. 3. Metamorphoſ.

- - *dextris adducor* littora *remis.*

CAPVT VI.

DE PARTICIPIORVM ET GERVNDIORVM VSV ANTIQVO.

PARTICIPIIS et GERVNDIIS, vt vocant, nimium licenter contra vulgarem et tritum morem vſi ſunt Maiores. Nam PARTICIPIA quaedam habuerunt loco *Verborum* infiniti Modi, vt *Dicturum*, *Facturum*, *Futurum*: Quae ita vſurpantur, vt apud *Graecos* omnibus Numeris Generibusque ſine diſcrimine attribuuntur λέξειν, ποιήσειν, ἔσεσθαι et ſimilia, de quibus Gellius Lib. 1. Cato Lib. 5. Originum: *Illi polliciti ſeſe* facturum *omnia*. Cicero in Verrem 5. *Hanc ſibi rem praeſidio ſperant* futurum. Quaedam PARTICIPIA auferendi Caſu poſuerunt, ſed in Neutro Genere tantum. Salluſtius Lib. 5. Hiſtoriar. *At Lucullus* audito *Q. Marcium Regem proconſule*, id eſt, cum audiſſet. Id. ibidem: *Legiones Valerianas* comperto *lege Gabinia Bithyniam et Pontum Conſuli datam*, id eſt, cum comperiſſet. Cicero Lib. 2. Officior. Adiuncto *vero iidem etiam prudentes haberentur*. Liuius Lib. 21. *Satis* comperto *Ordiaeam petituros Romanos*. Tacitus Lib. 1. Hiſtor. *Caecinna* comperto *vanam eſſe formidinem*. Paulus Quaeſt. Lib. 2. *Non* diſſimulato *ſe libertum eſſe*.

GERVNDIIS in DVM itidem *Graecorum* imitatione et exemplo vſos vidimus Antiquos, non Poëtas modo, ſed etiam alios Scriptores. Varro lib. 3. de Re Ruſtica: *Acus* ſubſternendum *gallinis parturientibus*. Id. ibid *Eas haras* ſubſternendum *palea*. Idem: *Canes potius cum dignitate acres et paucos* habendum. Et alibi: *In foetura admittendum potius hordeaceos*

ceo panes, quam triticeos. Cicero ad Atticum: Iterandum *eadem iſta mihi.* Idem de Senectute: *Sed* notandum *putaui libidinem.* Et Lib. 3. Tuſculanar. *Iphigeniam Aulide duce* immolandum *iubet.* Caeſar de Bello Gallico: *Omnes cruciatus eſſe* perferendum. Virgilius Lib. 11. Aeneid.

- *pacem Troiana ab rege* petendum. Lucret.
- *poenas in morte* timendum. Idem: Addendum *partis alias.* Et id genus idem plurima.

Quin etiam frequens vſus fuit apud Veteres GERVNDIORVM a *Patiendi* ſignificatione. Salluſtius in Iugurtha: *Cum ad* imperandum *Tisdrum vocaretur, rurſus coepit flectere animum ſuum,* id eſt, vt ei *imperaretur,* ſiue ad *parendum,* vt explicat Cicero in Epiſtola ad Paetum. Virgilius:

Frigidus in pratis cantando *rumpitur anguis*; id eſt, dum ei *cantatur* Idem: *vritque* videndo *Foemina,* pro dum *videtur,* et: *aegreſcitque* medendo, id eſt, dum ei *medetur.*

CAPVT VII.

DE ADVERBIORVM ET PRAEPOSITIONVM STRVCTVRA.

ADVERBIA Loci Veteres cum *Genitiuo* iungunt, frequentius ſane, quam vulgo notum, aut vſitatum. Sic *Inde loci* dixit Ennius Lib. 1. Annal.

Conſtitit inde loci *propter ſos dia dearum.*

Idem Lib. 10. Inde loci *lituus ſonitus effundit acutos.* Lucilius Lib. 10. Satyrar.

Multis inde loci *ſermonibus concelebrarunt.*

Lucret. Lib. 6. Inde loci *mortalia ſecla creauit.* Praeterea

terea loci. Pacuuius in Chryſe: Interea loci *fluctiflacciſcunt*. Plaut. in Pſeudolo: Interea loci *ſi quid detur*. Terent. in Eunucho: *Te* interea loci *cognoui*. Et alibi. *Quo*, *Aliquo*, *Eo*, *Certo*, *Poſtea loci*. Salluſt. in Iugurtha: Poſtea loci *Conſul haud dubie iam victor peruenit in oppidum*. Plautus in Moſtellaria: Quo *venerim noui* loci. Vlpianus, D. de Seruis reportandis: *Si fuerit diſtractus ſeruus, ne* aliquo loci *moraretur*. Idem D. de Iudiciis: Certo loci *adminiſtrauit*. *Huc*, *Longe*, *Proxime locorum*. Terentius in Andria: *Commigrauit* huc viciniae. Plautus in Mercatore: Proxime viciniae *habitat*. Cicero ad Atticum: *Tu autem* longe gentium.

Vbi loci, *Vbi gentium*, *Vbinam gentium*, *Nusquam gentium*, quae ſunt notiſſima.

Et ADVERBIA, quae *Tempus* ſignificant, *Genitiuo* iunguntur, vt *Tunc temporis*, *Pridie*, *Poſtridie eius diei*: quae poſtrema duo interdum *Accuſatiuo* iuncta leguntur. Cicero Lib. 2. ad Atticum: *Tu* pridie Compitalia *memento*. Liuius: *Etiam* Poſtridie Idus *rebus diuinis ſuperſedere iuſſum eſt*. Vlpianus D. de Aqua quotidiana: *Si* pridie aequinoctium *autumnale*. Idem D. de Soluto Matrim. *Nam ſi mulier* pridie vindemias *doti dederit*.

Item ADVERBIA, quae vim *Nominum* quandoque habent, cum *Genitiuo* ſociantur, vt *Abunde*, *Large*. Virgilius: *Terrorum et fraudis* abunde *eſt*. Plautus in Truculento: Largiter *vini*, Et in Rudente: Largiter *argenti*, Largiter *mercedis*. Plancus in Orationibus: Largiter *acerbitatis*. *Partim* pro Quidam, vt Partim *hominum venerunt*, quod ſignificat,

Pars

Pars hominum venit, id eſt, *Quidam* homines, autore Gellio. Enn. lib. 23. Annal. *Vtrum negligentia* partim *Magiſtratuum, an auaritia, an calamitate populi Rom. eueniſſe dicam, neſcio.* Salluſtius lib. 3. Hiſtor. *Quorum alia toleraui*, partim *repuli Deorum auxiliis et virtute mea.* De qua particula illud dignum obſeruatione, eam aliquando citra geminationem vſurpari. Cato de Re Ruſtica: *Bubulcis obſequitor* partim, *quo lubentius boues curent.* Id ibid. *Vlmos ſerito et* partim *populos.* Salluſtius in Iugurtha: *Vrbes* partim *vi, alias voluntate imperio ſuo adiungit.* Cicero Lib. 1. Officior: *Sunt enim quaedam ita foeda*, partim *ita flagitioſa.* Id. de Amicitia: *Nihil eſt, quod illi non perſequantur ſuis argutiis*, partim *fugiendas eſſe nimias amicitias, neque neceſſe ſit vnum ſollicitum eſſe pro pluribus.* Et de Legib. *Quorum ſcelere religiones tum proſtratae afflictaeque ſunt*, partim *ex illis diſtracti ac diſſipati iacent: qui vero ex iis*, etc. Id. lib. 2. de Diuinatione: *A nobiliſſimis ciuibus*, partim *etiam a ſe omnibus rebus ornatis trucidatus iaceret.* Lucret. lib. 5.

Humida ſaxa ſuper viridi ſtillantia muſco,
Et partim *plano ſcatere atque erumpere campo.*

Et alibi idem. *Tam* et *Quam* ſola ex *Aduerbiis* Veteres iungunt cum *Superlatiuis*, vel *ſingulatim*, vel *iunctim*, ad aequationem, vt Seruius ait, poſita. Plaut. in Aulularia: Quam *ad probos propinquitate proxime te adiunxeris*, tam *optumum eſt.*

Terentius in Heautontimor.
Quam *in minima ſpeſitus erit*, tam *facillime patris pacem in leges conficiet ſuas.* Cato de Re Ruſtica: Quam *acerbiſſima olea oleum facies*, tam *oleum optimum erit.*

Digitized by Google

erit. Varro Lib.3. de Re Ruſtica: Quam [illegible] *reliqueris*, tam *optimi in alendo ſiunt*. Salluſt. Lib. 1. Hiſtoriar. Quam *quiſque peſſume facit*, *tam maxime tutus eſt*. Cicero: *Cum quo ſemper* quam *familiariſſime vixerat*.

Eſt interdum, maxime apud *Comicos*, [illegible] ſint loco NOMINVM *appoſitorum*: [illegible] *Graecis* vſitatum. Sic *Mulier* intus, id eſt [illegible], et quae intus eſt, Plautus in Mercatore. Id. in Amphitr. *Tu Theſſala* intus *pateram proferto foras*. Et in Bacchidibus; *Ego ibi argentum iubebo intus ecferri foras*. Idem in Menaechmis:

Euocate intus *mihi cocum Cylindrum* [illegible] *foras*.

Varro in Satyris: *Donec foras nos* intus *eiecerunt*. Quibus gemina et paria ſunt illa: Parum ſatis, id eſt Parua, Satis *conſilium*, *otium*, pro multo et abundanti. Terentius in Eunucho et in Phormione: *Itane* parum *mihi fidem eſſe apud te*? Cicero lib. 12. ad Atticum: *Si* ſatis *conſilium quadam de re haberem*; et lib. 1. Rhetoric. *Vix* ſatis *otium ſtudio ſuppeditare poſſumus*. Iulianus D. de Vſufructu: *Cum* plus *pretium ſoluit ſeruus*.

Praepoſitioni *In*, ſiue Motum denotet, ſiue etiam ſine vlla Motus ſignificatione, Veteres Caſum *Accuſandi*, vel *Auferendi* indifferenter tribuunt, cuius rei Exempla in Notis ad Catonem plurima adduximus, quibus cumuli loco addi iſta poterunt. Plautus in Amphitr. *Quid iſtuc* in *mentem eſt tibi*. Id. ibid. *Numero mihi in mentem fuit*. Et, *Certum eſt intro rumpam* in *aedibus*. Idem: *Pergam* in *aedibus nunc*.

Varro

Varro Lib.4. de Ling. Lat. *Quo in Coelio monte itur*, Terent. in Eunucho: *Videt me eſſe in tantum honorem.* Idem in Adelphis: *Te plura in hanc rem peccare.* Cicero de Amicitia: *Vt ab amicis in magnam rem aliquam petentibus non diſcedat.* Idem pro Lege Manilia: In *Praedonum fuiſſe poteſtatem ſciatis.* Vlpianus D. de Iureiurando: *Quaſi ventris nomine fuerit in poſſeſſionem.* Id. de Donation. inter Virum et Vxor. *Finge in poſſeſſionem precariam mulierem remanſiſſe.* D. Iulianus Qui Teſtamen fac. *Ac ſi ii, qui ea feciſſent*, in *hoſtium poteſtate non perueniſſent.*

Similiter Praepoſitio *Sub* cum vtroque Caſu iungitur, aliter ac vulgo ſolet, vt Sub *iugum* et Sub *iugo mittere.* Liuius Lib.3. Sub *hoc iugo Dictator Aequos miſit.* Caeſar Lib.1. de Bell. Gall. *Et* ſub *iugo miſſum.* Idem Lib.2. Sub *occaſu Solis.* Plinius Lib.8. *Ideo* ſub *ipſa die quam maxime inuia petunt.* Rurſus: Sub *conditionem datum legatum*, Sub *conditionem manumiſſum*, et, Sub *conditionem reddendarum rationum liber eſſe iuſſus*, Iuriſconſulti in Libris Pandectarum.

✡✡✡✡✡✡✡✡✡✡✡✡✡✡✡✡✡✡✡✡✡✡✡✡✡✡✡✡

CAPVT IIX.

DE COMMVTATIONE SIMPLICIVM ET IVNCTARVM VOCVM.

SAEPE apud veteres Autores, maxime Poëtas, *Simplicia*, quae vocant, *Verba* pro COMPOSITIS ponuntur, veluti *Mentum*, *Miniſcitur*, *Ventabant*, Commentum, Comminiſcitur, Aduentabant, obſeruat Feſtus. *Termentum*, id eſt Detrimentum, dixit Plaut. in Bacchid.

Non Pelides termento *fuit. Paratus*, *Quaeſitus*, pro Appa-

erit. Varro Lib.3. de Re Ruſtica: Quam *pauciſſimos reliqueris*, tam *optimi in alendo ſiunt*. Salluſt. Lib. I. Hiſtoriar. Quam *quiſque peſſume facit*, tam *maxime tutus eſt*. Cicero: *Cum quo ſemper* quam *familiariſſime vixerat*.

Eſt interdum, maxime apud *Comicos*, [illegible] ſine loco NOMINVM *appoſitorum*: [illegible] *Graecis* vſitatum. Sic *Mulier* intus, id eſt [illegible], et quae intus eſt, Plautus in Mercatore. [illegible] Amphitr. *Tu Theſſala* intus *pateram proferto* [illegible]. Et in Bacchidibus; *Ego ibi argentum iubeo* [illegible] *intus referri foras*. Idem in Menaechmis:

Euocate intus *mihi cocum Cylindrum* [illegible] *foras*.

Varro in Satyris: *Donec foras nos* intus [illegible] *runt*. Quibus gemina et paria ſunt illa: Parum [illegible], id eſt Parua, Satis *conſilium*, *otium*, pro multo et abundanti. Terentius in Eunucho et in Phormione: *Itane* parum *mihi fidem eſſe apud te*? Cicero lib. 12. ad Atticum: *Si* ſatis *conſilium quadam de re haberem*; et lib.1. Rhetoric. *Vix* ſatis *otium ſtudio ſuppeditare poſſumus*. Iulianus D. de Vſufructu: Cum plus *pretium ſoluit ſeruus*.

Praepoſitioni *In*, ſiue Motum denotet, ſiue etiam ſine vlla Motus ſignificatione, Veteres Caſum *Accuſandi*, vel *Auferendi* indifferenter tribuunt, cuius rei Exempla in Notis ad Catonem plurima adduximus, quibus cumuli loco addi iſta poterunt. Plautus in Amphitr. *Quid iſtuc in mentem eſt tibi*. Id. ibid. *Numero mihi in mentem fuit*: Et, *Certum eſt introrſum* [illegible] *pam* in *aedibus*. Idem: *Pergam* in *aedibus nunc*.

Varro

Digitized by Google

Varro Lib. 4. de Ling. Lat. *Quo in Coelio monte itur*, Terent. in Eunucho: *Videt me eſſe in tantum honorem*. Idem in Adelphis: *Te plura in hanc rem peccare*. Cicero de Amicitia: *Vt ab amicis in magnam rem aliquam peccantibus non diſcedat*. Idem pro Lege Manilia: *In Praedonum fuiſſe poteſtatem ſciatis*. Vlpianus D. de Iureiurando: *Quaſi ventris nomine fuerit in poſſeſſionem*. Id. de Donation. inter Virum et Vxor. *Finge in poſſeſſionem precariam mulierem remanſiſſe*. D. Iulianus Qui Teſtamen fac. *Ac ſi ii, qui ea feciſſent, in hoſtium poteſtate non perueniſſent*.

Similiter Praepoſitio *Sub* cum vtroque Caſu iungitur, aliter ac vulgo ſolet, vt Sub *iugum* et Sub *iugo mittere*. Liuius Lib. 3. Sub *hoc iugo Dictator Aequos miſit*. Caeſar Lib. 1. de Bell. Gall. *Et* ſub *iugo miſſum*. Idem Lib. 2. Sub *occaſu Solis*. Plinius Lib. 8. *Ideo* ſub *ipſa die quam maxime inuia petunt*. Rurſus: Sub *conditionem datum legatum*, Sub *conditionem manumiſſum*, et, Sub *conditionem reddendarum rationum liber eſſe iuſſus*, Iuriſconſulti in Libris Pandectarum.

CAPVT IIX.

DE COMMVTATIONE SIMPLICIVM ET IVNCTARVM VOCVM.

SAEPE apud veteres Autores, maxime Poëtas, *Simplicia*, quae vocant, *Verba* pro COMPOSITIS ponuntur, veluti *Mentum*, *Miniſcitur*, *Ventabant*, Commentum, Comminiſcitur, Aduentabant, obſeruat Feſtus. *Termentum*, id eſt Detrimentum, dixit Plaut. in Bacchid.

Non Pelides termento *fuit*. *Paratus*, *Quaeſitus*, pro Appa-

Apparatus, Exquaeſitus. Salluſtius lib. 2. Hiſtoriar. *Epulae* quaeſitiſſumae. Et alibi: Paratu *militum et armorum fuit.* Ouidius lib. 3. Triſt.

Eſt opus exiguum, noſtrisque paratibus *impar.*

Velleius lib. 2. Hiſtor. *Aduentus deinde in Italiam Antonii, paratusque contra eum Caeſaris.* Tacitus lib. 2. Annal. *Ne domum, ſeruitia, et ceteros fortunae* paratus *repoſceret. Clarare, Clinare,* pro Declarare, Inclinare, Lucretius et Cicero in Arato et in Prognoſticis, vt:

Iuppiter excelſa clarabat *ſceptra columna.*

Cedere pro Accedere, aut Venire. Plaut. in Aulularia: Cedit *miles, aes pedit*; vel pro Concedere, Propertius lib. 1. Elegiar.

Quippe vbi non liceat vacuos ſeducere ocellos,
Nec vigilare alio nomine cedat *Amor.*

Ducere, Fundere, pro Inducere, Perfundere. Tibullus: *Nec ſtragula picta ſoporem,*

Nec ſonitus placida ducere *poſſit aqua.*

Idem: *Mox etiam niueo* fundere *lacte parent.*

Et alibi: *multo tempora* funde *mero. Fligo* pro Confligo, Attius, Lucretius et alii. Vnde *Flictus* apud Virgilium. *Munero, Pendo,* pro Remunero, Expendo, Plautus in Captiuis:

Vt beneficium benemerenti noſtro merito muneres.

Vlpianus D. pro Socio: *Eos duntaxat ſumtus ſocietati imputabit, qui in eam rem* penſi *ſunt. Paret* pro Apparet, vſitatum in Formulis et frequens in Lib. Iurisconſultorum. Cicero in Verrem 5. *Si* paret *iugera fundi eſſe plura*: et; *Si* paret *aduerſus edictum feciſſe*: et aliis locis plurimis. *Siſtere, Stinguere,* pro Conſiſtere, Exſtinguere, Lucret lib. 1.

Ignis

Digitized by Google

Ignis in coetu ſtingui *mutareque corpus.*

Id. ibidem: *Nec mortale genus, nec Diuum corpora ſancta, Exigiuum poſſent horai* ſiſtere *tempus.* Cicero in Arato: Stinguens *praeclara inſignia Coeli.* Idem in Verrem 5. *Qui Rempublicam* ſiſtere *negat poſſe, ni ad equeſtrem ordinem iudicia referantur. Sector, Teſtor, Vagor,* pro Inſector, Deteſtor, Peruagor, Propert. L. 2.

Exagitet noſtros manes, ſectetur *et vmbras,*
Inſultetque rogis, calcet et oſſa mea.

Et, *Nec quia peccaris,* teſtor *te, ſed quia vulgo*
Formoſis leuitas ſemper amica fuit.

Item, *Imo etiam prima terras aetate* vagata *eſt.*
Tribuere pro Diſtribuere crebro apud Ciceronem.

Rurſus Verbis *Compoſitis* frequenter Antiqui vtuntur loco SIMPLICIVM. Sic *Adopinari, Adcredere* Lucretius: *Adoro* pro Oro, Propertius: *Maneat ſic ſemper* adoro. *Inſtare, Incoenare, Inſeruare,* pro Stare, Coenare, Seruare, et quidem perſeueranter et continue. Suetonius in Tiberio: Inſtans *in medio Triclinio.* Idem ibidem: Incoenante eo *complura et ingentia ſaxa, fortuitu ſuperne delapſa ſunt.* Statius Lib. 8. Thebaidos:

An tibi felices lucos miſeratus Auerni,
Rector et Elyſias dedit inſeruare *volucres.*

Remigrare, Reddere, Redire pro Migrare, Dare et Ire, ſeu Venire, vt, Redit *haereditas, quae lege et ab inteſtato obuenit.* Plautus in Poenulo:

Ad argumentum nunc viciſſatim volo remigrare.

Idem in Pſeudolo:

Hercle haud te ſinam emoriri, niſi mi argentum redditur.

Cato

Cato de Re Ruſtica: *Nunc vt ad rem* adeam. Salluſtius in Iugurtha: *Nunc ad inſtitutum* redeo.

CAPVT IX.

DE ITERATIS ET GEMINATIS VOCICVS IN ORATIONE.

SOLENT Veteres in *Oratione* easdem Voces *iterare* ſine aliqua Senſus neceſſitate, idque interdum paucis aliis interpoſitis, vt Terent. in Prologo Eunuchi:

Habeo alia multa, quae *nunc condonabitur*,
Quae *proferentur poſt*. Plaut. in Aulularia:
te *iam niſi reddi Mihi vaſa iubes, pipulo hic differam* te *ante aedes*. Idem in Captiuis:
Hinc *alio pacto abire* hinc *non potes*.

Virgilius: *Inde domum ſi* forte *pedem, ſi* forte *tuliſſem*, *Me refero*. Varro Lib 4 de Lingua Lat. *Virum fortiſſimum*, Metium CVRTIVM Sabinum, *cum Romulus* cum *ſuis ex ſuperiore parte impreſſionem feciſſet*, CVRTIVM *in locum paluſtrem, qui tum fuit in foro, antequam cloacae ſunt factae, ſeceſſiſſe*, Vlpianus D. de extraordinariis Cognition. Si *imprecatus eſt*, ſi, *vt vulgari verbo impoſtorum vtar*, ſi *exorcizauit*. Pomponius D. de Teſtamentis: *Nam* etiam *compotibus mentis perſonales actiones* etiam *ignorantibus acquiruntur*. Celſus D. de Legatis 3. *At* eos, *quos quis repoſitos habet, vt quidam Bellis ciuilibus factitaſſent*, eos *legatis contineri*.

Interdum in *ſermone interrupto* multis interiectis eadem Verba reſumuntur. Cicero ad Brutum: *Caue enim exiſtimes* BRVTE, *quamquam non eſt neceſſe, ea*, me

me ad te, quae tibi nota ſunt, ſcribere,) caue *putes probitate, conſtantia, cura, ſtudio Reipubl. quidquam illi eſſe ſimile.* Virgilius in Bucolicis:

Talis amor DAPHNIM, *qualis cum feſſa iuuencum*
Per nemora atque altos quaerendo bucula lucos,
Propter aquae riuum viridi procumbit in herba
Perdita, nec ſerae meminit decedere nocti:
Talis amor *teneat.* Vlpianus D. de adquir. Haeredit. *Quaeſitum eſt,* an, *licet quis paternae haereditatis nihil attingat, aliquid tamen propter patris voluntatem habeat, vel faciat,* an *creditoribus paternis cogatur reſpondere.*

Aliquando non *eadem* Verba, ſed *diuerſa ab his,* quae praeceſſerunt, et tamen ſignificatione paria, iterantur. Cicero lib. I. *Tuſculanar.* Confirmato illo, *de quo ſi mortales animi ſunt, dubitare non poſſumus, cum tantus interitus in morte ſit, vt ne minima quidem ſuſpicio ſenſus relinquatur;* hoc *igitur* probe ſtabilito et fixo, *illud excutiendum eſt.* Scaeuola D. ad SC. Trebellian. *Quaeſitum eſt,* an Septicio *filio defuncto intra viceſimum annum ſine liberis, hoc fidei commiſſum* vtrum *pro portionibus haereditatis ad fratrem et ſororem eius pertineat.* Paulus D. de Iure Fiſci: *Eius bona, qui ſibi mortem conſciuit, non* ante *ad Fiſcum coguntur, quam* prius *conſtiterit.*

Huc pertinet repetitio *Antecedentis iuncti* cum PRONOMINE; qua antiqui et optimi Autores crebro vtuntur. Terent. in Heautontimor. *Habet Bonorum* exemplum, *quo* exemplo *ſibi licere id facere, quod illi fecerunt, putet.* Idem in Hecyra:

Digitized by Google

Eodem vt iure *vti ſenem*
Liceat, quo iure *ſum vſus adoleſcentior.*

Cicero in Verrem: *Aduenit* dies, *quo* die *ex inſtituto.* Caeſar de Bello Gallico: *Vltra eum* locum, *quo in* loco GERMANI *conſederant.* Idem: *Erant omnino itinera duo, quibus* itineribus *domo exire poſſent.* Seruius Sulpitius ad Ciceronem: *Quae* res *mihi non mediocrem conſolationem attulit, volo tibi commemorare, ſi forte eadem* res *tibi minuere dolorem poſſit.*

Geminantur quoque eaedem Voces rei, de qua agitur, *intendendae* et *augendae*, quomodo *Meme* dicimus Meipſum, *Tete* Teipſum, *Voſuos* Voſmet ipſos. Sic *Atque atque* dixit Ennius in Annal. Atque *atque aſcendit muros* Romana *Iuuentus. Age age, Apage apage,* Plautus et alii Poëtae frequenter, *Magis Magiſque,* vt Graeci μᾶλλον *μᾶλλον, Minus minuſque, Plus pluſque.* Cicero Filius ad Tironem: *Enitar, vt apud Iudices* magis magiſque *haec naſcens de me duplicetur opinio.* Seneca Lib. I. de Beneficiis: *Beneficium demus, quod vſu* magis magiſque *placeat.* Plautus in Aulularia:

At ille vero minus minuſque *impendio*
Curare, minuſque *me impartire honoribus.*

Id. ibidem: Plus pluſque *iſthuc ſoſpitent, quod habeo.* Catullus: *Et* magis magis *in dies et horas iraſcor mi.* *Nimium nimiumque* Tibullus Lib. 2.

Iam venit iratus nimium nimiumque *ſeuerus.*

Ouidius in Epiſtolis:

Auſus es o nimium nimiumque *oblite tuorum?*

Propere propere Plautus in Aulularia: *[illegible]*

quan-

quantus, Terentius in Adelphis: *Non non*, *Nihil nihil*, Cicero, et alii alia.

Quin etiam geminantur negationes, et duae loco vnius ponuntur, quo magis negent, *Graecorum* more atque exemplo. Terent. in Andriae Prologo: *Faciunt* ne *intelligendo*, *vt* nihil *intelligant*. Idem in Heautontimor.

- *Agrum in his regionibus*
Meliorem neque *pretii maioris* nemo *habet*.

Plaut. in Epidico: - Neque *ille* haud *obiiciet mihi*. Lucilius Satyrar. 17. *Proprium vero* nil neminem *habere*. Varro Lib. 2. de Vita Populi Rom. *Quod a Rege munera eorum* noluerit nemo *accipere*. Cicero Lib 3. de Finibus: *Sed quanquam negent Stoici* nec *Virtutes* nec *Vitia creſcere*. Idem Lib. 4. Quaeſt. Academic. *Quod Bonum quale ſit*, negat *omnino Epicurus ſine voluptatibus ſenſum mouentibus* nec *ſuſpicari*.

CAPVT X.
DE PARELCIS.

INTERDVM Voces quaedam in *Oratione* abundant, et *Elegantiae* tantum cauſſa, non *neceſſario* ponuntur, veluti *Homo*, *Mulier*, vt Homo *adoleſcens*, Homo *Romanus* dicit Cicero; Homo *Italicus* Varro; Nemo *homo* Plautus; Mulier *meretrix* idem et Terentius; Nemo *quiſquam*, *Nemo vnus*, Suetonius in Nerone: *Quantos* nemini cuiquam *contigiſſe conſtat*.

Terentius in Eunucho: Nemo *hercle* quisquam. Et in Hecyra: Nemo quisquam *illorum ad te venit.* Cicero: Nemo *de nobis* vnus *excellat.* Caeſar. lib. 3. de Bello Ciuili: *Ad* neminem vnum *ſumma imperii.* Liuius Lib. 1. *Quia* nemo vnus *ſatis dignus Regno viſus eſt.* *Omne quicquid*, Cicero in Verrem: Omnia quaecunque *Carpinates poſtulabat, facere et decernere ſolebat.* Valerius Maximus Lib. 1. *Concitato impetu* omne quicquid *obuiam fuerat proterentem.* *Omnes vniuerſi*, Apuleius Lib. 7. Metamorphoſ. *Talibus dictis* vniuerſi omnes *aſſenſere.* *Res*, Varro Lib. 1. de Re Ruſtica: *Ad vaſa olearia ac trapetas, quae* Res *molae oleariae.* Idem Lib. 2. *Scillae medium conterunt cum aqua ad mellis craſſitudinem; tum ea* re *naturam aquae tangunt.* Vlpianus D. Qui potiores in Pign. *Veluti ſi nauis fuit obligata, et ad armandam eam* rem, *vel reficiendam ego credidero.*

Pronomina *Hic*, *Is*, etiam abundant, vel potius magis confirmant. Cicero in Academicis: *Iampridem ad* hunc *eum (ipſum me autem dicebat) quaedam inſtitui.* Id. ad Fabium Gallum: *Lex ſumptuaria, quae videtur* λιτότητα *attuliſſe*, ea *mihi fraudi fuit.* Salluſt. in Catilina: *Sed vrbana plebes*, ea *vero praeceps erat.*

Similiter *Illud*, *Id*, Plautus in Pſeudolo:

Tibicinam illam, tuus quam gnatus deperit,

Eam *circumducam lepide.* Cicero pro Coelio: *Illud tempus aetatis, quod ipſum ſua ſponte infirmum aliorum lubidine infeſtum eſt*, id *hoc loco defendo.* Id. ad Sulpicium: *Illud, quod ſupra ſcripſi*, id *tibi confirmo.* *Ille*, Terentius in Adelphis: *Ego* ille *agreſtis ſaeuus.*

uus. Virgilius: *Multum* ille *et terris iactatus et alto.* Idem: *Nunc dextra ingeminans ictus, nunc* ille *ſiniſtra.* *Mihi, Tibi, Sibi,* Cicero ad Varronem: *At* tibi *repente paucis poſt diebus.* Catullus:

Mallem diuitias mihi *dediſſes iſti.* Plautus in Amphitr. *Cum eo tu ſermonem nec ioco, nec ſerio* Tibi *habeas.* Id. in Captiuis: *ſuo* ſibi *ſeruit patri*; et, *Suo ſucco* ſibi *viuunt.* Apuleius lib. 7. Metamorph. *Suis* ſibi *gladiis obtruncatos relinquunt. Me, Te, Se*, Terentius in Eunucho: *Scin'* me, *in quibus ſim gaudiis.* Idem in Andria:

Quae ſeſe *inhoneſte optauit parare hic ditias.*

Plautus in Aſinaria: *Atque ego* me *id facere ſtudeo.* Salluſtius in Catilina: *Omnes homines, qui* ſeſe *ſtudent praeſtare.*

Verba, vt *Facio*, Cic. L. 5. Tuſculanar *Anacharſis potuit pro nihilo pecuniam ducere, noſtri Philoſophi* facere *non potuerunt.*

Aduerbia, vt *Rurſum denuo*, *Repente ſubito*, *Satius potius*, *Propere ocyus*, *Poſt ibi*, *Vbi quando*, Plautus: *Nunc iam*, *Olim quondam*, *Hercle certe* Terentius: *Poſt inde* Ennius in Epicharmo: - *Sed* poſt

Inde *venit diuinatus pullis inſinuans ſe*
Ipſa anima. Lucret. Lib. 1. - Poſt inde *per artus.*

Tum porro, Idem. *Perinde quaſi*, Cicero pro Milone: Perinde quaſi *Appius ille Coecus viam munierit.* Et pro Cluentio: Perinde quaſi *ego non ab initio huius defenſionis dixerim.*

Praepoſitiones *Ab*, *Ad*, *Ex*, cum loci proprio nomini adiunguntur, Salluſt. in Catilina: *Iam tum Brutus* ab *Roma aberat*. Cicero in Verrem: *Eo die Verres* ad *Meſſanam venit*.

Cum Ennius in Annal. *Effundit voces proprio* cum *pectore ſancto*. Terent. in Adelphis: *Haec tu facito*, cum *animo cogites*. Salluſtius in Iugurtha: *Anxius trahere* cum *animo ſuo*. Catullus:

Transfer omine cum *bono*
Limen aureolos pedes.

Idem: - *bona* cum *bona*

Nubit alite virgo. Cic. L.2. Offic. Cum *prima luce*, quod Plautus et Vetuſtiores, Cum *primo lucu*. In, Terent. in Adelph. In *eo me oblecto*. Lucret. L.4. - *Longo* in *ſpatio pertundere ſaxa*.

Coniunctiones, *Etiam quoque* Plautus in Amphitr. *Quoque et*, Virgilius Lib.1. Aeneid. *Multa quoque et bello paſſus*. *Ergo propterea*, Terentius in Hecyra: *Ergo propterea te ſedulo et moneo, et hortor*. *Ergo igitur* Apuleius Lib.7. *Ergo igitur euocato ſtatim dementario*. *Quamuis licet*, Cicero de Amicitia: *Quamuis licet excelleas*. Lucretius Lib.6.

Proinde licet quamuis coelum terramque reantur
Interrupta fore.

CAPVT

CAPVT XI.

DE ECLIPTICIS.

RVRSVS omittuntur Voces fere omnis Generis: et eſt haec *Ellipſis* frequens optimo cuique veterum Scriptorum. Sic deeſt *Actio* in illis *Agere ad exhibendum*, *Damni infecti*, *Iniuriarum*; quae in Libris Iuriſconſultorum crebro occurrunt. *Aedis*, *Templum*, vt *Ad Dianae*, *Ad Veſtae*. Terent. in Adelphis: *Vbi ad Dianae veneris*. Plaut. in Poenulo: *In Veneris*. Cicero pro Milone: *Cum falcibus ad Caſtoris, cum gladiis toto foro volitarunt*. Idem ad Terentiam: *Quemadmodum a Veſtae ad Tabulam Valeriam ducta eſſes*. Horatius: *Ventum erat ad Veſtae*. *Animus*, *Opinio*, Cicero L. 3. Officior. *Nec eum feſellit*. Idem Lib. 14. ad Atticum: *Sed nos, ni me fallit, iacebimus*. Varro Lib. 2. de Re Ruſt. *Tantum enim feſellerit*.

Aqua in illis Locutionibus: *Calida*, *Frigida lauari*, *Frigidam*, *Calidam ſuffundere*. Seneca ad Lucilium: *Calida ſubinde ſuffuſa paullatim defecit*. *Cauſſa*, *Gratia*, vel *Nomine*, vt apud Graecos ἕνεκα, frequentiſſime leguntur omiſſa, non apud Hiſtoricos modo et Oratores, ſed etiam Iuriſconſultos, quorum teſtimonia omnia his adſcribere eſſet inutilis diligentiae. Terentius in Adelphis: *Ne id adſentandi magis, quam quod gratum habeam, facere exiſtimes*. Salluſtius in Catilina: *Quod initio conſeruandae libertatis atque augendae Reipublicae fuerat*. Idem Lib. I. Hiſtoriar. *Exercitum opprimendae libertatis habet*.

habet. Id. ibidem: *Arma ciuilia cepit, Legum ac libertatis ſubuertendae.* Vlpianus D. ad. Leg Iuliam de Adulteriis: *Si quis euitandi criminis id egit, vt Reipublicae cauſſa abeſſet. Caro,* vt in illis, cum abſolure vſurpantur, *Bubula, Suilla, Ouilla, Ferina.* Virgilius:

Implentur veteris Bacchi, pinguisque ferinae.

Commune, Salluſtius in Catilina: *Alia omnia ſibi cum collega ratus. Diuitiae,* Cicero ad Nepotem: *Qui habet, vltro appetitur; qui eſt pauper, vltro aſpernatur. Fabula,* vt Praetexta, Togata. Horatius:

Vel qui praetextas, vel qui docuere togatas.

Plinius Lib. 7. *Qui primus togatas ſaltari inſtituit. Febris,* vt Tertiana, Quartana. Suetonius in Caeſare: *Quanquam morbo quartanae aggrauante. Fides,* Terentius in Andria: *Pro Deum atque hominum!* Idem in Phormione: *Pro Deum immortalium! Homines* omittitur in tertia plurali Verborum, cum de vniuerſitate loquimur, vt *Dicunt, Ferunt, Sunt,* et ſimilia. Terentius: *Ita aiunt,* et, *ita praedicant.* Varro L. 4. de Ling. Lat. *Munitur opis cauſſa, vbi ſint.* Id. ibid. *Speculum a ſpeciendo, quod ibi ſpectant. Iter,* vt *Abeſſe bidui,* pro Bidui itinere. Cicero ad Attic. *Cum in caſtra proficiſcerer, a quibus aberam bidui.* Caeſar Lib. 6. de Bello Gallico: *Iamque ab eo non longius bidui aberant. Lex,* vt Titulo Librorum Iuris ad Municipalem. *Lis* cum dicitur *Contra, vel Secundum aliquem dare.* Suetonius in Claudio; *Abſentibus ſecundum praeſentes dabat.* Plinius L. 7. Epiſtolarum: *Finem cognitioni quaeſtio impoſuit, quae ſecundum*

dum reos dedit. Tacitus Lib. 4. Annal. *Ita ſecundum Meſſenios datum*. Quod integre dixit Cicero pro Roſcio Comoedo: *Quo minus ſecundum eos lis detur, non recuſamus*. *Ludi*, vt *Circenſibus*, *et Circenſium die* Suetonius. *Ordines* Idem in Caeſare: *Seſſum in quatuordecim e ſcena*. *Partes*, vt *primas*, *ſecundas agere, ferre, tenere*, Suetonius in Caligula: *Plures ſecundarum certatim experimentum artis darent*. Terentius: *Non poſteriores feram*. Cicero ad Atticum: *Tibi primas defero*. Idem in Oratore: *In Republica noſtra primas Eloquentiae tenuerit ſemper, urbanis pacatisque rebus, ſecundas iuris ſcientia*. *Paſſus*, Caeſar de Bello Gallico: *Huius eſt longitudo lateris, vt fert illorum opinio, ſeptingentorum millium*. Plinius Lib. 8. *Per centena millia et quinquaginta continuo curſu euntibus*. *Pecunia*, vt *Crimen Repetundarum*, quod eſt de Pecuniis repetundis, aliisque rebus vi, aut dolo per Romanos Magiſtratus a ſociis extortis, Suetonius in Caeſare: *Dolabellam conſularem et triumfalem virum* Repetundarum *poſtulauit*. *Praedium*, *Villa*, vt *in Pompeiano*, *in Tuſculano*, *per Varronis*, *per Locuſtae* apud Ciceronem ad Atticum: *Ex vicini* Vlpianus D. de Aqua Pluuia arcenda. *Res* intelligitur in illa Formula, qua in primo congreſſu Veteres vtebantur, *Satin' ſaluae*, Terent in Eunucho: *Quid trepidas*, ſatin' ſaluae? Salluſtius in Hiſtoriarum Libris: *Percunctantibus vtrinque* Satin' ſaluae? Liuius: *Quaerentique viro* Satin' ſaluae? *Minime inquit*: et, *Percunctatus* Satin' ſaluae? Quod alibi integre dixit: *Cum pater* Satin' ſaluae *res interrogaret*. *Sacrum* Virgilius in Bucolicis:

Digitized by Google

Cum faciam vitula pro frugibus, ipſe venito.

Seruus deeſt in talibus, *A manu, a pedibus, ab Epiſtolis, a Libellis*.. *Tabulae* exauditur, cum dicimus *Duodecim*, pro duodecim Tabulis Legum Romanorum. Cicero Lib.2. de Legibus: *Diſcebamus pueri* Duodecim, *vt carmen neceſſarium, quas iam nemo diſcit*. *Tempus*, vt *In praeſens*, Salluſt. *In praeſenti* Cicero et Liuius, *In hodiernam* Scaeuola D. de Verb. Obligat. *Theatrum* Plinius Lib.36. *Nationes, quae ſunt circa Pompeii*. *Tribus* Cicero in Verrem: *Qui Verrem Romulia*. Idem in Philippica.9. *Seruius Sulpitius Q.F.Lemonia Rufus*, id eſt, ex Romulia, Lemonia Tribu. *Verum*, *Vere* intelliguntur in illa Formula aſſentiendi et confirmandi: *Eſt hoc*, *Sunt iſta*. Terentius in Adelphis: *Nec nihil, nec omnia haec ſunt*. Cicero de Amicitia: *Sed neſcio, quomodo hoc eſt, quod in Andria familiaris meus*. Idem ibidem: *Sunt iſta Laeli*: et in Academicis: *Sunt, inquam, iſta Varro*. *Via*, vt Compendiaria, Recta. Terent. *Cur non recta introiſti*. Varro in Sciamachia: *Hoc dico compendiaria ſine vlla ſollicitudine ac moleſtia dicundi ad eandem voluptatem poſſe perueniri*. Seneca ad Lucilium: *Hanc atque compendiariam excogitauit*: et, *ad maximas te diuitias compendiaria ducam*. *Vxor*, vt Terentia Ciceronis, Marcia Catonis, Marcia Pompeii.

Pronomina quoque omiſſa ſaepe animaduertimus, vt *Is*, *Eius*, *Ei*. Plaut. in Amphitr.

Quantusque amor ſiet, quod complacitum eſt ſemel; id eſt, *Eius, quod*. Idem in Curculione:

Ego

Ego illum reddidi, qui argentum a te attulit, pro *Ei, qui.* Varro Lib. de Ling. Lat. *Quod ibi domus fuerit, cui cognomen fuit Marcellus*, pro *Eius, cui, Ille, Illud*, Plautus in Perſa:

Omnes res relictas habeo prae, quod tu velis,

id eſt, *Prae illo, quod.* Curtius: *Haec vociferantem, quibus erat imperatum, iugulant*, pro Illi, quibus.

Item *Verba* omittuntur, vt praeter alia *Grammaticis* notata, *Decere*, vel *Oportere*. Terent. *Tantamne rem tam negligenter agere.* Idem: *Siccine me atque illam tua opera ſollicitarier.* Virgil. *Mene incepto deſiſtere victam? Euenire*; vt in illa Formula, qua Veteres in Conſolatione vtebantur: *Velim, quae vellet.* Plautus in Moſtellar.

Velim, vt velles Tranio, id eſt, Velim eueniant. *Inuocare* et *Obſecrare* in Precationibus, vt *Tuam Fidem Venus noctuuigilia*, Plautus; *Hercules tuam fidem*, Varro; et, *Dii voſtram Fidem*, in Comoediis frequenter. *Valere, Viuere*, Plautus in Sticho: *Bene vos, Bene nos, Bene te, Bene me*, intellige *Viuere precor.* Tibullus:

Sed bene Meſſallam ſua quisque ad pocula dicat.

Ex *Aduerbiis* deſunt interdum ſtructurae Orationis *Magis, Potius*; idque *Graecorum* more, qui τὸ μᾶλλον, aliquando omittunt. Plaut. in Caſina:

- *Vt quod vir velit*

Fieri, id facias, quam aduerſere contra.

Id.

Id. in Menaechmis: *Quia vidua viuam, quam tuos mores perferam.* Et in Rudente: *Tacita mulier eſt bona, quam ſemper loquax.* Terent. in Eunucho: *Qui placere ſe ſtudeat bonis, quam plurimis.* Gellius Lib. 2. *Declinanda ſenſim et relinquenda eſſe dicunt, quam reſpuenda.* Et Liuius, Tacitus, Apuleius atque etiam ICti harum Vocum eclipſi ſaepe vtuntur, quorum teſtimonia ab aliis adnotata nihil eſt neceſſe hic adferre. *Non* omittitur poſt *Non modo*, id eſt, Nedum. Cicero pro Seſtio: *Qui non modo praecipitanti patriae ſubuenirent, ſed etiam nimis tarde concidiſſe moererent.* It. Orat. 2. in Rullum: *Si non modo dena iugera dari vobis, ſed ne conſtipari quidem tantum numerum hominum poſſe in Agrum Campanum intelligetis.* Et L. 1. de Oratore: *Neque ſolum inſcientiam meam, ſed ne rerum quidem magnitudinem perſpicit.* Id. L. 10. ad Atticum: *Regnum non modo* Romano *homini, ſed ne* Perſae *quidem, tolerabile*: et alibi ſaepius. *Solum, Tantum,* Varro L. 7. de Ling. Lat. *Neque a diſſimilibus ſimilia, ſed etiam eadem.* Caius D. de Verbor. Signific. *Armorum appellatio non vtique Scuta, et Gladios et Galeas ſignificat, ſed et Fuſtes et Lapides.* Marcianus D. de Pignoribus: *Sed et non ſoluendae omnis pecuniae cauſſa, verum etiam de parte eius.*

Praepoſitiones autem crebro omittuntur, vt apud Poëtas ante prouinciarum et Regionum nomina. *Ad*, Virg. *Italiam fato profugus Lauinaque venit Littora. E, Ex* in illis, quae *Graecorum* more efferuntur. *Vinum Chio, Lesbo, hoſpes Epheſo, Vultur ſiluis*; id eſt,

eſt, Vinum Chium, Lesbium, Hoſpes Epheſius, Vultur ſiluestris. Ennius in Annal.

Vulturius ſiluis *miſerum mandebat hemonem.*

Plautus in Bacchidibus: Epheſo *quot hoſpes debuit noſtro ſeni*: Idem in Mercatore: *Video hic hoſpitem* Zacyntho. *In*, vt idem in Curculione: *Rogat quid veniam* Cariam. Et in Perſa: Eretriam *miſit.* Papinianus D. de Condit. et Demonſtrat. *Cum* Aſiam *veniſſet.* Apulei. Lib. I. Metamorph. *Macedoniam profectus. Cum* omittitur, vbi denotat Comitatum. Varro in Sesquiulyſſe; *Nauibus duodecim domo profectum.* Cicero in Philipp. vltima: *His viginti cohortibus nullo equitatu conflixit.* Liuius Libr. I. *Egreſſus omnibus copiis. De* intelligitur in talibus: *Quid me fiet, Quid me futurum eſt, Quid illo faciam*, apud *Comicos. Ob*, vel *Propter*, vt *Id huc reuorti, vti me purgarem tibi.* Plautus in Amphitr. *Nunc id prodeo, vt conueniam Parmenonem*, Terentius. Idem in Hecyra:

Laetae exclamant: Venit; id quod me repente adſpexerant.

Vbi Donatus: *Deeſt* Propter, *vt ſit* Propter id, *ac* Per hoc, Ideo; etc. Cicero ad Q. Fratrem Lib. 3. *Id quod iudices nullos habemus.* Liuius Lib. 41. *Id quod erat vetuſta coniunctio cum Macedonibus.* Varro Lib. 5. de Lingua Lat. integre dixit: *Id quod propter centuriata Comitia.*

Coniunctionum eclipſis in Oratione frequentiſſima eſt, inprimis copulae *Et*, vt *Hac illac, Surſum deorſum, Velis nobis*, quae vulgo vſurpantur. Sic *Praeſente abſente*,

ſecute, Iuſta iniuſta, Sex ſeptem, Terentius, *Terra mari, Factis dictis* Cicero, *Dextra ſiniſtra* Salluſtius, *Equis viris* Liuius, *Intra extra* Plinius, *Emtum venditum* Iuriſconſulti. *Etiam* deſideratur interdum poſt *Sed,* cum auget. Cicero in Lentulo: *Omnibus negotiis non interfuit ſolum, ſed praefuit.* Vlpianus D. de Senatoribus: *Liberos Senatorum accipere debemus, non tantum Senatorum Filios, verum omnes, qui geniti ex ipſis.* *Quam* omittitur antecedente Plus, Amplius, Minus vel Melius, Varro Lib. 1. de Re Ruſt. *Neque enim ſi minus CCXX. iugera oliueti colas,* id eſt, minus, quam. Idem Lib. 2. *Ne minus habeamus in centenas oues hirtas ſingulos homines,* id eſt, minus, quam ſingulos homines. Et, *Non minores oportet inire bimas.* Horatius: - *Melius perſaepe togatae.* Catullus: - *Namque amplius horam*

Suffixum in longa me memini eſſe cruce. Terentius: *Plus millies audiui.* Liuius: *Hoſtium plus mille caeſi, Romanorum minus mille trecenti.* Plinius Lib. 5. *Torrentes vero amplius centum.*

CASPAR

CASPAR BARTHIVS
IN SVO COMMENTARIO IN CEIRIN VIRGILIANAM.

Ad *Verſ. 141.* OLIM DIV, duo ſunt Aduerbia coniunctim pro vno poſita. Apuleius ſaepiſſime, *Ergo igitur*, coniungit: *curioſe ſedulo*, Idem: *illico prorſus*, Vincentius Lirinenſis: *indubitanter liquido*, Optatus Afer: *libenter libere*, Saluianus Lib. II. ad Eccleſiam Catholicam: de qualibus in *Indice Apuleiano*, σὺν Θεῷ, vberius. Notabit alia huius generis Friſiae ſuae aeternum decus, Nobiliſſimus et Eruditiſſimus AVSONIVS POPMA in aureolis libellis *de Vſu Antiquae Locutionis* (ſupra Lib. II. cap. 10. p. 661.) quos ego Elegantiae veterioris Studioſis terendos tanquam digitos vnguesque ſuos arbitror.

AVTORES VETERES, QVI IN HIS LIBRIS LAVDATI, VEL EMENDATI.

Afranius Comicus.
L. Apuleius Madaurenſis.
Arnobius Afer.
Atticus Tragicus Poëta.
Cato Cenſorinus.
C. Iulius Caeſar.
Caecilius Comicus.
Celſus Iuriſconſultus.
Catullus Poeta.
Columella.
Ennius Poëta.
Horatius Flaccus.
Iulianus Iuriſconſultus.
Licinius Macer, Hiſtoricus.
Liuius Andronicus, Poëta.
T. Liuius Hiſtoricus.
Lucilius Satyricus.
Lucretius Carus Poëta.
Marcianus Iuriſconſultus.
Naeuius Poeta.
Ouidius Naſo.
Pacuuius Tragicus.
Plautus Comicus.
Plinius Secundus.

Pom-

Pomponius Atellanarius.
Pomponius Iuriſconſultus.
Priſcianus Grammaticus.
Seruius Honoratus Grammaticus.
Soſipater Chariſius Grammaticus.
Sex. Pompeius Feſtus.
M. Terentius Varro.
M. Tullius Cicero.
Q. Terentius Scaurus Grammaticus.
Turpilius Comicus.
Virgilius Maro.
Valerius Maximus.
Valerius Probus Grammaticus.
Velius Longus Grammaticus.
Velleius Paterculus Hiſtoric.
Vlpianus Iuriſconſultus.

RECENTIORVM NOMINA, QVORVM SCRIPTIS ADIVTI SVMVS.

Adrianus Turnebus.
Aldus Manutius.
Antonius Auguſtinus.
Antonius Muretus.
Barnabas Briſſonius.
Franciſcus Douſa.
Franciſcus Raphelongius.
Guilielmus Canterus.
Hadrianus Iunius.
Iacobus Cuiacius.
Ianus Douſa.
Ianus Gruterus.
Ianus Gulielmus.
Ioſephus Scaliger.
Iuſtus Lipſius.
Iſaacus Caſaubonus.
Ioannes Meurſius.
Ioannes Fungerus.
Ioannes Pontanus.
Obertus Giſanius.
Paulus Manutius.
Paulus Merula.
Petrus Faber.
Sibrandus Siccama.
Theodorus Canterus.
Thomas Linacer.

INDEX.

A 1
A manu 56
A pedibus 56
Ab 1
Abactor 3
Abdicare 1
Abdicatio 1
Abducere 7
Abeſſe 2
Abgregare 2
Abigeatus 3
Abigeus 2. 281
Abigo 3. 84
Abiurare 3
Abominari 4
Aborſus 4
Abortus 4
Abrogare 4. 29. 457
Abſoluere 5. 513
Abspulſus 6
Abſtinentia 6. 175
Abſtinere 6
Abſurdus 321
Abundare 6
Abuſus 526
Abuti 526
Accedo 6. 132
Accenſi 29
Accerſere 7
Accerſus 7
Acceptare 10
Acceptilatio 7
Acceſſio 8
Acceſſus 8
Accidere 175
Accidit 9. 526
Accipere 10. 124. 203. 504
Acclamationes 10
Accola 10. 30
Accumbere 11
Accuratio 492
Accuſare 12. 13. 469
Accuſatio 12. 16. 17
Accuſator 13. 439
Aceratus 13
Acerbe 295
Acerbus 13. 14
Aceroſus 14
Aceruus 14
Acies 14
Acini 14
Acinus 107
Acta 15. 291
Actarius 16
Actio 16. 17. 18
Actor 16. 17. 439
Actuarius 16
Actum 15
Actus 18
Acuere 19
Acumen 14
Acus 19
Ad 19. 20
Ad annum 20
Ad diem 21
Ad pedes 56
Adamare 64
Addicere 21. 192. 320
Adducere 22. 220
Adeo 22
Adeps 440
Adfines 22

Adfinitas 22
Adgregare 2
Adhibere - 23
Adhuc - 23. 299
Adimere 99. 202
Adire hereditatem 23
Adiudicare 21
Adiutor - 24
Admirari - 384
Admoliri - 24
Admonere 24. 157. 386
Admonitio 24
Adoleſcens ibid.
Adoleſcentia 26
Adoleſcere ibid.
Adoptatio - 27
Adoptio - 26
Adorare - 27
Adoriri - 47
Adpromiſſor 28
Adpromitto ibid.
Adrogare - 29
Adſcribere - 169
Adſcripti - 29
Adſcriptitii - ibid.
Adſcriptiui ibid.
Adſectari ibid.
Adſita arbor - 326
Adſpicere 30. 94. 520
Adſtruere 247
Aduena - 11. 30
Aduenire - 30
Aduentare ibid.
Aduentitia bona 30
Aduentus 30. 157
Aduerbium 452
Aduerſa vulnera 30
Aduerſari ibid.
Aduerſarius 175
Aduerſus - 31
Aduertere ibid.
Adulari - 32
Adulterium 32. 319. 503
Aduocare - 23. 33.
Aduocatus - 33. 430
Aedes - 35. 36
Aedificare - 37
Aedificia - 35
Aeditimus - 37
Aedituus - ibid.
Aeger - ibid.
Aegre ferens - 336
Aegritudo - 37
Aegrotatio - ibid.
Aegrotus - ibid.
Aemulari - 38
Aemulatio - 38. 316
Aequabile - 38
Aequale - ibid.
Aequanimitas 115
Aequitas 38. 340
Aequor - 38
Aequus - 341
Aerarium - 39
Aerumna - 365
Aeſtas - 39
Aeſtimare - 40. 46
Aeſtus - 39
Aeternitas - 436
Affabilis - 41
Affabilitas ibid.
Affatim - 429
Affectatio - 41
Affectio - ibid.
Affectus - ibid.
Afficere - 42
Affinitas - ibid.
Affirmare - 95

Affi-

Afflictatio	364	Altor -	55
Affligo -	42	Altus -	56
Age, ite	43	Alumnus	55
Ager	43. 122. 476	Aluus	56. 526
Agere	16. 44. 46. 259	Amabilis	62
Agere ad populum	46	Amans -	58. 363
Agere apud populum	46	Amaſius -	62
Aggredi	47	Amator -	58. 61
Agidum -	43	Ambarualis	58
Agilis -	47. 273	Ambiguus -	409
Agitare -	46	Ambio -	410. 420
Agnati -	47. 274	Ambitio -	58
Agnoſcere	49	Ambitus -	ibid.
Ala -	50	Ambo	59. 222
Alacer -	ibid.	Ambulare -	59
Alapa -	148	Ambulatio -	60
Albatus -	51	Amburbiales -	58
Albus -	50	Amens	60. 102
Alere -	51. 52	Amicitia -	61. 340
Alia -	52	Amicus -	58. 61
Alias -	ibid.	Amittere -	62. 432
Alienus -	249	Amphitheatrum	510
Alimentum	53. 55	Amo -	63. 64
Alimonia	ibid.	Amoliri -	24. 64
Aliquando	52. 413	Amor -	64. 185
Aliquantiſper	52	Ampliatio -	65
Aliquantum	ibid.	Amplius	66
Aliquis -	53	Anadema -	ibid.
Aliquot -	52	Angor -	364
Alitudo -	53. 55	Anguis -	68
Alius -	53. 454	Anima	69
Allegere -	72	Animaduertere	69. 329. 520
Alleuare	53. 230	Animalia -	69
Alligare	356. 357	Animantia	ibid.
Alloqui	53. 363	Animoſitas	500
Alloquium	53	Animus	69. 70
Alluuiones	54	Annales	71. 302
Altare	ibid.	Annotare	403
Alter	53. 454	Annuere	72. 325. 408

Digitized by Google

Annumerare - 72
Annunciare 73. 408
Annuus prouentus 74
Anquirere ibid.
Ante hac - 75
Antea - ibid.
Anteſtari - 510
Antipedes - 139
Antiquare 4
Antiquior - 77
Antiquus 75. 77. 519
Aperte - 78
Apertularia 245
Apocha - 7
Apparare 78. 427
Apparere 428
Apparet - 78
Appellare 29. 402
Appellatio 402
Appetere 78
Appetitus - ibid.
Apportare 203
Aptus - 79
Apud - 19. 79
Aqua - 80
Aquaticus 81
Aquatile ibid.
Aqueum ibid.
Aquilo ibid.
Aquilus ibid.
Aquoſus ibid.
Aquulus ibid.
Ara - 54
Aranea - 81
Araneus ibid.
Arbiter ibid.
Arbitrari 462
Arbitrarium 83
Arbitrator - 81
Arbitrium 83
Arbor, os - 83
Arbuſtum 84. 489
Arbutum, us 84
Arceo - ibid.
Arceſſere - 7
Arceſſitum - 8
Arcus - 84
Ardere - 85
Argentarius ibid.
Arguere - 86. 145
Argumentari 87
Argumentum 420
Argutus - 87
Aries - ibid.
Arma ibid.
Armamenta 88
Armamentum ibid.
Armus - 90
Arquus - 84
Arrogans 90
Arrogantia 26. 27. 90. 505
Arrogo - 5
Arteriae 90
Artifex - 91
Artus - ibid.
Arundo - 92
Aruſpex - 99
Aſpargo - 93
Aſper - 94. 259
Aſpergo - 93
Aſpicere 328. 332
Aſpirare - 6
Aſportare 94
Aſſecla - 152
Aſſentari 32
Aſſentiri ibid.
Aſſequi 171. 490
Aſſerere 95. 171

Aſſeruo

Aſſeruo 491
Aſſiduus 95
Aſſolere ibid.
Aſſueſcere 173
Aſtra 493
Aſtutus 87
At 20
Atrianus 95
Atrienſis ibid.
Attingere 96
Auarus 97
Auctor 17. 106
Audacia 96. 507
Audax ibid.
Audens 96
Audentia ibid.
Audire ibid.
Aue 97
Auena 99
Auellanae 150
Auerſa vulnera 30
Auerſari ibid.
Auerſus 31
Auertere ibid.
Auferre 99. 512
Augmentum 145
Augur 99
Augurium 100. 414
Auguro 99
Auguror ibid.
Auguſtus 101
Auidus 97. 102
Auis 102. 524
Auius 335
Auricula 103
Auris ibid.
Aurum purum, probum, profanum, ſuum 451
Auſculto 96. 104
Auſpicium 100. 222. 414
Auſterus 105
Autor ibid.
Auxilium 106

B.

Bacca 14. 107
Balbus 107
Balineum 108
Balnea 108
Balneae ibid.
Balneum ibid.
Balnearis ibid.
Balnearius ibid.
Balſamum ibid.
Balteum 109
Balteus ibid.
Bannum 242
Barba 109
Barbae ibid.
Barbara locutio 110
Barbariſmus ibid.
Bardus ibid.
Baſium 421
Beate viuere 112
Beatus 363
Bellator 111
Bellax ibid.
Bellum 111. 211. 449. 515
Bellus 110
Bellicoſus 111
Bellua 112
Bene viuere ibid.
Beneficiarius ibid.
Beneficium 112. 413
Benemeriti 383
Beneuolentia 61
Beneuolus 250
Benignus 115
Beſtia 112

Bibax - 113
Bibens - 112
Bibo - 113
Bibulus ibid.
Bibliotheca ibid.
Bidental - 201. 508
Bini - 113
Blaeſus - 107
Blandiri - 31
Blanditiae - 114
Blandus - 41
Bombex - 114
Bombus ibid.
Bombyx ibid.
Bona ibid.
Boni ibid.
Bonitas 115. 340
Bonorum poſſeſſio 446
Bonus - 114
Bractea - 344
Breue - 115. 429
Breui - 115
Breuis - ibid.
Bucca - 287
Buccina - 117
Buccinum ibid.
Buccinus ibid.
Buſtum 117. 281
Buxum 118
Buxus - ibid.

C.

Caballus 118
Cadere - 119
Caedes - 390
Caedo - 132
Caelare - ibid.
Caelatum - 119
Caelatura - ibid.
Caelum - 393
Caerites - 151
Caeruleus - 120
Caerulus - ibid.
Caeſares - 101
Caeſtus - 135
Caeteri - 471
Calamitas - 141. 523
Caligaris - 120
Caligarius - ibid.
Callidus - 87
Calumnia - 121
Camula - 122
Camelum - ibid.
Camelus - ibid.
Campus - 44. 122
Camuri - 123
Cancellare - ibid.
Candere - 278
Candidus - 50
Cano - 123
Cantilia - 124
Cantus - ibid.
Capi - 125
Capillus - 124
Capio - ibid.
Capite cenſi - 456
Capitium - 126
Captus - 125
Carcer - 127
Carceres - ibid.
Caritas - 64. 127. 326
Carmen - 124
Caſtigo - 127
Caſtitas - ibid.
Caſtra - ibid.
Caſtratus - 239
Caſtrum - 127
Caſtus - ibid.

Caſus

Caſus - 273
Caterua - 128
Catuli - 269
Cauere - 128
Cauillatio - 121
Caupo 129. 305
Caupona - ibid.
Cauſa - 130
Cautio - 131
Cedere - 131. 132
Celare - 132
Celebris - 255
Celer - 397
Celerare - 378
Celeritas - 434. 435
Cellarium - 132
Cenotaphium - 388
Cenſere - 133
Cenſio - ibid.
Cenſor - ibid
Cenſorius - ibid.
Cenſui - ibid.
Cenſus - 74
Cernere 94 133. 520
Cernere hereditatem 23
Certamen 111. 133. 161
Certare - 460
Certatio - 133
Certe - 134
Certo - ibid.
Certum - ibid.
Ceruices - 135
Ceruix - ibid.
Ceſſare - ibid.
Ceſtus - ibid.
Ceu - 517
Charitas - 64. 127
Charta - 135
Charus - 363
Chilo - 136
Chirographum - 137
Cibus - 138
Cilium - 287
Cilo - 136
Cinctus - 139
Cingulum - ibid.
Circa - ibid.
Circiter - ibid.
Circum - ibid.
Circumligare - 357
Circumpedes - 139
Circumſiſtere - ibid.
Circumſpectus - 94
Circumſpicere - 139
Circumſtare - ibid.
Circus - 140
Ciuis - 140. 152. 320
Ciuitas - 140. 524
Clades - 141
Clam - 411
Claritas - 141
Claritudo ibid.
Claua - ibid.
Clauis - ibid.
Clauus - ibid.
Clemens 141. 142. 250. 341
Clementia - 38
Cliens - 152
Clibanus - 142
Cliuius - 150
Clypeum - 142
Clypeus - 142. 143
Clupeus - 144
Coarguere - 86. 145
Cocles - 368
Coena - 145
Coenaculum - 146
Coenatio - ibid.

Digitized by Google

Coenobium 386
Coercere 84
Cogitare 147
Cognati 22. 48
Cognatio 22. 42
Cognitor 35. 147. 430
Cognoſcere 49
Cohors 148
Cohum ibid.
Coire 176
Colabra 188
Colaphus 148
Colere 64
Collactaneus 149
Collacteus ibid.
Collega ibid.
Collegium 149. 255
Colligare 356
Collis 150
Colloquium 54. 150
Colonia 150. 151
Coloniam adſcribere 151
- deducere ibid.
Colonus 151. 152 140. 326
Coluber 68
Columba 152
Coma 124
Combibo 113
Comedo 152
Comedus ibid.
Comes ibid.
Comicus 153
Cominus ibid.
Comitia ibid.
Comitium 154
Commemoratio 379
Commendare 155
Commentaria ibid.
Commentarium ibid.
Commerco 258
Commereri 381. 432
Commeſſari 152
Commiſcere 156
Commiſſus ibid.
Committere 155. 156. 433
Commixtio 156
Commodare 157. 395
Commodatum 156
Commodus 115. 157
Commonere 157. 387
Commorari 158
Communis ibid.
Communitas 159
Communitio. ibid.
Comoedus 153
Comparare 450
Comparia 159
Compendium ibid.
Comperendinatio 66
Comperio 159. 471
Comperior 159
Compilare 245
Complura 130. 442
Compluuium 130. 319
Comportare 203
Compoſitio 431
Comprimere 471
Comptum 130
Concedere 314
Concertatio 161
Conciliabulum ibid.
Concilium 153. 172
Concinnare 162
Concinere ibid.
Concordia 431
Concubina 162
Condonare 164. 218
Conducere 164

Con-

Confarcire ibid.
Confectus 346
Confertum 164
Confeſſio 166
Confidens 253
Confidentia 164. 264
Confinis 42. 165
Confiſcare 165
Confiteri 166. 256. 320
Conflictatio 134
Confundere 156
Confuſio ibid.
Confutare 167
Confutatio 479
Congeries 14. 167
Congiarium 167
Congrue 232
Coniectura 168
Coniurare ibid.
Coniuratio 168. 497
Conlucare 168
Conſanguinitas 42
Conſcius 169. 486
Conſcribere 169
Conſecrare 169. 196
Conſecratio 169. 197
Conſentire ibid.
Conſequi 171
Conſerere ibid.
Conſeruare 171. 319. 491
Conſiderantius 171
Conſideratius ibid.
Conſignare ibid.
Conſilium 172
Conſobrini 497
Conſortes 149
Conſpicere 94
Conſpirare 168
Conſpiratio ibid.
Conſtans 172
Conſtantia 437
Conſternare 172
Conſternere ibid.
Conſtitutor 247
Conſtitutum 280
Conſtruere 247
Conſueſcere 173
Conſuetudo ibid.
Conſul 173. 462
Conſularis ibid.
Conſularitas 174
Conſulatus ibid.
Conſulta ſenatus 195
Conſulta 174
Conſultor ibid.
Conſultum ibid.
Conſultus ibid.
Contaminatus 180
Contemnere 174
Contemplari 332
Contentio 175
Continentia 6. 175
Continere 6
Contingere 9. 175. 526
Continuate 175
Continue ibid.
Contra 31. 175
Contrarium 175
Controuerſia 359
Contubernium 408
Contumelia 175. 324
Conturbatio 449
Conuenire 176
Conuentus 153
Conuicium 176
Conuitium 176. 390
Copia 176
Copiae 176. 128

Coram 177. 348
Corinthiacus - 177
Corinthienſis - ibid.
Corinthius ibid.
Corium - ibid.
Cornu - ibid.
Cornum - ibid.
Cornus - ibid.
Corollariae - 178
Corollarium ibid.
Corona - ibid.
Corporalis - 179
Corporeus - ibid.
Corrigere - ibid.
Corruptela - ibid.
Corruptio - ibid.
Corruptum ibid.
Cortex - 352
Coryli - 180
Craſſari - ibid.
Creare - ibid.
Credere - 156. 180
Creditus - 180
Crimen - 181
Crinis - 124
Crotalum - 189
Crudelis - 749
Cruor - 481
Cruſta - 181
Cruſtum - 182
Cubicularis ibid.
Cubicularius - ibid.
Cuiatis - 183
Cuius - ibid.
Culmes - ibid.
Culpa - 416. 319
Culpatio - 523
Cultus - 183
Cumulus - 14
Cuncti - 414
Cupedia - 185
Cupes - 185. 357
Cupiditas - 185
Cupido - ibid.
Cupio - ibid.
Cur - 186
Cura - 186. 209
Curatio - 187
Curator - 187. 516
Curatura - 187
Curia - 188
Curiae - ibid.
Curialis - ibid.
Curſare - 513
Curſatio - ibid.
Curules - *ibid.*
Cuſtodia - 188
Cutis - 189
Cymbalum - ibid.

D.

Daemones - 345
Damnatus ad gladium 190
- ad gladii ludum 191
- in metallum ibid.
- in opus metalli ibid.
Damnum - 159. 191
Dapes - 192. 235
Dare - 192. 196
De - 1. 240
Deamare 64
Debitum - 383
Deceptus 125
Decem 193
Decens - 194
Decernere ibid.
Deceſſio - 8
Decet 417

Decide-

Decidere 512
Decipere 125. 194
Decipi 237. 278
Declamator 418
Decor 196
Decorare ibid.
Decorum ibid.
Decreta ſenatus 195
Decreta 174. 225
Decuria 148
Decus 196
Dedere 193. 196
Dedicare 169. 196
Dedicatio 169. 197
Deducere 22. 197. 212. 220
Deeſſe 2
Deficit 197
Deferre 13
Defungi 197. 280
Degredi 198
Delator 198
Delectio 200
Deleo 199
Deliberare 147
Delictum 181. 199. 200
Deligere 199. 230
Delinquere 199. 431
Deliratio 200
Delubrum 200. 508
Deludere 201
Deluere 202
Demens 60
Demere 202
Demirari 385
Deni 193
Denunciare 13. 408
Depaciſci 424
Depector ibid.
Depectus ibid.
Deperditus 62
Deponere 202. 203
Deportare 94. 203
Deportatus 203
Depoſitum ibid.
Deprauatus 179
Deprecari 453
Deputare 204
Derectum 108. 210.
Deridere 474
Deripere 204
Derogare 4. 457
Deſcribere 169
Deſerere 197. 471
Deſes 439
Deſiderare 462
Deſperatio 364
Deſpicere 174. 204
Deſpondere 500
Deſtrictus 205
Detergere 199
Deterior 205
Deterius 432
Deteſtari 4
Detrimentum 159. 191. 205
Deturbare 206
Deuellere 212
Deuius 335
Deuncem 206
Deus 202
Diadema 66. 178
Dialectica 474
Dicacitas 121
Dicere 87. 192. 206
Dictio 206
Dictum ibid.
Diducere 197
Dies 207
Differre 208

Digni-

Digitized by Google

Dignitas 208. 460. 518
Digredi 198
Diligentia 209. 492
Diligere 63. 199
Diludere 201
Diludium ibid.
Diluere 202
Dimidiatus 210
Dimidius 210. 213
Directarii 245
Directus 198. 210
Diripere 204
Diſcedere 64
Diſcidium 210
Diſciplina 503
Diſcordia 211
Diſcrimen ibid.
Diſcumbere 11
Diſertus 211
Diſpendium 192. 159
Diſpicere 30. 204
Diſpoſitio 420
Diſpungere 211
Diſſidium 210
Diſſimulare 496
Diſtrahere 212
Diu ibid.
Diuellere ibid.
Diuerſorium 212. 305
Diues 213
Diuiduum ibid.
Diuine ibid.
Diuinitus ibid.
Diuitiae ibid.
Diuncem 206
Diuortium 214
Diurnus ibid.
Diuturnus ibid.
Diuus 202. 399
Doceo 215. 226
Doctrina 215
Doctus 214. 215
Dolor 215. 216. 336. 364
Dolus 216
Domicilium 217
Dominium 318
Domus 35. 218
Donare 164. 218
Donaria 167
Donatio 220
Donatiuum 167
Donum 218
Draco 68
Dryades 398
Dubius 319
Duco 220
Ductare 221
Ductus 222
Dudum 212
Duo 213. 222
Duplicatum 222
Dure ibid.
Duriter ibid.
Dux 223

E.

Eboratus 223
Eboreus ibid.
Ebrietas 224
Ebrioſus ibid.
Ebrioſitas ibid.
Ebrius ibid.
Eburneus ibid.
Eburnum 223
Ecce 224
Eccleſia 224. 518
Ecquando 225
Edicere ibid.
Edicta 225

Edictum

Edictum ibid.
Educare 51. 226
Educere 226
Efferre cadauer 227
Efficere 249. 265
Effigies 227
Effingere 265
Effligo 42
Effundere 280
Egens 229
Egere 230
Egeſtas 228. 431
Ἐγκώμιον 234. 348
Egregius 2
Eiurare 3
Elenare 53. 230
Eligere 199. 230. 348
Elinguatus 230
Elinguis ibid.
Eloquens 211. 363
Eloquentia 231
Eloqui 363
Eloquium 231
Elucere 232
Eludere 231
Elugere 366
Eluo 199
Eluuiones 54
Em 232
Emblemata 181
Emendare 179. 232
Emere 232
Emerita ibid.
Eminere ibid.
Eminus 153
Emolumentum 233
Emplaſtra 234
En 224. 232
Enaſci 396
Enecatus 399
Enicare 234
Enitere 233
Eniti 234
Ἔπαινος 234. 348
Ephebia 26
Epicaedium 235
Epitaphium 235
Epulae ibid.
Epulum ibid.
Eques 402
Equus 118. 235
Erga 236
Ergaſterium ibid.
Ergaſtulum 235. 236
Ergaſtulus 235
Eripere 99. 235
Errabundus 237
Errare 236. 237
Erraticus 237
Erratio 236. 237
Erratitius ibid.
Erratrix 237
Erratum ibid.
Erro, onis 236
Erroneus 237
Error 236. 237
Erudio 215
Eruditio ibid.
Eruditus 214. 360
Eſſe 238
Eu 300
Euenire 175
Euentum 238
Euentus ibid.
Euincere 520
Eunuchus 238
Euocare 33
Ex 240

Ex

Ex bonis 241
Ex die 21
Exacuere 19
Exaedificare 37
Exanimatio 440
Exanimatus 240
Exanimus 240
Exauctoratio 385
Exauctorare 240
Excitare 501
Excommunicatio 242
Excubiae 242
Excuſare 469
Exemplar 242. 315
Exemplum ibid.
Exequiae 281
Exercitatus 244
Exercitus 244
Exhaeredare 1
Exhaeredatio 2
Exiguum 428
Eximere 131. 235
Eximius 496
Exiſtimare 40
Exiſtimatio 208
Exitus 238
Exoleſcere 26
Exorare 418
Exorator ibid.
Expectare 245
Expectatio ibid.
Expedire 515
Expellere 245
Expergitus 244
Experrectus 244. 245
Expertus 245
Expetere 78
Expilare 245
Expilator ibid.
Expirare 500
Expleri 246
Explorator ibid.
Exportare 203
Expoſtulare 246
Expoſtulatio ibid.
Exprobrare 247
Expromiſſor 28. 247. 262
Expungere 123. 211
Exrogare 5
Exſcribere 169
Exſpectare 245
Exſpectatio ibid.
Exſtare 238
Exſtruere 247
Exterraneus 209
Externus 249
Extinguere 199. 248
Extiſpex 99
Extorquere 512
Extraneus 248
Extrarius ibid.
Exultatio 285

F.

Fabula 249
Facere 44. 249. 258. 487
Facere facinus ibid.
Facetus 249
Facies 250. 528
Facilis 250
Facilitas 250. 252. 262. 349
Facinus 250
Facultas 250. 252. 411
Factio 251
Fallere 149. 278
Falſum 252. 321
Fama 253. 417. 476. 498
Familia 253. 289. 290

Famili-

Familiaritas 42.61.255.305
Familiarium 255
Famoſus ibid.
Famulus ibid.
Fanum 201.255.508
Fari 206.256.363
Fas 256.340
Faſciae 127
Faſcis 14
Faſtus, orum 256
Faſtus, uum ibid.
Fateri ibid.
Fatigare 311
Fatigatus 257
Fatum ibid.
Fatuus 257.502
Fauilla 486
Fauſtus 258
Felix ibid.
Femina ibid.
Femora ibid.
Fera 112
Fere 52.432
Feria 259
Feriae 262
Ferialia 259
Ferox 259.260
Ferre 99.206.259.445
Ferre legem 457
Ferula 521
Ferus 260
Feſſus 257
Feſti dies 262.455
Feſtinare 261.378.457
Feſtiuitas 262
Fictum 252
Fidei commiſſum 348
Fidelis 263.264
Fideiuſſor 247.262
Fidelitas 263
Fidens ibid.
Fidentia ibid.
Fides 263.340
Fidis ibid.
Fiducia 164.264
Fidus 263.264
Fieri 265
Figura 264.265.271.501
Filius 265
Fingere ibid.
Finis 509
Firmamentum 467
Firmus 266
Fiſcus 39
Flagellum 521
Flagitare 266.438
Flagitium 250.485
Flagrare 266
Flauus 266.267
Flentes 267
Flere ibid.
Fluctuo 268
Fluctuor ibid.
Flumen ibid.
Fluuius ibid.
Foeditas 516
Foedum 515
Foedus 268
Foenero 269
Foeneror ibid.
Foenus 269.395
Foetus 269
Folia 275
Fora 269
Forcipes 270
Fores ibid.
Forfices 270
Fori 269

Forica

Forica - 270
Forma 264. 265. 271
Formido 384. 440
Formoſus 110. 194. 196. 271. 460
Formum - ibid.
Fornax . 271
Fornicator - ibid.
Fors . 272
Fortem eſſe 273
Fortis 47. 96. 479. 266. 273
Fortitudo 273. 522
Fortuna 114 257. 272
Fortunatus 258. 363
Forum 161. 269
Fornicarius 271
Fraus - 216
Fremere . 275
Fremitus ibid.
Fremor ibid.
Frendere ibid.
Frequentia - 515
Fretum 38
Frondes . 275
Frondeus ibid.
Frondoſus ibid.
Fruges 189. 276.
Frugi - 401
Frui 277. 527.
Frumentaceus 276. 277
Frumentarius ibid.
Frumentum, a 276. 349
Fruſtra . 278
Fruſtrari - 277
Fugitiuus 236
Fulgere 278. 500
Fulgetra - 278
Fulgor ibid.
Fulgur . ibid.
Fulguratio 279
Fulguritum 279
Fulmen . 278
Fultio 279
Fultura ibid.
Fuluus . 267
Fundatus 280
Fundere ibid.
Fundus 43
Funeſtus 280
Fungi ibid.
Funis ibid.
Funus 118. 281
Fur 2. 281
Furaciter 283
Furca 281
Furiatus 283
Furioſus 282
Furnus 142. 271
Furor 283. 503
Furtim 283
Furtiue ibid.
Furtum 281
Furuus 266
Fuſcum 283

G.

Gallicus 284
Gallus ibid.
Ganeo 358
Gaudere 284. 344. 347
Gaudium 284
Gemere 267. 342
Geminus 222
Gemma 285. 544
Genae 286. 287
Generale 287
Generare 288
Generoſus 401
Genetrix 288

Geni-

Genitor - 288
Gens 253. 289. 290. 396
Gentilis 48
Gentilitas 42. 255
Genus 289. 290
Gerere 44
Germani 274
Germanus 274. 275
Geſta, um 15. 291
Geſtio 291
Geſtus - ibid.
Gibbus ibid.
Gignere - 288
Glacies - 291
Globus 140
Gloria 196. 291. 495
Gloriator 292
Glorioſus ibid.
Glorius ibid.
Gnaritas 311
Gnatus - 292
Graecanicus ibid.
Graecienſis ibid.
Graecus ibid.
Grammaticus 293
Grammatiſta ibid.
Grana - 107
Grande - 293
Grandis ibid.
Gratia 114. 293
Gratias agere, habere, referre, reddere, facere, remittere 294. 295
Gratificari 295
Gratioſus - 142
Gratularli 295. 343
Gratus 337. 379
Graſſari - 180
Graſſator - 245
Grauare - 295
Grauari - ibid.
Grauis - ibid.
Grauitas 458
Grauiter - 295
Greges 89. 420
Gremium 295. 496
Grex 89. 420
Gubernaculum 141. 296
Gulo - 358
Guſtare - 297
Gutta - 297

H.

Habena 99. 297
Habere 297. 298
Habitare 158
Habitus - 298
Hactenus 23. 299
Haereditatem adire, cernere ibid.
Hallucinari 237
Hanc manum 299
Harundo 92
Has manus 299
Haſta - ibid.
Haue - ibid.
Hebeſcere ibid.
Hebeteſcere ibid.
Hem 224. 232
Herbidum 299
Herboſum ibid.
Here, heri - ibid.
Heros - ibid.
Heu, heus - 300
Hiare - ibid.
Hiberna - 301
Hibernacula ibid.
Hic, Pronom. 309
Hilum 401

Hinnuli 269
Hirudo - 92. 301
Hirundo - ibid.
Hiſcere - 300
Hiſpanicus 302
Hiſpanienſis - 301
Hiſpanus ibid.
Hiſtoria 71. 249 302
Hiſtoriæ ibid.
Hiſtrio - 392
Holocauſtum 306
Homonymia 303
Honeſtas 209. 460
Honeſtus 114 303 414
Honor os 303
Horrendus - 304
Horrere 305. 384
Horridulus 305
Horridus 304
Horror - 384
Hortari - 387
Hoſpes - 129. 305
Hoſpitium 212. 305
Hoſtia 305. 306. 520
Hoſtis 306
Huiuſce ibid.
Huiusque - - ibid.
Humane 308
Humanitas - 307
Humaniter - 308
Humanitus ibid.
Humatus - 307
Humectum - 309
Humerus - 90
Humidum - 308. 309
Hypotheca - 309

I.

Iacere - 311
Iactari - ibid.
Iactura - 159. 192
Iaculum - 299
Iam dudum - 212
Iam olim - ibid.
Ianua - 311
Idolum - 315
Idoneum - 79
Ieiunitas - 311
Ieiunium - ibid.
Ientaculum - 145
Igitur - 312
Ignarus - ibid.
Ignauia - ibid.
Ignauus 312. 319. 458
Ignominia 312. 321
Ignorantia 312. 313
Ignorare 313. 400
Ignoratio 312. 313
Ignoſcere 314
Ille - 309
Illex - 314
Illix - ibid.
Illucere - 232
Illuuies - 315
Imago - 227. 315
Imbuere - 315
Imbutus litteris ibid.
Imitari 38. 491
Imitatio 38. 316
Immane - 293
Immemor 312
Immiſſum - 316
Immolare 316. 360
Imperare 317
Imperator 223
Imperium 222. 317. 340
cum Imperio eſſe 318
Impetrare 319. 438
Impietas - 400

Impius

Impius 403
Impluuium 160.319
Imprecor ibid.
Imprudens 458.319
Imprudentia 319
Impudentia 503
Impugno 460
Impulſor 24
Imum 319
In 236.504
In annum 20
- annos ſingulos 466
- bonis 24
- dies ſingulos 466
In os laudare 348
Inambulare 60
Inaudire 96
Incedere 59
Incertum 319
Inceſtus 32.309.503
Inchoare 319
Incidere ibid.
Incipere 319.334
Incola 10.30.230
Incruſtatio 320
Incuſare 12.469
Incuſatio 12
Index 13
Indicare 166.320
Indigena 11.30.320
Indigenes 320
Indigentia 229
Indigetes 320.430.
Indocile 320
Indoctum ibid.
Inducere 321
Induſtria 209.416.498
Induſtrius 320
Ineptus 321
Iners 312.439
Inertia 312
Infamia 312.321
Infector 321
Infelix 334
Infenſus 321.322
Infeſtus 321
Infidus 322
Infimum 319
Inflectere 179
Infra 322
Ingens ibid.
Ingluuies 315
Inhibere 323.456
Inimicus 306.322
Iniquus 13.324
Iniuria 175.324
Iniurius 324
Iniuſtus 437
Inniti 234
Innocens 324
Innocuus ibid.
Innoxius 325
Innuere 72.325.408
Inoleſcere ibid.
Inopia 228.326
Inops 229.380.417
Inquilinus 11.30.151.326
Inquirere 74.462
Inſania 283
Inſanus 282
Inſcitum 486
Inſcitus 326
Inſcribere 169
Inſigne 326
Inſignia 326
Inſimulare ibid.
Inſita arbor ibid.
Inſolens 90

Inſolentia 90
Inſomnia 327
Inſomnium ibid
Inſpicere 94. 328
Inſtitor - 412
Inſtituere - 226
Inſtituta, um 328. 391
Inſtitutiones 328
Inſtruere - 247
Inſtructum 329
Inſtrumentum ibid.
Inſueſcere 173
Inſulſus - 257
Integrum - 414
Intelligere 180. 329
Inter coenam 329
Interdicere 225. 330
Interdicere aduocationi, foro 330
Interdictum, a 225
Interficere 330. 411
Interire - 330
Interitus - 390
Interlocutio 226
Intermitto 414
Internuncius 408
Interpres 331. 491
Interrogare 331
Interrogatio 332
Intertrimentum 205
Intra - 332
Intro - ibid.
Intueri 332. 520
Intus - 332
Inuadi - 467
Inuenire 265. 332 334. 471
Inuenuſtus 334
Inueſtigare - 520
Inueteraſcere - ibid.
Inuidentia 334
Inuidioſus ibid.
Inuidus ibid.
Inuiſus - 322
Inuius 335
Inuocare - 33
Inuolare - 335
Iocus - ibid.
Ipſe - ibid.
Ira - 336
Iracundia - ibid.
Iracundus ibid.
Iraſci - ibid.
Iratus - ibid.
Ire - 59. 227
Ire ad exequias ibid.
Irritus - 337
Is - 309
Iſte - 309. 335
Ita - 492
Iter - 18. 337
Iubere 194. 317. 340. 486
Iucundus 337. 363
Iudex - 83. 408
Iudicare 338. 458
Iudicia priuata et publica 339
Iudicium 338. 449
Iugulare 330. 411
Iumentum - 88
Iurare falſum 381
Iurgare - 339
Iurgium - ibid.
Iuriſdictio 340
Ius 38. 256. 338. 340
Iuſſio - 226
Iuſſum 340. 486
Iuſtitia - 340

Digitized by Google

Iuſtum - 341
Iuuenis 24
Iuuenta 341
Iuuentas - ibid.
Iuuentilitas ibid.
Iuuentus - 26. 341

L.

Labi - 342
Labia ibid.
Labare ibid.
Labor 216. 413. 416
Laborare - ibid.
Labra - 342
Lacer - 50
Lacerare - 500
Lacrimari 342
Lacrumare - 267
Lactans - 343
Lacteo - ibid.
Lacteus - ibid.
Lacto - ibid.
Lacus - ibid.
Laedere ibid.
Laeſio - ibid.
Laetari 284. 343
Laetitia - 284
Laetus - 344
Lamentari 243. 267
Lamentatio 364
Lamina 344
Laniſta - ibid.
Lanius - ibid.
Lapilli 286. 344
Lapis 344. 485
Lares - 344
Large 218. 345
Largiri 218
Largitas 346
Largiter 345
Largitio - 218. 346
Largitudo 346
Larua - 345
Laſer - 346
Laſerpitium ibid.
Laſſitudo - 347
Laſſus - 346
Latebra - 347
Latibulum ibid.
Latrina 271
Latro - 3
Laudare 347. 348. 449
Laudare coram 348
Laudare in os ibid.
Laudatio ibid.
Laurea 178
Laurus - 523
Laus 291. 348
Lautus 249
Legare 356
Legatiuum 348
Legatum ibid.
Legatus 455. 498
Legere 348
Legio - ibid.
Legumen 276. 349
Lemures 345
Lenitas 340. 349
Leno - 349
Lepidus 249. 349
Lepor, os 349
Lepus ibid.
Lex 340. 349
Libens 363
Liber - 350. 352
Liberale - 303
Liberalis 115
Liberi - 265

Libertas 352. 353
in Libertate eſſe 354
Libertinus 352
Libertus ibid.
Liberum eſſe 354
Libraria 113
Librarius 352. 356
Licentia 353. 352. 368
Liceo, liceor 320
Licet 417
Licini, boues ibid.
Licitor 320
Liciui 123
Ligare 356. 359
Lignum 357
Ligurio, Liguritor ibid.
Limatus 358
Limen ibid.
Limes ibid.
Limniades 398
Lingula, ligula 368
Lintearii ibid.
Linteones ibid.
Liquari 359
Liquor, nom. 358
Liquor, verb. ibid.
Lis 319. 359
Litare 359. 479
Litterae 307
Litterator 215. 360
Litteratus 214. 360
Littora 474
Littus 361
Lituus 362
Locare 164
Locuples 362
Locus 363
Locus ſacer ibid.
Longinquitas ibid.
Longinquum 363
Longitudo ibid.
Longum ibid.
Loquax ibid.
Loquela 150. 499
Loqui 206. 256. 363
Lubens 363
Lucens ibid.
Lucibile ibid.
Lucitum 364
Lucta 449
Luctuoſus 280
Luctus 364. 385. 386
Lucus 201. 364. 365. 505. 508
Ludere 305
Ludus 335. 365
Lues 366. 437
Lugere 364. 366
Lumen 367
Luminoſus 364
Lurco 357
Luſcitioſus 367
Luſcus 367. 503
Luſus 365. 367. 335
Luxuria 368
Luxiari ibid.

M.

Maceria 394
Mactare 316
Madidum 308
Madidus 368
Magis 474
Magiſter 412. 525
Magiſtratus 368
Magnanimus 115
Magnitudo animi 273
Magnus 293. 322
Maior 293

Malae

Digitized by Google

Malae 287
Malagmata 234
Malitia 522
Malum 444
Malus 369. 447
Mamma 370
Mancipere ibid.
Mancipium ibid.
Mandare 131. 340. 317
Mandator 198. 247. 262
Mandatum 226 340
Maneo 373
Manes 345
Mango 373. 518
Mangorium 373
Manifeſtus ibid.
Manipulus 148
Manubiae 374. 447. 500
Manus 374
Margarita 344. 285
Margaritum 285
Marinum 375
Maritimum ibid.
Mater 288
Materfamilias 375
Materfamilias ibid.
Materia 357. 375
Materies 375
Matrimonium 377
Matrona 375
Maturare 261. 378
Matureſcere 378
Maturius ibid.
Medicamentum 471
Membra 91
Membrana 135
Meminiſſe 379
Memor ibid.
Memoria ibid.
in Memoria habere 486
in Memorjam redigere 379
Memorioſe ibid.
Memorioſus ibid.
Memoriter ibid.
Menda 380
Mendum ibid.
Mendacium dicere 381
Mendax ibid.
Mendicus 379. 430
Mens 70
Menſarii 85
Mente captus 60
Mentiri 381
Mercator 373. 381. 400
Mercatura 373. 383
Mercatus 383
Merenda 145
Nereri 381
Meret ibid.
Meretrix 382
Meretur 381
Merita 382
Meritum 383
Merx 381. 383
Metari 383
Metiri ibid.
Metuere 383. 384. 511. 518
Metus 484. 510
Mimus 302
Minae 384
Minor ibid.
Minutus 116
Mirari 384
Miſer 385
Miſerandus ibid.
Miſerari 267. 385
Miſereri 385
Miſeret me 385.

Miſeria 385
Miſſio ibid.
Miſſionem dare 240
Mitra 386
Mitto 3
Moderari 386
Moderatio ibid.
Modeſtia ibid.
Modeſtus 455
Modicus 378
Modulari 386
Moeror 215. 364. 386
Moeſtitia 386.
Moeſtus ibid.
Moleſtia 364
Momentum 388
Monaſterius 386
Monere ibid.
Monimentum 118. 387
Monitio 24
Monſtrum 388. 421
Monumentum 387
Morbilli 389
Morboſus ibid.
Morbus ibid
Mors 390
Mos 173. 390
Mouere 24
Mulcare 391
Mulcator ibid.
Mulctra 392
Mulctrale ibid.
Muliebre ibid.
Mulierarium ibid.
Multa, ae ibid.
Multare 391
Multum 393. 442
Mundus 14
Mundus 393
Municipes 151. 393
Municipium 150
Munifex 112. 393
Munificus 393
Munus 218. 303
Munera ibid.
Murmur 395
Murmurare 394
Murmuratio 395
Murus 394
Muſſare ibid.
Mutilare 500
Mutuare, ri, 395
Mutuum 150. 269. 395
Mutuum, Mutuo dare 157
Myrtetum 395
Myrtus ibid.

N.

Nae 396
Naiades 398
Narrare 206
Naſci 396
Natare 365
Natio 290. 396
Natus 292
Nauigium 397
Nauis 396
Nauus 397. 320
Ne 396
Nebulo 398
Necare 330. 398. 411
Necatus 398
Neceſſarii 399
Neceſſe 417
Neceſſitas 42. 399. 400. 255
Neceſſitudo ibid.
Nexus ibid.
Nefandum 400

Nefa-

Nefarius	400.402.515	Nubere	ibid.
Nefas	400	Nuces	406
Negligere	199	Nullus	400
Negotiator	381.400	Núm̃us	407
Nemo	400	Nunc	311
Nemo	364	Nunciare	408
Nequitia	522	Nuncius	ibid.
Neſcire	313.400	Nunquam	ibid.
Neſcius	326	Nuptiae	377.408
Nex	390	Nutare	480.525
Nexus	370	Nux	444
Nictare	325.408	Nymphagogus	427.457
Nigrum	283		
Nihil	400	O.	
Nihili	ibid.	Obedio	409
Nimbus	401	Obiicere	311
Niſus	ibid.	Obitus	30
Niti	ibid.	Obiurgo	387
Nix	291	Obligare	357
Nixus	401	Obligatus	205
Nobilis	ibid.	Obliqui	363
Nocens	402	Obniti	234
Nocte, u.	ibid.	Obnuntiare	73.608
Nomen	ibid.	Obprobare	ibid.
Nominatio	ibid.	Obrogare	4
Nominator	403	Obſcuratus	409
Non	408	Obſcurus	ibid.
Nonnunquam	52	Obſecratio	ibid.
Noſcere	486	Obſecro	409.418.420
Nota	403	Obſequi	171.196.409
Notare	ibid.	Obſequium	410.519
Notarii	ibid.	Obſidium	452
Notarius	373	Obſignare	171
Nothus	403	Obſiſto	409
Nouare	443	Obſonium	139
Nouiſſimum	404.524	Obſtaculum	409
Nouum	404	Obſto	ibid.
Noxa	405.406	Obteſtari	409.420
Noxia	ibid.	Obteſtatio	409

Obtice-

Obticere - 507
Obtinere - 410
Occaſio - 411
Occidere 398. 411. 514
Occiſus - 398
Occulte - 411
Oculatus ibid.
Oculiſſimum ibid.
Oculitus - ibid.
Odium 411. 512. 334
Odorarius 412
Odoratum - 411
Odorum . ibid.
Offector - 321
Offendere 343
Offerre - 412
Officia - 382
Officina 412
Officium 340 413
Olea - 413
Oleum - ibid.
Olim - ibid.
Oliua - ibid.
Omen 350. 388. 414
Omitto - 414
Omne 414. 512
Omnes - ibid.
Omnis - 414
Oneratus - ibid.
Oneroſus - ibid.
Onus 14. 415
Onuſtus - 414
Opem ferre 415
Opera 415. 416
Operae ibid.
Operari - 415
Operatio - 416
Operoſitas - 415
Operoſus - ibid.
Opes 213. 416
Opifex - 91
Opinari 417. 462. 485
Opinio 417. 476. 485
Opitulari 415
Opitulatio - ibid.
Opobalſamum 109
Oportet 95. 417
Opportune - 418
Opportunus - 157
Opprimere 234. 248
Opprobrare 247
Opprobrium 454
Oppugno 454. 460
Ops - 416
Opulentus 213. 362
Opus - 415
Opus habere 230. eſſe 417
Ora - 418
Orae - ibid.
Orare 410. 418. 420 475
Oratio - 131. 419. 420
Orator 418
Oratrix - ibid.
Orba - 420
Orbis - ibid.
Orcades 398
Ordinatio - 420
Ordo - 420. 363
Oriundus 420
Ornatus - 183
Ortus - 420
Os - 528
in Os laudare 348
Oſculum 420
Oſtentum 388. 421
Oſtium - 311
Ouare - 423

P. Pabu-

P.
abulantia 429
ciſci 423
ctio 425. 268
ctor 424
ctum 423 426
ctum conuentum 423
ctus 424
edagogus 425
gus ibid.
lam 78. 177. 426
lpari 32
lpitare 427
lpitatio ibid.
lpo 32
lumbes 152
lus 343
pyrus 135
rare 232. 427
ranymphus 427. 457
rcere 171
rere 78. 428. 288
'ens 430
'ies 394
'ticeps 428. 497
'uitas 430
'uum 428
'centia 429
cere ibid.
ci 52. 428
ſim 429. 517
tilli 234
tio 429
tus ibid.
ens 429. 430
er 288
ernus 430
ibulum 281
ientia 273
Patrii dii 430
Patrius ibid.
Patrocinium 131
Patronus 33. 430
Patuli boues 123
Patulum 429. 430
Paucitas 430
Pauens iibd.
Pauidus ibid.
Pauliſper 52. 431
Paulo minus 431
Paululum ibid.
Pauor 384. 440
Pauper 229. 379. 430
Pauperies 431
Paupertas 228. 431
Pax 431
Peccare 199. 431. 258
Peccatum 199. 522
Pecora 432
Pecua ibid.
Pecuaria ibid.
Pecudes ibid.
Peculator 3. 281
Peculatus 281
Pecunia 407
Pecunioſus 213. 363
Pedale 432
Pedule ibid.
Peior 205
Peiurare 381
Peius 432
Pellex 162
Pellicere 163
Pellis 177. 189
Penates 344
Pene 432
Penetrabile ibid.
Penetrale ibid.

Penes

Digitized by Google

Penes 79
Penna 50
Penuria 229
Penus 132
Peperci ibid.
Percontari 331
Percontatio 332
Percontatum 432
Perculſus ibid.
Percunctatum ibid.
Pecunctor 487
Percuſſus 432
Percutere ibid.
Perdere 62. 432
Perditum 433
Perditus 62
Perducere 22.220
Perductores 349
Peregre 433
Peregri ibid.
Peregrinatus ibid.
Perferre 263
Perficere 5. 334
Perfidus 322
Perfuga 433. 512
Perfugium 433
Perfungi 97
Periculum 433
Perimere 411. 330
Perire 330
Peritus 215
Periurare 4
Perligare 357
Permiſſus 156
Permittere 433
Perna ibid.
Pernicies 433. 434
Pernicitas 434
Pernix 397. 434. 435
Peroratio 175
Perpetuitas 435
Perpetuum 122. 433. 489
Perſecutio 16. 17
Perſeuerans 436
Perſeuerantia 437
Perſequi ibid.
Perſuadere 504
Pertendere 508
Pertinacia ibid.
Pertinax 436
Peruenire 7
Peruicacia 436
Peruicax ibid.
Peſtis 366. 434. 437
Peſtilentia 366. 437
Petaſi 433
Petere 438. 445. 446
Petitio 16. 17
Petitor 438. 439
Petulans 439
Phantaſia ibid.
Phantaſma ibid.
Picens ibid.
Picenus ibid.
Pietas 340. 471
Piger 312. 439
Piger 440. 459
Pignera 440
Pignora ibid.
Pignus 399
Pigritia 312. 440
Pileum 386
Pinguedo 440
Pinguetudo ibid.
Pinnae ibid.
Pirata 3. 441
Placidus 141. 250
Plaga 441

Digitized by Google

Plagiarius - 5
Plangere - 342
Plantae - 441
Plantaria ibid.
Plauſus - 10
Plebiſcitum 350
Pleba - 444
Plenus - 441
Plorare - 342
Pluma - 50
Plura 159. 442
Plus 66. 384 442
Pluuia - 401
Poculum - 442
Podagroſus ibid.
Podagricus ibid.
Poëma 442. 443
Poena 126. 393
Poëſis 442. 443
Poëtica 442
Poëtice 443
Poëticum - ibid.
Polire - 443
Politus 358. 443
Polliceri 203. 443. 468
Pollicitatio 443. 454. 456
Poma, 406. 444
Pomaria 444
Pometa - ibid.
Pompa - ibid.
Pompeia, Pompeiana, Pompeii portas ibid.
Pomum - 406 444
Pone, verb. - 444
Pone - ibid.
Popino - 358
Populatio - 445
Populatus ibid.
Populus - 444
Porrectum - 468
Porta - 445
Portare - 259
Portentum 388
Portus - 445
Poſcere 438. 445. 446
Poſſeſſio - 43
Poſſeſſio bonorum 446
in Poſſeſſione eſſe ibid.
in Poſſeſſionem mittere ib.
Poſſidere 297. 298. 446
Poſſum - 446
Poſt - ibid.
Poſterior - 454
Poſthac - 75
Poſtremus - 454
Poſtulare 246. 266. 438. 446
Poſtulatio - 438
Potare - 112
Potens - 366
Poteſtas 317. 368. 369. 522
cum Poteſtate eſſe 318
Poteſtates - 368
Potiri - 527
Potis 442. 447
Potius - 447
Potus - ibid.
Praeceptor 425
Praecipue - 447
Praeco - 7
Praeda 374. 447. 467
Praedatio - 281
Praedia bona 448
Praediatores ibid.
Praedicare 347. 449
Praedium 43. 448
Praedo 3. 441
Praefectura 151
Praeiudicium 449

Praeli-

Digitized by Google

Praeligare - 357
Praelium 111.449
Praeludere - 231
Praemiari 450
Praemiſſus - ibid.
Praemium 220.233.381.449
Praemonere - 157
Praenuncius 408
Praeparare 78.450
Praes - 448.450
Praeſentia - 458
Praeſes - 452
Praeſidium 106.451.452.504
Praeterea - 452
Praetexta - ibid.
Praetor 462
Praetorius - ibid.
Praeuaricator - 13
Praeuerbium - 452
Prandium - 145
Prauum - 447.453
Precari - 453
Pretium - 449
Pridem - 212
Primicerius - 453
Primiter - 444
Primitus - idid.
Primores ibid.
Primus - ibid.
Principibus, primus pilus 453
Prior - 454
Priores - ibid.
Priuatum - 458
Priuilegium - 349
Probare - 347
Probator - 454
Probatum ibid.
Probum - ibid.
Probus - 114 455
Procax - 439
Proconſul - 455
Procul - ibid.
Procuratio - 187
Procurator 18.33.147.430
Prodere - 197.455
Prodigium 388.421
Producere 22.221
Productor - 22
Profani 455
Proferre - 208
Profeſti dies 455
Profiteri 166.256
Profligatum 433
Profugium - ibid.
Profugus - ibid.
Prohibere 456.323
Proiectum 316
Proletarii - 456
Prologium ibid.
Prologus ibid.
Proloqui - 363
Promiſſa ſponſa 499
Promiſſio 443.444.456
Promiſſum 206
Promiſſu ibid.
Promittere 443.456.468
Promneſtria 427.457
Promulgare legem 457
Pronuba 427.457
Properare 378.457.261
Propinqui 22
Propinquitas - ibid.
Propraetor 455
Proprium - 458
Pro Quaeſtore 462
Prorſum - 476
Proſequi 171
Proſpectus - 367

Proſper

Digitized by Google

Proſper 258
Proſpicere 139. 138 458
Proſtibulum 382
Protenus 458
Protinus ibid.
Proteruus 439
Prouerbium ibid.
Prouincia 151
Prouincias inter ſe compa-
rare 458
Prouincias ſortiri ibid.
Prouinçia onerari ibid.
Proxima ibid.
Prudens 486
Prudentia 458
Pſallo 123
Publicare 165
Publicum 158
Pudet 440. 459
Pudicitia 128 459
Pudicus 127
Pudor 459. 512
Puer 25
Puerilitas 460
Pueritia ibid.
Pugna 111. 449. 474
Pugno 460
Pulcher 110
Pulchritudo 460. 271
Pulli 269
Pulſare 441. 460
punio 127
purgare 470
puſillanimus 115
Puſillum 116 428
Puſillus ibid.
Putare 204. 417. 461. 462
Pyra 118

Q.

Quaerere 171. 462. 487
Quaerimonia 462
Quaeritare ibid.
Quaeror ibid.
Quaeſtio 130
Quaeſtor 462
Quaeſtorius ibid.
Quaeſtus ibid.
Quando 225. 463
Quantiuis 463
Quantum 466
Quantumuis 463
Quare 186
Quaſſo 465
Quarto, um 463
Quaſi 517
Quatenus 464
Quatinus ibid.
Quatio 465
Querela 462. 465
Querimonia 465
Queror 462. 267
Queſtus ibid.
Qui, quod 466
Quicquid ibid.
Quicunque ibid.
Quidam 53. 465
Quis, quid 466
Quis, quiſquis ibid.
Quiſpiam 53. 465
Quodcunque 466
Quondam 413
Quot 466
Quotannis ibid.
Quotcunque ibid.
Quotidie ibid.
Quotquot ibid.
Quotus ibid
Quotuſque ibid.

R. Ra-

Digitized by Google

R.

Racemi - 466
Rapi - 467
Rapina - 448
Raptio - 476
Raptor - 281
Raptus - 467
Raſtelli - 467
Raſtri - ibid.
Rates - 396
Ratio 130.250.253.467. 472
Recens - 404
Recidere - 132
Reciditium ibid.
Recidiua 467. 470
Recipere 203.468.456
Recreare 52
Rectores - 455
Rectum - 468
Recumbere 11
Recuſare - 469
Reddere 412.469.472
Rediuiua 467.470
Rediuiuum - ibid.
Redundare - 6
Refarcire - 164
Refellere 470
Referre - 259
Refertum 141. 164
Refutare - 166
Refutatio - 470
Regale - ibid.
Regium - ibid.
Religare - 357
Religatus 203
Religio 340.470.471
Religioſum, us 470.477.478
Relinquere - 471
Reliquiae - 281
Reliqui, orum 471
Remedium - ibid.
Remitto - 414
Remotum - 471
Remus - 296
Renunciare 408.471
Renuncius 408
Repellere 206.245
Reperire 332.471
Reprimere 471
Repudiare 166
Repudium - 414
Repulſus - 6
Requieſcere - 135
Requirere - 462
Res 130.172.472
Reſcire - 486
Reſciſcere - 472
Reſcribere - ibid.
Reſcripta - 226
Reſerua - 491
Reſiſto - 473
Reſpectare - 94
Reſpicere ibid.
Reſpondere 472
Reſtare - 473
Reſtiarius - 472
Reſtio - ibid.
Reſtis - 280
Reſtituere 131.469.472
Reticere - 507
Retineo 373.410.491
Reum agere, peragere, facere 473
Reus - 474
Rhetor - 419
Rhetorice 474

Ridere

Digitized by Google

Ridere 474
Ripa 361. 474
Ritus 390
Rixa 474
Robeus ibid.
Robuſtus 47. 475. 273
Rogare 100. 420. 475
Rogare legem 457
Rogatio 349. 475
Rogus 118
Roſaceum 475
Roſeum ibid.
Roſtrum ibid.
Rotundus 509
Rubens 475
Ruber ibid.
Rubidus 476
Rumor 417. 476. 253
Ruptus 337
Rura 44. 122. 476
Rurſum 476

S.

Saccularius 245
Sacellum 201. 479. 508
Sacer locus 478
Sacrarium ibid.
Sacrificare 359. 479
Sacrificium 306
Sacrilegium 254
Sacrilegus 3. 281
Sacroſanctum 478
Sacrum 476. 478
Saeuus 478
Sal, es 479
Sales ibid.
Salio 480
Salto ibid.
Saltus 364. 505
Salubre 481
Saluator ibid.
Salue 97
Salum 480
Salutare 481
Salutatio 27
Sanctio 350
Sanctum 476. 478
Sanguis 481
Sanies ibid.
Sanitas 483
Sanus ibid.
Sapere 297
Sarcina 14. 415
Sarcinatrix 483
Sartrix ibid.
Satiari 246
Satiatus 483
Satietas 483. 484
Satio 483
Satis 393
Satisdatio 131
Satisfacere 483
Saturatus ibid.
Saturitas 483. 484
Saturo 483
Saxum 344. 484. 485
Scalptum 119
Scalptura ibid.
Sceleratus 485
Sceleroſus ibid.
Sceleſtus ibid.
Scelus ibid.
Sciens 486
Scientia 485
Scintilla 486
Scio 472. 485. 486
Sciſcere 486

Sciſcitor - 486
Scitum - ibid.
Scius - 109
Scorpio - 486
Scorpius - ibid.
Scriba - 355
Scribo - 486
Scriptor - 355
Scrutari - 486
Scutum - ibid.
Se ſeſe - 487
Sebum - ibid.
Secedere - 132
Seceſſio - 487
Secius - ibid.
Securus - ibid.
Secus - ibid.
Sedere - 11
Seditio 487. 251
Seducere - 321
Seges 276. 489
Segnis - 489
Segnitia - 488
Segregare 2. 489
Sejungere - 489
Sementis - ibid.
Seminarium ibid.
Semita - 337
Semotum - 471
Sempiternum 435. 489
Senator - 489
Senatorius ordo ibid.
Senatus auctoritas - ibid.
Senatus conſultum, vel decretum - 483
Senes - 25. 489
Senex - 519
Senſa - 490
Senſus - 490
Sententia - 195
Sepere - 516
Sepulcrum 118. 387
Sepultus - 307
Sequeſter 331. 490
Sequeſtrare - 202
Sequi - 490
Sequius - 487
Sermo 206. 419. 490
Sermocinari - 363
Sero - 491
Serum - ibid.
Serpens - 68
Sertum, a, ae, i 118. 491
Seruare - 481
Seruire - 491
Seruitium - ibid.
Seruitus - ibid.
Seruo - ibid.
Seruum eſſe - 491
Seruus 255. 372
Seſtertium 492
Seſtertius - ibid.
Seueritas - ibid.
Seuerus - 105
Seuum - 440
Sic - 492
Sicut - 517
Sidus 492. 493
Signum - 493. 494
Signa - 494
Silere 495. 507
Sileſcere - 495
Silex - 484. 495
Silua - 364. 505
Similis, illius, illi 315

Simul

Simul 495. 524
Simulare - 326. 496
Simultas - 411
Singulariter - 447
Sinus - 295. 496
Sinus - 496
Sobrini - 497
Societas 255. 497
Socius 149. 152. 428. 497
Socordia - 488
Sodalitas 255
Sodalitates 149
Sodalis - 152
Sodalitium 149
Solicitatio - 497
Solicitudo 364. 497
Solitarius - 497
Sollicitudo 186
Soloeciſmus - 110
Soluere 483. 497
Solus - 497
Solutio - 7
Solutus - 352
Somnus - 497
Sopor - ibid.
Sordidatus 498
Sordidus ibid.
Sors - ibid.
Spado - 239
Specialitas - 498
Species - 196. 498
Specietas - 498
Specioſus - 271
Spectacula - 498
Spectamenta ibid.
Spectare 245. 520
Spectatum 454
Specula - 499
Speculari - 332
Specularium 498
Speculator 246. 498
Speculum 498
Sperare - 245
Sperata ſponſa 449
Spernere - 174
Spes - 145
Sphaera - ibid.
Spina - 499
Spinus - ibid.
Spitare - 500
Spiritus - ibid.
Splendere 278. 456. 500
Spolia - 500
Spoliare - ibid.
Spondere puellam ibid.
Sponſa - 499
Sponſio - 268
Sponſor 247. 451
Sponte - 500
Spurius - 403
Squalidus - ibid.
Squallens - 501
Stabilis - 295
Stagnum - 343
Statio - 445
Statua - 493
Statura - 501
Status 265. 501
Stella - 492
Stilla - 297
Stillare - 501
Stimulari ibid.
Stipendium - 502
Stipula - 183
Stirps 501. 254. 289
Stolidus 257. 501. 502. 517

Digitized by Google

Strabo - 503
Strages - 14
Strenuus 47. 273
Strophium - 127
Strues 14. 167
Struma - 291
Studium 209. 413. 503
Stultus 502. 287. 282
Stupiditas - 508
Stupor - ibid.
Stuprum 32. 503. 319
Stylus - 420
Suadere - 504
Suaſor 454
Suauium - 421
Sub - 504
Subducere 220. 504
Subligare - 357
Sublucare - 168
Submoneo 387
Subrogare 457
Subſellia - 573
Subſidium - 106. 452. 504
Subſtruere - 247
Subter - 504
Subtilis - 509
Subtus - 504
Succedere - 132
Succenſere 336
Suffragium - 504
Sumere 10 504
Summus - 505
Super - 504
Super coenam - 329
Superbia 90. 505
Superbus 90
Superſtitio 470
Superſtitioſus ibid.
Superuacaneus 505
Superuacuus ibid.
Suppetiae - 106
Supplex - 27
Supplicare 27. 410
Supplicatio 409. 505
Supplicium - 505
Supponere - 504
Supra - 75. 504
Supremus - 505
Surripere - 335
Suſcipere 468
Suſpicari - 461
Suſpicax - 505
Suſpicere - 205
Suſpicio - 168
Suſpicioſus 505
Suſtinere - 206
Symbola, ae 505
Symbolum ibid.
Syngraphum - 137
Synonymia 303

T.

Taberna 212. 129. 412
Tablinum - 506
Tabularium ibid.
Tabum - 481
Tabus - ibid.
Tacere 495. 507
Tacita - 507
Taciturnitas 264
Taciturnus 507
Tacitus ibid.
Talaris - 50

Tangere

Tangere - 96
Tanquam - 517
Tantiſper - 52
Tardus - 439
Tecta - 507
Tetoria - 320
Tellus - 507
Temerarius 96. 507. 508
Temeritas - 507
Temperantia 6. 175. 507
Temperare - 508
Temperatio 507
Temperies ibid.
Templum 36. 200. 424. 508.
Tempus - 411
in ipſo Tempore 418
Temulentus 508
Tendere - ibid.
Tenebrio 398
Tenere - 297
Tenuis - 509
Teres - ibid.
Tergum, a ibid.
Tergus - ibid.
Terminus - ibid.
Terra - 507
Terribilia - 510
Terror - 440. 509
Teſtamentum irritum, ruptum, nullum et iniuſtum 337
Teſtari - 510
Theatrum - ibid.
Thenſae - 511
Theſaurus - 14
Timere 383. 511
Timor 200. 384. 459. 512
Titio - 512
Toga - 452
Tollere - 512
Torquere - ibid.
Torrens - ibid
Torres - ibid.
Torris - ibid.
Toruus - 105
Totum - 512
Totus - 414
Tradere 193. 469
Tragicus - 153
Tragoedus - ibid.
Tragula 299
Traho - 221
Transfuga 433. 512
Tranſigere 423. 512
Transmarinum 375
Transſcribere 169
Tremere - 427
Tremor ibid.
Trepidare 305. 513
Tres - ibid.
Tribula 513
Tribuli - idid.
Tribunalia ibid.
Tributum 502. 513
Triceni 514
Trigeni - ibid.
Tripudiare 480
Triſtis 386. 473
Triumphare - 428
Trucido - 514
Truculentus 473
Tuba - ibid.
Tum - 515
Tumultus 514
Tunc 515
Turba - 514. 515

Turbo 515
Turma 128. 148. 348
Turpare 169
Turpe 515
Turpitudo 516
Tutor 187. 516
Tutus 487

V.

Vadimonium 451
Vagari 236
Valere 446
plus Valere 273
Valgus 516
Validus 483. 273
Vallare 516
Valli ibid.
Vallum ibid.
Valuae 311
Vanum 252
Vanus 501. 517
Variatio 176
Varioli 389
Varus 516
Vas, dis 450
Vaſarium 519
Varius 516
Vbera 370
Vbique 517
Vectigal 513
Vector 517
Vegere ibid.
Vegetum, us ibid.
Vehementia 522
Velle 194
Velocitas 434 517. 522
Velox 434
Velut 517
Venae 90
Venale 517
Venalitii ibid.
Vendere 370
Vendibile 517
Ven tiarii ibid.
Venere 518
Venire 319. 518. 131
Venter 56. 526
Ventito 30
Venuſtas 209. 518. 386
Verbera 441
Verberare 432. 441. 460
Verbum 518
Verecundia 459. 518
Vereri 384. 511. 518
Vergere 280
Veritas 410. 519
Verſutus 87
Vertex 519
Veruex 87
Verum 134
Veſci 428
Veſperna 145
Veſtitus 298
Vetare 456
Veteraſcere 519
Veteres 489
Vetus 75 519
Vetuſtiſcere 519
Vetuſtum ibid.
Vexatio 445
Vexatus ibid.
Vexilla 494
Via 19. 337
Viaticum 519
Viburna 522
Vicini 165

Vicinis

Vicinia - 519
Vicinitas - ibid.
Viciſſim 175
Victima 520. 305. 306
Victus - 138
Vicus - 426
Videre 133. 520. 522
Videte, vidètote 520
Vigens - 517
Vigere - ibid.
Vigilia - 242
Vigor - 522
Vincere - 520
Vincula - 188
Vindex - 524
Vindicatio 524
Vindico - 523
Vindicta 521. 524
Vinea - 522
Vires - ibid.
Virga - 521
Virgulta - 522
Virtus - ibid.
Vis - ibid.
Viſa - ibid.
Viſcera - 91
Viſere 520. 522
Viſitare - 522
Viſitatum - ibid.
Viſum ibid.
Viſus - ibid.
Vitam viuere, trahere 523
Vitare - 128
Vites - 522
Vicioſitas - ibid.
Vitioſus 389
Vitium 141. 389. 522
Vittae - 523
Vituperatio 523
Viuens - ibid.
Viuere - ibid.
Viuus - ibid.
Vlciſcor - ibid.
Vlcus - 523. 627
Vltimum 404. 505. 524
Vltio 521. 524
Vltor - 524
Vltro - 500
Vltrotributa 515
Vna 295. 524
Vnda - 80
Vnicus - 497
Vniuerſale - 287
Vniuerſi - 414
Vnguentum - 487
Vnus - 497
Vocabulum - 402
Vociferor - 343
Vola - 524
Volema ibid.
Volo 185. 524
Volubilia 524
Volubilis - ibid.
Volucris 102. 524
Voluens - ibid.
Voluentia - 524
Volumen - 350
Voluntarii - 524
Voluntas - ibid.
Voluptas - ibid.
Vortex - 519
Votum facere, concipere 525
Vox - 518
Vrbs 140. 417. 524
Vrere - 85
Vſtrina - 117

Vſtri-

Vſtrinum - 117
Vſuarius - 526
Vſucapere - 525
Vſufructuarius 526
Vſurpare - 525
Vſurpatio ibid.
Vſus 525.526
Vſusfructus 525
Vuſuuenit 526
Vt - 517
Vterinus 274
Vterque 59. 526
Vterus 56. 526
Vti 517. 277
Vtendum datum 156
Vtile - ibid.
Vtilitas - 233
Vtor - 526
Vtraque - 527
Vtrinque ibid.
Vtrique 526
Vtrobique 527
Vtrubi ibid.
Vuae - 467
Vuidius 308
Vuidus 368
Vulgo - 426
Vulnus 523. 327
Vultus 528. 250. 271

X.

Xylobalſamum 109
Xyſta - 528
Xyſtus - ibid.

Z.

Zonarius 245

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google